EVTYCHIVS Patriarcha CP. 272

G

GALENVS. *Vide* Claudius.
DE GEMMIS. *Vide* Salomon.
GENESIS parua, ἡ λεπτὴ γένεσις, liber apocryphus bis terve citatur, 104. 108. 211
DE GENIIS, seu de Angelis ac Dæmonibus, *Vide* Salomon.
GENNADIVS Patriarcha CP. de Angelorum creatione, 79. 80
GEORGIVS Tarasij Patriarchæ CP. Syncellus, seu Syngelus, ac Chronographus, 117. 118. 121. 122. 131. 139. 140. 156. 197. 198. 245. 246.
S. GERMANVS Patriarcha CP. 79. 280. 281. in oratione de obdormitione Dei Genitricis Mariæ, 233
S. GREGORIVS Nazianzenus Episcopus, 3. 68. 80. 83. ex Poemate de Anima, 93. 94. 95. 99. 107. 110. 112. 120. 129. 208. 221. 254. 256. 271. 282.
S. GREGORIVS Nyssenus Episcopus Basilij frater, 2. 11. 28. 82. 83. 89. 92. 98. 100. 108. 109. 150. 161. 222.

S. GREGORIVS Romanus Papa, 240.282
GREGORIVS II. Papa, 281

H

HADRIANVS Imp. 240
HERACLITVS Philoſophus, 74.116.202
HERMES Triſmegiſtus, 28.114. in epiſtola ad Ammonem Sapientem.
HERODOTVS Hiſtoricus, 202
HIPPOCRATES Medicorum princeps, 50.202
HIPPOLYTVS, forte Martyr, de die ſub Ezechia, 194. de S. Ioanne Apoſtolo, 239.
HIPPOLYTVS Thebanus, Hiſtoricus, diuerſus a Martyre, de S. Stephani mortis tempore, 227
HOMERVS Poetarum princeps, 7.184.195

I

IAMBLICHVS Philoſophus, de Geniis ſiue Angelis, 107
IEREMIAS Propheta, 237
IESVS Sirachides, 203
INNOCENTII I. Papæ ad Arcadium litteræ, 259.260
S. IOANNES Apoſtolus & Euangeliſta paſſim.
IOANNES Aſtronomus, 300
S. IOANNES Chryſoſtomus Archiep. CP. paſſim, 2.4.8.9.12.18.27.39.66.67.68. 69.72.77.79.80.81 82.83.85.87.88.89.91. in oratione de Adami exilio, 92.93.94. 102.104.109.115.117.118.120.121.122.123.124.125.131.132.135.157.189.209.210.212. 214.215.218.219.220 223.225.226.229.236.258.259.283. de vinculo Excommunicationis Eccleſiaſticæ.
S. IOANNES Climacus ſiue Auctor Scalæ, 112
S. IOANNES Damaſcenus, Monachus, paſſim, 8.15.16.17.24.32.65.66.71.78.80. 81.82.93.98.99.100.103.105.107.111.208.209.221.
IOANNES Scylitzes, ſeu Curopalates, Hiſtoricus, 245.246.286.293.294.297
IOANNES Zonaras, Hiſtoricus, 140.286.294.297
IOANNES Xiphilinus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, 325.326
IOBVS Patriarcha, 146.147
IOSEPHI Patriarchæ precatio, liber apocryphus, 239
IOSEPHVS Iudæus, Hiſtoricus, 4.12.40.102.119.121.123.126.127.130.133.139.143. 145.148.150.155.158.163.164.174.175.176.177.179.183.184.185.187.188.192.198. 228.234.238.
ISIDORVS Peluſiota, S. Chryſoſtomi Diſcipulus, 98.223.258
IVLIANVS Halicarnaſſeus Hæreticus, 245
IVLIANVS Imperator Apoſtata dictus ὁ παράφρων, 117.128.185.199.251.253.254
IVLIVS CÆSAR Dictator, 204
IVSTINIANVS Magnus Imperator, 266.272
IVSTINVS Philoſophus & Martyr, 4.15.19.241
IVVENALIS Hieroſolymorum Antiſtes, de ſepultura B. Virginis, 232.270

L

S. LEO Romanus Pontifex, 271
LEO Sapiens ſeu Philoſophus Imperator, 296.297.298.299.300
LEO vir doctus, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, 291.292
LIBANIVS Sophiſta Antiochenus, 258
Libri ſacri, Salomonis, Apocryphi. *Vide* Eſdras, Geneſis, Ioſephus, Salomon.
Liber de S. Baſilij Miraculis *Amphilochio* tribui ſolitus, 253
S. LVCAS Euangeliſta, 236.237.281

M

S. MACARIVS Abbas in suis epistolis, 105. 255
MANES Hæreticus, 82. 111. 244
MARCVS Antoninus Imperator. 241
S. MARCVS Euangelista, 216
MARCVS Oeconomus & Monachus, qui perfecit Tetraodion Cosmæ, 298. in Notis.
S. MATTHÆVS Apostolus & Euangelista, 284
S. MAXIMVS Monachus & Confessor, 3. 5. 6. 25. 70. 71. 95. 110. 194. in iis quæ ad Thalassium perscripsit.
METAPHRASTES. *Vide* Simeon.
METHODIVS Patriarcha Constantinopolitanus, 289
MICHAELVS Parapinacius Imp. Poëta ineptus, 330
MICHAEL Psellus ὁ σοφὸς τῷ ὄντι, 171. 183. 328. 330
MICHAEL Cerularius, Patriarcha Constantinopolitanus, 319
MOSES Hebræorum Legislator, passim vsque ad pagg. 157. 160. 211.

N

NAZIANZENVS. *Vide* Gregorius.
NECTARIVS Patriarcha CP. 256
NESTORIVS e Germanicea Syriæ Patriarcha CP. Hæreticus, 245. 260. 271
NEMESIVS Emesenus Antistes, Philosophus, de ligno scientiæ boni & mali, aliisque, 64. 102. 105
NICANDER Colophonius, Poëta Græcus, de serpentibus, 56
NICEPHORVS Patriarcha Constantinopolitanus ὁ ἐν Πατριάρχαις ἀοίδιμος, de Angelis preces nostras offerentibus, 137. 244. 287
NYSSENVS. *Vide* Gregorius.

O

ORIGENES Adamantius, Presbyter Alexandrinus, quem κακόδοξον, καὶ ματαιόφρονα appellat, 109. 162. 241. 242. 243. 271

P

PARVA GENESIS. *Vide* Genesis.
PATRICIVS Prusensis Antistes, ex oratione de S. Pionio, 17. quid referat de Thermis.
S. PAVLVS Apostolus sæpe citatur, 136. 213. 214. 227. 228. 229. 235. 236. 237. 239
PAVLVS Samosatensis hæreticus, 244. 278
PAVLVS Sinopensis, de canum rabie, 63
S. PETRVS Apostolorum princeps, 124. 235. 236
PETRVS ad Faustum scribens de sidere natalitio, 26. 113
PHILO Iudæus, 234
PHILONIS Philosophi Ecclesiastica Historia de vi anathematum, 282. 283
PHILOLAVS Philosophus Pythagoricus, 20
PHOTIVS Patriarcha Constantinopolitanus, 293. 297. 298
PLATO Philosophus, 5. 202
PLOTINVS Platonis sectator, 70
PLVTARCHVS Chæronensis Philosophus, 58. 131
PORPHYRIVS Philosophus Platonicus, 107
PRECATIO Ioseph, προσευχὴ τοῦ Ἰωσήφ, liber apocryphus, 239
PROCLVS Patriarcha Constantinopolitanus, 260
PROCOPIVS Cæsariensis Historicus, 270
PSELLVS. *Vide* Michael.
PTOLEMÆVS Alexandrinus Astrologus, 134

PYRON, seu Pyrrhon, scriptor Annalium, scripsit Adamum post XL. dies Paradisum ingressum, 82
PYTHAGORAS Philosophus, 202

R

RVFVS Medicus scriptor de hydrophobiæ causa, 63

S

SABELLIVS Hæreticus, 243
SALOMONIS Regis Iudæorum libri de Angelis & Dæmonibus, de Gemmis, &c. 182.183.184.185
SCYLITZES. *Vide* Ioannes Scylitzes.
SERAPIO seu Sarapion Mathematicus, 243
SETHVS conuersionis anni, & rerum aliarum inuentor, 121
SEVERIANVS Gabalorum Episcopus, 67
SEVERVS, an Acephalus Hæreticus? 80.271
SIMEON, seu Symeon, Metaphrastes, 245.252
SOPHOCLES Poëta, 202
SYMMACHVS, 242

T

TERTVLLIANVS scriptor Latinus, ἀνὴρ ὁ ἐπὶ Ῥώμῃ λαμπρὸν, 235
THEODORETVS Cyrensis Episcopus, 14.19.33.65.79. in Terapeutica, 80.106. 132.176.179.181.187.189.192.198.211.230.261.263.270.
THEODORVS Mopsuestenus Episcopus, 245
THEOPHANES Confessor, Chronographus, Georgij Syncelli Continuator, 246.287.
THEOPHILVS Alexandrinus Patriarcha, 257.258.259
THEOPHYLACTVS Bulgarorum Archiepiscopus, 210
THVCYDIDES Historicus, 202
TIMOTHEVS Patriarcha Alexandrinus, 271

V

VALENS Astronomus ἀκριβέστατος ἀστρονόμων, 249
VALENTINVS Hæresiarcha, 111.142

X

XENOPHANES Philosophus, 20
XIPHILINVS. *Vide* Ioannes.

Z

ZONARAS. *Vide* Ioannes.
ZOROASTRES Persarum Rex seu Astrologus, 129



RERVM ET VERBORVM IN NOTIS ET EMENDATIONIBVS PHILIPPI LABBEI, S. I. AD ANNALES GLYCÆ PRÆCIPVE MEMORABILIVM INDICVLVS.

Cui etiam inserta sunt nonnulla ex iis, quæ IOANNES MEVRSIVS Batauus *obseruauit in Proloquio & Notis ad* THEODORO METOCHITÆ *inscriptum falsò Historiæ Romanæ* ἀπόσπασμα, *ex* GLYCÆ *nostri Annalibus delibatum.*

A

AARON frater Mosis, 360
Abalantes seu Abalantius, 376
Abimelechus, 358
Abraamo facta apparitio, 358
Achior, 361
Actiaca victoria, 365
Adami immortalitas, 356
Æsculapius, 361
Ahias Silonites, 362
Amalecitæ victi, 360
Anabatianus Cainitarum, 357
Anaxagoras, 363
Andreas Schottus, S.I. 383
Anna Comnena, 378. 379
Annales ab orbe condito, 367
Antonius Caracalla Imp. 369
Antoninus Pius Imp. 369
Apelliani hæretici, 367
Apollodorus Pergamenus, 365
Apollonius Tyaneus, 368
Aquila Ponticus, 369
Arca Noëtica, 358
Arcadij Imp. litteræ, 373
Arij hæresiarchæ mors, 372
Aristoteles Philosophus, 363
Arphaxad, 361
Arsenius Monachus, 373
Artabanes, 363
Artaxerxes rex, 359
Artaxerxes Longimanus, 363
Assuerus rex, 361
Astarte Luna, 374
Astronomia, 358
Athenodorus Tarsensis, forte diuersus ab Alexandrino, 365

B

BAANA, 362
Balænæ, seu ceti, 353
Baracus & Debora, 361
SS. Barnabæ & Bartholomæi martyrium a Metaphraste conscriptum, 366
Basilitzes, 375
S. Basilius Magnus, 352
Byzus, seu Byzas, & Byzantium, 363

C

CAINI mors, 357
Cambyces, vulgo Cambyses Rex, 353
Carolus Annibal Fabrotus, 373
Cete grandia, 353
Ceyx, 353
Choræ Monasterium, 382. 383
Christus aduentum suum celauit dæmones, 354.
Christopolis seu Chrysopolis, 378
Chronicon Alexandrinum, 369
Chronographia, 357
Chrysopolis. *Vide* Christopolis.
Cicuta κώνιον, 351
Cisterna Mocesia, 373
Coagulum pro opio, 351
Coccyx, 353
Colossenses Rhodij, 363
Cometes Xiphias, 375
Commodi Imp. primordia, 368
Conopeum vnde, 368
Concilia Oecumenica septem, 373
Constans Cæsar, 372

Constantinus Magnus, 372
Constantinus Manasses, 368
Cosmas Magnus Tetraodij auctor, 374
Coturnices pro turturibus reponendæ, 350
Cras non e Syriaca Lingua duci debet, sed Latina, 372
Crispus Cæsar, non Priscus, 372
Crux Christi e Cupresso, Picea & Cedro, 359
Cuculus coccyx, 353
Cynocephalus, 361
Cyrus Persarum rex, 359.363

D

DANIEL Propheta, 359.363
Darius Medus, 359.363
Darius Hystaspis filius, 363
Dauid rex & Propheta, 362
Decalogus, 359
Delphines cetorum genus, 353
Diabolus aduentum Christi ignorauit, 354
Dialogi S. Gregorij I. Papæ Græcis noti, 369
Didius Iulianus Imp. 369
Diogenes Cynicus Phil. 363
Draco, 359
Dropax quid, 378

E

ELEPHANTES, 354
Elisæus, 362
Elleborus seu veratrum, 351
Empedocles, 365
Encænia nouæ Romæ, 372
Eperastus non est nomen proprium, 368
Epiphanius, 369
Esdras sacerdos, 362
Esther Regina, 361
Euchologium Græcorum, 363
Euodius apud Nicephorum, 365
Euripides Poëta, 365
Euthymius Patriarcha, 325
Euthymius Zigabenus, 369
Eutychius Patriarcha, 373
Eutychus Rusticus, 363
Ezechias Rex Iuda, 362
Ezechiel Propheta, 362

F

FASTI Capitolini & Siculi, 364
Feria sexta præparationi dicata, 367
Flauianus Antiochenus Antistes, 372
Fulmen, 354
Funda marsupium & fundax, 378

G

GABRIELOPOLVS, 375
Galenus Medicus, 367
Genesis parua, liber apocryphus, 366
Gentianus Heruetus Aurel. 383
Geometriæ inuentor, 358
Georgius Cedrenus Hist. 364
Georgius Codinus, 382
Georgius Phrantzes, 382
Georgius Syncellus chronographus, 357.363
Glycas. *Vide* Michaël.
Græculi recentiores fabulis refertissimi, 372
Gregorius Dialogus quis apud Græcos, 369
Gregorius Nazianzenus Episcopus, 356

H

HERACLIVS Philosophus, 363
Herodotus Historicus, 363
Hesychius Milesius, 368
Hierosolymitana vrbs duplex, superior & inferior, 368
Hippocentaurus, 361
Hippocrates Medicorum princeps, 363
Holophernes Dux Assyriorum, 361
Homerus princeps Poetarum, 362
Hydaspes fluuius, 353

I

IACOBVS Goar Ord. Præd. 376.378
Iacobus Salianus Soc. IESV, 357.359
Iambici versus in Glycæ Annales, 350
Idolum quid, & quomodo a similitudine differat, 361
Iechonias Rex Iuda, 363
Ieroboamus Rex Israël, 362
Indictionum initium, 364.365
Innocentij I. Papæ litteræ, 373
Ioachim, 363
S. Ioannes Apostolus e Patmo, 369
S. Ioannis Baptistæ manus & capilli, 376
Ioanna Baptistis Borbonia, 349
Ioannes Cantacuzenus Imp. 381.383
S. Ioannes Damascenus, 350.351.369
Ioannes Glycys seu Dulcis, 382
Ioannes Gabius interpres, 378
Ioannes Leunclauius interpres Glycæ, Hæreticus, in multis peccasse arguitur, 350. 351.353.354.355.356.357.360.361.362.363. 367.368.369.370.373.374.376.377.378.
Ioannes Marcus, 366
Ioannes Meursius sæpius notatur, 364.365. 367.368.369.370.379.
Ioanes Scylitzes Curopalata Hist. 320
Ioannes Xiphilinus Monachus, & Patriarcha, 377
Iobus Diaconus, 376
S. Iosephus B. V. sponsus, 366
Iosephus Iudæus Historicus, 359
Isboseth pro Memphibosetho, 362
Iudith Holophernem obtruncat, 361
Iulianus Apostata Imp. 372
Iulius Cæsar, 364
Iulius Metaphrastes, 373

L

LATER ἀχρόπυκτις, 376
Lazari pater, 366
Licinius Imperator, 372
Lotus Abrahami nepos, 358
Lucas Holstenius V. C. 349.351.352.370. & alibi sæpe.
Lucius Verus Imp. 369
Lycurgus Legislator, 361

M

MACARIVS Magnus non est alius a S. Paulo, 356
Machaon Medicus, 353
Macrinus Imp. 369
Magiæ inuentor, 358
Mahometes pseudopropheta, 374

Mambræ

Mambræ quercus, 358
Mandragoræ potio, 351
Manes hæreticus, 366
Manganorum Monasterium, 377
Marcia Marciana, 366
Marcus Monachus, qui Tetraodion Magni Cosmæ perfecit, 374
Mardochæus, 361
B. Mariæ Præsentatio in Templo, 365
Maria Magdalena, 367
Martyrium, vox Latine a Catholicis vsurpari solita, vt & aliæ plures, 369
Matathias, seu Matthias, 369
Maximiana perperam dicta Diocletiani filia, 372
Maximus Planudes, 354
Mecœnas, seu Mœcenas, 365
Memphiboseth pro Isboseth, 362
Metaxa & Metaxarij quid, 374
Methodius Patriarcha, 357
Michaël Auenna, 378
Michaël Glycas imperitus veteris Historiæ, in plerisque errat ac notatur, 350. 355. 356. 359. 360. 362. 363. 368. 370. 372. alijsque locis. Eius quoque exemplaria Græca in plerisque variare obseruauimus, 350.
Michaël Psellus sapiens, 361. 362
Michaël Rangabenus, 370
Mocesia cisterna, 373
Mosis Decalogus, 359. 360

N

Nabvchodonosor Babyl. Rex, 361
Nazarenus seu Nazoræus, 361
Nemitzi an Teutonici, 378
Nicephorus Gregoras Historicus & Orator, 364. 380. 381. 382. 384.
Nicephorus Logotheta, 370
Nicolaus Patriarcha, 374. 375
Nicon asinus, 365
Noemi socrus Ruthæ, 361
Notæ multorum importunæ, nimisque prolixæ, 351

O

Operarvm Typographicarum accusatur sæpius incogitantia, 352
Opium succus papaueris, 351
Origenes Adamantius, 361
Or famulus Mosis, 360
Orphana nurus Noemi, 361
Orpheus vates, 361
Ostrobi palus, 376

P

Pallas, vnde Palatium, 359
Papaueris succus opium, 351
Paralipomenon libri, 363
Paralyticus a Christo sanatus, 366
Parapinacius Michaël vnde, 378
Parasceue quid Iudæis, 367
Patriciatus dignitas, 375
Patricius Prusaensis Episcopus, 352
Pauliciani hæretici, 366
S. Pauli Apostoli epistolæ, 356
Paulus silentiarius, 354
Paulus Sinopensis, seu σινωπίτης, 354
Perseus male collocatur a Glyca, vt plerique alij, 359
Pharao Ægypti Rex, 353
Philo Philosophus a Iudæo distinctus, 374
Philolaus Pythagoricus, 352
Phocæ & cete grandia, 353
S. Pionius martyr, 352
Plato Philosophus, 363
Planudis Florilegium, 354
Precatio Iosephi Patriarchæ, 361
Presbyteros & Diaconos Leunclauius male vertit in seniores & ministros, ac in similibus sæpe peccauit, 369
Prometheus, 361
Prusiadis Episcopus Patricius, 352
Psalmi Dauidis Regis, 362
Pyron seu Pyrrhon Chronologus Christianus, 355
Pythagoras Philosophus, 363
Pythiæ thermæ, 354

Q

Qvadringenti & octoginta anni ab Exodo ad Templum Salom. 362
Quercus Mambræ, 358

R

Raphael Archangelus, 363
Rechabus & Baana, 362
Rhodius Colossus, vnde Colossenses, 363
Roma sub Consulibus, 364
Romulus Romæ conditor, 359
Rubri apices titulorum in Hist. Glycæ, 350
Ruta herba, 354
Rutha nurus Noemi vxor Booz, 361

S

Salmanasar Rex Assyriorum, 362
Sarapion seu Serapion Mathematic. 369
Sarbarus non Salbarus Dux. 374
Scorpij aculeus κέντρον, 354
Sedecias Rex Iuda, 363
Senior male pro Presbytero, 363
Sennacherib Rex Assyriorum, 362
Serpens æneus, 360
Seuerus Imp. *Vide* Lucius Verus.
Sidirus seu Siridus mons, 358
Sigor seu Segor mons, 358
Simeon Metaphrastes καλοπιέπαστος, 366
Similitudo & idolum quid, 361
Simon Leprosus, 366
Simon Wagnereckius Soc. Iesv, 349. 377
Sodomorum incendium, 358
Somanitis seu Sunamitis, 367
Sophocles Poëta Tragicus, 363
Spatha, spathium, spatharius, 373
Sues seu apri, 354
Sunamitis seu Somanitis, 367
Synodi vniuersales septem, 373

T

Thebæ Ægyptiæ, 353
Themata in Orientali imp. quid, 376
Theodorus Metochita magnus Logotheta, 364. 365. 366. 370. 379. 380. 381. 382. 383. 384

Thermæ Pythiæ, 354
Thraceſiorum, ſeu Thracenſium thema, 376.
Thucydides Hiſtoricus, 363
Titiones tres e cupreſſo, picea, & cedro in arborem creſcunt, 358
Tobias vterque, 362
Traiani imperium, 368. 369
Troianæ vrbis excidium, 362
Turtures pro coturnicibus perperam ſubrogatæ, 350
Typothetarum παροράματα 353. & alibi ſæpius caſtigantur.

V

VALENS Aſtronomus, 372
Veratrum non nocet coturnicibus, 351.
Vlphines, ſeu Delphines cetacei generis, 353.
Vriel Angelus, non Vrier, 357. 361
Vxor Lothi in ſtatuam ſalis verſa, 358

X

XENOPHANES Philoſophus, 352
Xiphias cometes, 375

Z

ZEBEDÆVS, an martyr, 366
Zeuxippi balneum, 369
Zoroaſter Aſtronomus, 358
Zygænæ piſces, 353





VOCABVLA QVÆDAM GRÆCA IN NOTIS OCCVRRENTIA.

ΑΜΦΙΑ, 354
Ἀμφίκυρτος σελήνη, 352
Αὐγουστεών, ἢ αὐγουστιών, 373
Βαρύοσμος, 351
Βασιλὶς πόλις, 377
Βησάλων, 373
Βίσεκτα ἢ βίσεξτον, 364
Γνωμικαὶ σημειώσεις, 383
Δρώπαξ, 378
Δύο δύο, 357
Εἴδωλον, 361
Εἰσοδεῦσαι, 373
Ἑπτὰ ἑπτά, 357
Εὐλακισμένος βίος, 377
Ἡμιαμβεῖα, 354
Θανατικόν, 373
Θέμα Θρακησίων, 376
Θεόπτης Μωσῆς, 350
Ινδικτιών, Ινακτιών, 365
Καβαλλία, Καβαλλῖνοι, 374
Κακόγηρος, 372
Καμινιαία, 359
Κεντηνάρια, 373
Κέντρον σκορπίου, 354
Κληδὼν κληδονισμός, 363
Κόπος ἀντὶ τοῦ τόπος, 366
Κώδιξ κώδικος, 373
Κώναρα, ἢ κωνάρεια, 376
Κώνωψ καὶ κωνωπεῖον, 368
Μηνοειδὴς σελήνη, 352
Μονοπωλεῖον, 378
Ναοερολόγιον, 374
Νουμία, 373
Ξηροκοιτίαι, 373
Ξυλόξυλος, 374
Ὁμοίωμα, 361
Ὄπιον μήκωνος ὀπός, 351
Οὐλφῖνες, 353
Παππία, 374
Πεντηκοστή, 373
Περιλιμνάζειν, 352
Πίναξ ἢ πινάκιον, ὅθεν ὁ Παραπινάκης, 378.
Πλακωτόν, 379
Πλησιφαὴς σελήνη, 352
Πράσινος δῆμος, 373
Προσάββατον, 367
Σάραντα, 353
Σαρακοστή, 365
Σημαντήρ, 376
Σημασία, σημαία, σῆμα, σημεῖον, σημαιοφόρος, 377
Σίφων, 351
Σκοτοδινία, 353
Σπαθάριος, σπάθη, σπαθίον, 373
Στενόπολις, 368
Σωλαία ἢ σωλέα, 573. 374
Τελώνιον τῆς πορνείας, 374
Τετραώδιον τοῦ μεγάλου Κοσμᾶ, 374
Τροῦλος ἢ τροῦλλος, 373
Φιλοβένετος, 373
Φουώδαξ, 378
Φώτισμα, 372
Χαμευνίαι, 373
Χειροτονεῖσθαι, χειροτονία, 373
Ὤνιος, 378

MICHAELIS GLYCÆ

DISPVTATIO PRIMA.

Vtrum in peccatum lapsis condescendendum, an prout ratio postulat, increpandi sint.

AD IOANNEM SINAITEN, MONACHVM ET STYLITAM MAXIME VENERANDVM.

Ne quid ex iis, quæ hactenus prodierunt, nostri MICHAELIS GLYCÆ *Operibus merito desiderari possit, operæpretium duxi geminam eiusdem Disputationem adtexere, Latine duntaxat, ex interpretatione* R. P. IACOBI PONTANI *Societatis nostræ Scriptoris Doctissimi: eam maxime ob rem, quod quæ prolixior ex iis est secunda, idem argumentum verset, quod in Annalibus, pag. 87. & sequentibus non indiligenter tractatum inuenies.*

HOC etiam à veteribus consignatum est litteris, ô sacrum diuinumque caput, auem noctuam, deformissimum animal, aquilæ eximium quippiam, & admirabile videri: quam vt natura suspiciendam honorabunda prosequatur & obstupescat: cum tamen aliud nihil sit, nisi turpis, & vulgo despicabilis noctua. Nolim mihi occurras, narrationem hanc falsam, atque ad voluptatem audientium iam olim excogitatam esse fabulam: ex nobis enim ipsis, si alia argumenta desint, firmitatem probabilitatemque sumit. Nam ecce altiuolans tu, & sublimis, qui instar aquilæ aërem tranas: qui pennis sub intelligentiam cadentibus ad æthera subuolas: qui ad occursum cor-
Matth. 24. poris de cælo quondam venturi paratus & expeditus es, me plurimi facis, & magnopere admiraris; nec secus atque amabile aliquid vbique circumfers, multorumque aures nouis quibusdam de me commemorationibus, ceu magico carmine detines atque demulces. Ac tua quidem de me talis est opinio. Ego vero plane nihil, præterquam noctua sum, intus deformis vndiquaque, & ad ipsum hoc diei lumen cæcutiens. Quamobrem & nunc ad opera lucis inuitatus tergiuersor, & negotium supraque vires meas refugio. Quare noli amore nostri victus excellentes arbitrari, qui nihil sumus: nec velis ad diuinos sensus pertractandos compellere, quorum & vita impura, & lingua similiter ad res istiusmodi explicandas imperita inuenitur. Haud enim eo insaniæ progrediemur, vt & qui simus, & quo malorum peccando deuenerimus, funditus nesciamus. Equidem metuo, ne aduersum nos propheticum illud proferatur. *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Psalm. 49. Itaque præstaret nos laudationes scribere, adeo libere, & absolute nihil recusare, & inconsulto viribus superiora suscipere. Verumenimuero, ne iussa tua aspernantes, inobedientiæ culpam commereamur, en confisi sanctitate tua, audemus aggredi, ad quæ pertingere nequimus, & vt possumus, quæsita tua dissoluimus. Proinde hinc aures mihi da.

In peccatis se volutantibus, vir sanctissime, vt in stupris, vt in adulteriis, protinus condescendere non esse fas: sed tales potius iis reprehensionibus consectandos, quibus animæ vulnera sanari consueuerunt, sacra Scriptura satis superque demonstrauit: & nihilominus iidem corporum Medici euidenti documento ostendunt. Vides enim illos secare aliquando, cum necessitas sectionem flagitat. Præterea vstiones, & amara medicamenta adhibent; valetudinem sæpe desperant, & ægrotis mortem augurantur. Cur tandem? vt eos in tuenda sanitate in posterum cautiores efficiant, & ita nihil eis ignorantibus inopinum officiat. Quod si eos in victu nullum seruare ordinem, & promiscue quiduis edere, aut bibere viderint, quid opus est verbis? ab iis visendis abstinent, vt qui ad suos ipsorum numeros viuant, & auxilia medica vsurpare negligant. Ideo autem se ab illis remouent, ne qua labe ignominiæ inurantur, quasi artem male didicerint, & inde nomen eorum in contemptu ponatur. Quocirca si quis

etiam ad eos accesserit, difficili morbo impeditus, & eos quanquam tempore parum opportuno medicamentum sibi componere vrgeat, non solum precibus eius beneuole non annuunt: verumetiam vt amentem repellunt. Etsi enim nonnunquam indulgent ægrotanti, eumque consolatione deliniunt, non tamen eo vsque id faciunt, vt propter intempestiuam eius petitionem homicidæ audire velint. Salutarem porro medicinam pestiferam posse reddi, si alieno tempore fiat, sapiens ille docuit his verbis: ἀκαιρείη ἐν μὲν ὑγιείῃ νοῦσον ἐνέθηκεν· ἐν δὲ νούσῳ θάνατον, *intempestiuitas in sanitate morbum, in morbo mortem attulit.* Iam si talis ac tanta diligentia a corporum medicis præstatur (neque enim vnquam indulgent ægrotis, vbi manifestum periculum cernunt) multo magis morborum ad animam pertinentium medici & curam præcipuam suscipient, & secundum leges spiritus male habentium diætam moderabuntur. Sic igitur corporeis affectibus medentes, & sentiunt & faciunt omnia ex medicinæ præceptis, idque vt corpus, quod multis partibus anima est inferius, ad sanitatem suo labore perducant.

Curator autem, & Saluator noster IESVS CHRISTVS præclarius ostendit, num voluntatibus humanis condescendere oporteat, necne. Dixit enim, *Nisi manducaueri-*
Ioan. 6. *tis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Tum vero *multi discipulorum eius abibant retro, nec amplius ambulabant cum eo, dicentes, durus est hic sermo, & quis potest illum audire?* Atque illi quidem hoc modo. Quid ad hæc Saluator noster? neque mollius quidpiam locutus est; & se deserentes nihil curauit penitus: sed eos abire sinit, vt diuinus Ioannes ait. Hoc autem fecit vtique, non quod eos salutem adipisci nollet: verum quod cum tali medicina indigerent, nec intelligerent, nec magistro obedire didicissent, retro abire pro ipsorum arbitrio permissi sunt. Indigere autem nos ista medicina, constat omnimodis. Postquam enim malorum multorum machinator draco ille a principio exitium nobis in os immisit, vicissim curatio per os excogitata & inuenta est. Hoc enim sensu etiam Iudæis Dominus dixit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quid ita? quoniam serpentis, quem mente percipimus, veneno ante tempus mortui estis.

Quod cum ita sit, de cætero præpurgatione opus est. Nouit enim probe sanctitas tua, etiam volentes antidotum recipere, eo non similiter & fortuito vti; priusquam videlicet malignis humoribus, a vitiosa victus ratione collectis sese purgauerint: sed attenuantur & purgantur ante, & sic demum pharmacum accipiunt. Quod sine dubio idcirco faciunt, ne pro pharmaco vtili noxium accipiatur. Quare sacrum gustare calicem nihil prodest, nisi prius bene purgatus sis. Hæc porro dicimus, non vt nos in desperationem abiiciamus; verum vt modos potius ac rationes discamus, per quas vita & mors inuehi solet. Quod si affirmaremus, etiam eiectis humoribus vitiosis, & inde nobis aptitudine conciliata, nondum permitti nos sacro poculo frui, tum sequeretur vt desperandum esset. Quod si nihil est huiusmodi, & qui accedit, tantummodo discit quomodo accedendum sit, ne inde mortem pro vita lucretur (nam iuxta beatum Paulum, *Ideo inter vos multi infirmi,* 1. Cor. 11.
& imbecilles, & dormiunt multi) qualis est ista in hac re desperatio? immo potius salutis concipienda spes, quam veritatis cognitio parit. Quam ob causam vigilandum est. Quantum enim habet boni eius quo facto opus est agnitio; tantum contra habet mali eius quod conducibile est ignoratio. Reputa enim tecum, non paucos infirmorum adiisse mortis periculum, quia cum in medicos inexercitatos incidissent, congruentia morbo remedia non sint adepti. Quod si istuc ita se habet, nulli rei parcere æquum videtur: siquidem potius tum ipsi male valenti, tum pharmaca ministranti manifeste periculum imminet.

Ac si placet, admonitionem ausculta, qua Basilius Magnus sacerdotem vnumquemque compellat, in hæc verba. Vide ne paueas hominem, ad lapsum & delictum tuum: neve tradas filium Dei in manus indignorum. Ne revereare quemquam gloriosorum terræ in hora illa. Et vt paucis comprehendam, quos sacri canones excludunt, ne illos fac participes. Insuper & Ioannem aurea fundentem flumina diuina dona administrantes sic affatum constat. Si enim conscij nequitiæ cuiuspiam, huius mensæ eum participem fieri permiseritis, sanguis eius de manibus vestris requiretur. Siue ergo Dux accesserit, siue Præfectus, siue ipse diademate cinctus, indigne autem accesserit, prohibe, maiorem illo potestatem obtines.

His positis, non est, opinor, consentaneum condescendere, vbi potius animæ periculum est: sed adhibendam illic medicinam, secundum leges spiritus, si modo etiam obtemperent ægroti. Sin autem præfracti, & suo ipsorum se arbitratu regentes, curationem ægre sustinent, alterum e duobus in his faciendum; vt vel pedetentim emendentur; vel omnino deserantur. Nam super populo incredulo, & contradicente, vt ait Isai. 65.
Magnus Basilius, illud dicendum; seruans serua animam tuam.

Molesta quidem apparet hæc oratio, & dura, & seuera: at non omnibus prorsus: verum illis magis, qui secundum Christum

Matth. 11. noluntviuere, ita dicentem, *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Si ergo leuia sunt Seruatoris nostri mandata, quid faciemus nos, qui ea per nostram segnitiem grauia, & odiosa reddimus? nec istuc saltem cogitare possumus, nos medicis corporum nusquam repugnare. Quin doloribus nos ipsos subiicimus, & amaras potiones patienter haurimus, & cauterium in ceruicibus perferimus, & alia huius generis; propter curationem corporis multa toleramus: spirituali vero medico nostro neutiquam subdi volumus, omnibus modis res eius curiose perscrutantes; dictitantes eum pœnis infligendis rigidum; rursum, in congressibus arrogantem, & insolentem esse; non videntes, secundum vlcera quibus laboramus, emplastra quoque nobis imponenda. Scio enim aliquando vtile esse condescendere, hoc, inquam, nos quoque confitemur. Verumtamen non in singulis, & per omnia vtile est, quoniam nec eiusdem habitus sunt omnes. Nam qui promptus est & cedere aliquando, & referre pedem, quando id tempus postulat, huic plane conducit condescensio: talem quippe trahit amplius, & facile iugo spiritus subiicit. Ast pro sua libidine viuenti, & retrogredi minime volenti, & pharmaca penitus auersanti, ei condescensio multum incommodat. Facit enim amplius transuersum agi, & labi. Ob hoc
Matth. 17. enim Dominus nunc dixit, *Vt autem non scandalizemus eos, accipe hamum, & vade in mare:* nunc autem scandalum flocci pendens, inquit, *plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur.* Matth. 15. Demonstrauit namque hinc, & prodesse, & non prodesse frequenter condescensionem. Quare & eos qui immerito in eo offendebantur parui faciens, aiebat, *plantatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur.*

His de caussis cautè agendum est. Si enim medicus corporalis non consueuit tractare morbum alio quocunque modo; sed tantum ex decretis medicorum, quamuis interdum ægrotus irascatur, quanto magis spiritualem medicum humanis cupiditatibus condescendere non oportet, siquidem de eius manibus imprimis eorum sanguis requiretur, qui ex negligentia illius in perniciem animæ incurrerint? Aut igitur, vt nosti, medere: aut linguam contine omnino; præsertim si ægroti medicamenta indignantur. Tunc enim non de tuis, sed de ipsorummet manibus eorum sanguis requiretur. Audi quid per Ezechielem dicat Deus. *Si speculator cecinerit tuba, & significauerit populo; & audierit audiens vocem tubæ, & non se obseruauerit: & venerit gladius, & comprehenderit eum, sanguis eius in capite eius erit; quia vocem tubæ audiuit, & non se custodiuit,* Ezech. 33. Hæc ex paucis multa, plura enim per angustias temporis non licuit.



EIVSDEM
DISPVTATIO SECVNDA.

Vtrum audiendi sint docentes, hominem a principio caducum corpus habuisse: & passionibus, siue incommodis naturalibus etiam ante transgressionem obnoxium fuisse: cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse: & lignum scientiæ, ficum extitisse.

AD VENERABILEM IMPRIMIS MONACHVM Dominum IOANNEM SMENIOTAM.

PRIMVM quidem hominem illum ab interitu & corruptione initio liberum, post prolapsionem in peccatum, morte damnatum esse, ante alios sapiens Salomon docuit, in libro Sapientiæ suæ, ad verbum
Cap. 1. & 2. ita loquens. *Deus mortem non fecit: sed in incorruptione creauit hominem, & imaginem propriæ æternitatis * fecit illum. Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Si igitur Deus hominem in incorruptione condidit, ad similitudinem æternitatis suæ, quonam tandem modo corruptioni & mortalitati subiectum asseremus, idque cum Deus, vt audisti, mortem ab initio non fecerit? Nam si dicimus, corpus illud Adami corruptioni aliquo modo obnoxium fuisse, nihil aliud dicimus, quam corruptionem ac mortem tunc a Deo dominatum in nos habuisse. Atqui aliter, aliter, inquam res est: quoniam, vt iam dicebamus, DEVS mortem non fecit. Quocirca de hoc dubitare nefas. Etenim si, quemadmodum

* Legit ἀϊδιότητος, pro ἰδιότητος.

illi volunt, etiam ante præuaricationem Adam primus homo mortalis erat, quid illi postea irrogatum mortis supplicium? quid pelliceam indutus est tunicam, siquidem a primordio eum Deus mortalem procreauerat? cur etiam folia ficus consuit, & Deum latere conatus est, si non diuinitatis adipiscendæ spe illectus, primam stolam perdidit, & pro immortali mortalis repente euasit? Genes. 3.

Accipe quod in rebus diuinis egregie versatus Ioannes Damascenus super hoc alicubi scriptum reliquit. Principio nequissimus ille (diabolus) spem consequendæ diuinitatis Adamo iniecit, atque ita eum ad conditionem moriendi, more animantium brutarum, deiecit. Doceant igitur isti, vbi prius cum esset, & vnde ipsum ad interitum cum bestiis communem deiecerit. An a sublimitate immortalitatis vtique, qua ante mandatum abs se violatum præditus erat? Per inobedientiam igitur, generis nostri auctor ad corruptionem & necessitatem subeundæ mortis redactus: per inobedientiam ad induendam pelliceam illam tunicam damnatus est: per inobedientiam calamitosa hæc, & variis exposita incommodis vita introiuit. Ait enim, *quia hoc fecisti, spinas & tribulos terra pariet tibi.* Quid multa? si primitus Adam ita fuisset conditus, vt mori posset, non eum peccato iam irretitum morte condemnasset Deus. Qui enim condemnasset? nam vel citra condemnationem mors mortales naturaliter sequi consueuit. Quamobrem nihil tibi cum illis sit; præsertim quando Carthagine congregata Synodus quæ dicta sunt confirmat; cuius illa verba, canone centesimo nono leguntur: *Si quis dicit, Adamum mortalem a Deo formatum, & non post peccatum corruptioni factum obnoxium, anathema esto.*

Sic etiam, vir sanctissime, quotquot Adamum medium inter immortalitatem & mortalitatem constituunt, procul a vera ratione discedunt. Quapropter tibi dubitandum non est. Etenim si Deus, cum produceret hominem, tunc illi dixisset, quo die comederitis de arbore, morte moriemini, attulissent isti aliquid, quia principio mortalem eum simul & immortalem fuisse opinantur. Quia vero multo post eius creationem mandatum dedit, vnde & mors occasionem contra nos nacta est (ait enim, *si comederitis, morte moriemini*) curiosius indagare primi hominis conditionem prorsus non decebat eos, qui sacram Scripturam interim legunt & perscrutantur: cum hinc perfecte scirent, quali natura esset conditus, qui secundum imaginem Dei scilicet factus esset. Patet enim, Deum manuum suarũ figmentum honorare volentem, a primordiis statim, atque ab ipso principio illud incorruptionis munere condecorasse. Atque hinc vniuersus sanctorum chorus adstipulatur; nec tu fidem dictis non adhibe. Quoniam namque Deus hominem omnium terrenorum principem constituere voluit, ob id (vt auream orationem fundens Ioannes inquit) animæ essentiam illi largitus est, hinc ipsum etiam iugiter immortalem esse volens. Nam si hoc non fuisset, si animum mentis compotem a Deo Adamus non accepisset, nihil erat futurus, iuxta diuinissimum Ioannem: vt pote formatus de puluere, vnde nimirum bestiæ quoque procreatæ sunt.

Intellige igitur, ô sacrum caput, ex multa bonitate Dei talibus munerantis incorruptionem tunc Adamo, quem primum finxit, impertitam esse, & gratiam statim in ipso perfectam simul, & omnibus numeris consummatam penitus fuisse. Alioqui non illi sacer paradisus ad habitandum contigisset: non ei honoris ergo in omnia terrena imperium datum esset: non illi tunc immortalitatis amplitudo, secundum imaginem æternitatis Dei collata fuisset. Verum hæc quidem a principio ipso ex gratia Adamo a Deo concessa sunt, vt diximus. Diuina autem vox illa, ne comederet de ligno scientiæ, ne morte moreretur, multo post creationem istanc ei legem imposuit, vt supra meminimus. Imposuit autem iis de caussis, quas nouit ille, *qui nouit omnia, etiam antequam fiant.* Quamobrem sine illos: noli tu quoque sermone imperitorum simul auferri. Creauit enim Deus hominem in incorruptione, hoc est, illico incorruptibilem ipsum produxit. Atque idcirco a ratione alienum est dubitare. Si enim Deus, vt iam significauimus, primum hominem secundum imaginem æternitatis suæ ab initio condidit, quid quæso dicere attinet, qualem illum secundum naturam condiderit: siquidem secundum imaginem æternitatis suæ illum tunc condidit? quæ quidem ab omni corruptione extranea est, vt oratio paulo infra sanctitati tuæ luculentissime demonstrabit. Ne itaque mireris, quandoquidem & diuinum Anastasium Sinaitam habes, cuius in oratione de resurrectione hæc sunt ad verbum. Et fecit Deus hominem; ad imaginem suam fecit illum. Prima est hæc fictio, simplex, omni iugo soluta, incorruptibilis. Dan. 13.

Si ergo prima creatio corruptione vacabat, vt diuinus vir de primo homine differens dixit, quid requirimus amplius? incorruptibilem enim illum iam tum Deus produxit, vt iam docuimus: quin & immortalitate cohonestauit. Nec mea istæc verba sunt: sanctissimus Andreas Cretensis, sermone de defunctis ita locutus reperitur. Ficto abs se homini Deus rationis & intelligentiæ, & immortalitatis & immunitatis ab interitu ornamenta contulit.

Iam si Deus homini immortalitatis or-

namenta præbuit, vt diuinus hic vir affirmauit, vnde postea disputatores illi, aut quali tandem magistro vsi, mortalitatem immortali admiscuerint, idque priusquam ei mandatum daretur a Deo, hoc ante omnia discere postulamus. Si enim Adam, quod asseuerant, mortis capax a Deo formatus est principio, non postquam paulo post ad corruptionem mortalitatemque redactus est, hoc quoque dicamus prorsus necesse est, etiam lapsos angelos non solum non lucidos fabricasse Deum, sicuti omnes ordines cælestes; sed tenebrarum conuenienter eos capaces fecisse. In his enim omnis quem possidebant splendor subito mutatus, in tenebras totus concessit. Sed neque hoc ab initio fuit, nec illud; quanquam id nobis adhuc indoctis videatur. Deus enim, qui hominem a principio immortalitate exornauit, & angelis lapsis lumen inexplicabile principio largitus est, ille rursum eos & loco, & charismate spoliauit. Quam ob caussam? quia maiora, & vltra captum suum conceperunt, & de dignitate sua cogitauerunt, vt sacra Scriptura testatur. Audias licet, quid ad ipsum, Satanam nempe, per Ezechielem dicat Deus. [Ezech. 28.] Simul atque exaltatum est cor tuum propter pulchritudinem tuam, & dixisti in corde tuo, Deus sum ego, repente de cælo de Cherubim proieci te, & periit scientia tua cum pulchritudine tua. Ergo primus homo, vir sanctissime, corruptionis, & interitus expers a Deo creatus est. Cæterum vbi se maiora meditatus, diuinitatem sibi promisit, castigans illum Deus, ne quid tale posthac animo versaret, corruptibilem ex incorruptibili, & mortalem ex immortali reddidit. Neque hoc solum; sed insuper e paradiso sine mora exterminauit, tametsi eius gratia sacrum illum hortum exquisite plantauerat.

Sed quid ego exterminationem e paradiso memoro, quando & potestatem in animantes rationis inopes a Deo sibi tributam mox amisit, & propter transgressionem damnatus est ita, [Genes. 2.] vt quas sub iugo suo haberet, eas formidaret? Vides enim quomodo & leo ipsum contemnat, & pardalis fugiat, & cæteræ omnes subiectionem recusantes, longius ab eo recedant. Aduerte igitur animum. Tametsi animalia Deus ad ipsum adduxit: tametsi omnia sub pedibus eius subiecit, vt est apud [Psalm. 8.] Dauidem, nihilominus peccatum hoc etiam principatu illum priuauit. Quomodo illum priuauit? non quod illa ἀρχὴ etiam ἀναρχίας susceptiua erat, vt plerique existimant: sed quod Adamus datum sibi mandatum transgressus, omnibus illis a Deo ipsi per gratiam traditis excidit. Idem in immortalitate quoque cernere est. Si enim credimus, Deum omnia proprio consilio & voluntate facere & commutare, quod Propheta Amos canit, efficitur omnino, vt credere [Cap. 5.] debeamus, illum quoque mortalem ex immortali, rursumque immortalem ex mortali & corruptibili facere. Quare nemo dicat, Adamum a principio morti obnoxium esse conditum, & si paulo post in corruptionem & mortem incidit. Mitte illos, quandoquidem manifeste ludunt, in quibus ludendum non est. Simul enim violauit mandatum Adamus, & simul mori cœpit. Confirmat hoc Scriptura sacra, *Quacunque die comederitis de arbore, moriemini.*

Quid plura? Si a principio ita conditus esset Adamus, vt morti deberetur, non diceret Salomon, *Deus mortem non fecit.* Ista enim non cohærent, & parum inter se congruunt. Claret igitur hinc, simul fregisse mandatum, & simul factum quod non erat. Quid porro istuc est? mors in Adamum principio minime cadebat: sed vbi de ligno comedit, tum cecidit. *Quacunque enim hora comederitis*, inquit, *de ligno, morte moriemini.* Noli porro istuc mirari. Quamuis enim animam intelligentem ei Deus indidit, vt inde æternitate augeretur: (& fidem facit ille lingua aureus) tamen, vt iam dictum est, mandati transgressio & immortalitate [Genes. 3.] ipsum nudauit, & paradiso expulit, & in terram de qua sumptus erat, reuerti fecit. Recte igitur Propheta Amos, Deum omnia facere & transmutare arbitratu suo ad vtilitatem nostram.

Cognosce itaque. Si enim, vt copiose probauimus, & incorruptibilis & immortalis a Deo Adamus creatus est, vnde quæso, illi prorumpentes, medium ipsum inter immortalitatem & mortalitatem fuisse toto pectore contendunt, & non omnimodis immortalem secundum dignitatem ei ante peccatum impertitam pronuntiant? Ad hæc respondeant velim. Atqui nihil afferre queant. Neque, vt nosti, tantummodo mediam ipsum inter hæc duo extrema naturam habuisse affirmant: sed insuper etiam perpessiones naturales affingere eidem non pertimescunt, qui ante peccatum a corruptione, interituque liber, nec pati poterat. Nec sententiam e scripturis probant, vt diximus. Sed tu ne timueris. Tali namque natura fuisse hominem ab initio, incorruptibili puta, & impassibili, & nullo modo passum, ab omni corruptione remotum, lingua aureus, homilia decima septima in Hexaëmeron siue Genesin docuit, vbi ait hominem ante peccatum adeo segregatum, & liberum a perpessionibus fuisse, vt sunt angeli, gloria perfruentem ineffabili. Et longe fusius in libro de statuis, vbi hac de re dilucidius verba facit. Cum enim corpus hoc corruptibile tantopere quidam calumniarentur, vt etiam diuina fabricatione indignum dictitarent (aiebant enim, si plasma diuinarum manuum esset, non

non ita innumeris malis subiiceretur) sic eos est aggressus.

Nequis mihi hominem hunc dicat, qui offendit, qui damnatus est, qui ignominia affectus. Sed si noscere quæritis, quale a principio corpus nostrum finxerit Deus, paradisum ingrediamur, & ab initio hominem conditum inspiciamus. Non enim, vt nunc, corpus illud corruptibile, & fluxum erat: sed tanquam aurea quædam statua, recens e conflatorio educta, & clare fulgens, ita omni corruptione vacabat; non labor molestabat, non sudor labefactabat, non sollicitudines incumbebant, non tristitiæ obsidebant, non sordes, non lacrymæ, non aliud quippiam malorum similium. Verum postquam in benefactorem se contumeliose gessit, & Deum fieri se posse sperauit, excellentioraque quam pro dignitate sua meditatus est; tunc nimirum, tunc sapiens Deus adhibita illi correctione, corruptibilem mortalemque fecit, & his tam multis necessitatibus alligauit. Hactenus Ioannes ille diuinissimus. Ergo incorruptibile illud corpus iure vocauit. Quod enim quasi corruptioni cuidam expositum non est, pro certo incorruptibile est. Quod si incorruptibile, quomodo obsecro, & qua ratione patiebatur? discere istuc cupimus. Nos enim per nosmet cogitando consequi non possumus, quo pacto corpus ab omni corruptione alienum pati, & affici potuerit, atque ideo doceri rogamus.

Porro, sanctissime vir, etiam ab Heracleæ Episcopo, quanquam in diuinis rebus sapiente, disputata dubitationem non vulgarem nobis iniiciunt. Quapropter illum in præsens adducere in medium non decebat. Quæ est igitur illa dubitatio? Quoniam ille explanans, quæ de homine disseruit celebris in theologia Gregorius, quomodo scilicet ab initio effictus sit a Deo, & qualem mox naturam sortitus, qualisque post casum factus sit, & qualem deinde sortem adeptus, ne malum foret sempiternum, hæc duo nobis cogitanda relinquit; aut se theologicis vestigiis non institisse (etsi hoc audacius a nobis dicitur) aut, quod longe audacius est, magnum hunc Gregorium ipsum sibi contradicere. Verum, idcirco mihi succensere haud æquum est. Licet enim plures nos pro superbis habeant, & insipientes vocent, qui hæc nimirum ad fidem, vt videtur, difficiliora affirmemus; tamen si quis accurate inquisierit, quomodo, & qua ratione theologicas Gregorij sententias exposuerit, admirabitur: & inde nos accusare desinet. Bene igitur beatus Pau-
1. Cor. 14. lus, *qui loquitur linguis, oret vt interpretetur.* Ecce enim in hoc libro aliquando dixit, hominem esse temporarium secundum corpus, ante peccatum; aliquando inter corruptionem simul & incorruptionem, sicut inter immortalitatem & mortalitatem medium primum illum Adamum, & naturalibus passionibus subiectum fuisse contendit; vt ita patiens, admoneretur, & de præstantia mentis superbiens emendaretur. Aliquando summam ipsum apathiam habuisse, & corpus eius omni corruptione superius, vtpote immortalitatis secundum gratiam minime expers, fuisse dixit. Hæc, diuina accuratius perpendentibus, nequaquam admittenda censentur. Caue autem arroganter hoc a me dictum existimes. Si enim neque hoc erat primus homo, neque illud, id est, nec corruptibilis, nec incorruptibilis, nec mortalis, nec immortalis, vt illi placet; quomodo rursus eundem summam habuisse apathiam, & secundum gratiam immortalitatis non expertem fuisse asserit?

Equidem præ stupore vix me capio, quomodo admirandus ille vir in tantam discrepantiam deuenerit: quomodo, vt nobis quidem videtur, ipse secum pugnet. Si enim nec corruptibilis erat primus homo, nec incorruptibilis, quomodo igitur admonitionis & castigationis caussa patiebatur? Pati, necessario est corruptibilis. Si autem corruptibilis Adamus, quoniam patiebatur, qui tandem ipsum incorruptibilis & corruptibilis naturæ medium fuisse probare annituntur? Hæc nobis male conclusa ab indoctis illis videntur. Si enim, vt illi autumant, medium inter magnitudinem, & humilitatem, hoc est inter immortalitatem & mortalitatem corpus Adami fuisse diuinus Gregorius docet, quid est, quod idem vir magnus antea temporaneum vocauit? Huic oppositioni respondeant. Si enim temporaneum erat, patet etiam mortale fuisse. Si mortalis Adamus, quoniam corpus ad tempus durans gerebat, quomodo ipsum postea medium inter magnitudinem & humilitatem fuisse ait?

Scito igitur, ô sacrum caput, de communi hominum natura pauca quædam disserentem Gregorium: occasionem nescio quo pacto dedisse Patri huic, existimandi, de primo homine ista disseruisse. Sic igitur, sanctissime, & medium magnitudinis atque humilitatis, non de corruptione, vt arbitror, & incorruptione magnus ille scripsit: sed vniuerse de anima & corpore. Etenim anima cuiusque, per diuinam insufflationem, vt esset, consecuta, maior sine dubio luteo isto corpore fuit. Et quid plura attinet? Nam si verba theologica attente legas, deinde expositionem super ipsa consideres, tunc, tunc inquam, disces, quantum discrepent, & a pia cogitatione hanc explicationem mirum in modum abhorrere disces.

Ne longe abeamus, temporarium & immortale: &, vt patiatur, & patiens admoneatur & erudiatur; &, animal sic consti-

tutum, & alio postea conuersum, neutiquam generis nostri principi illi & primo Adamo quispiam accommodauerit, nisi in incorruptione, & secundum imaginem æternitatis Dei etiam ante præuaricationem corruptioni & mortalitati debitum fuisse fateamur. Quæ cum ita sint, præstabat silere; cum præsertim ipsum diuum Gregorium super primæuo homine nihil tale tum dixisse videamus. Quomodo enim, si pergens etiam corpus illi dat a quacunque corruptione inuictum, & confirmat sententiam his verbis: & sine omni tegumento & munimento? Talem quippe conueniebat esse qui primus conderetur. Attentione digna res. Si enim decebat talem esse, qui primus fuit conditus, non egentem videlicet vllo tegumento, aut munimento (est autem hæc perfecta apathia) liquet, *temporarium & immortale*, &, *vt patiatur, & patiens admoneatur, & erudiatur*, ista, inquam, de communi hominum natura accipienda, vt iam monuimus. Fuit enim impossibile a se dissidere magnum Gregorium, nunc impassibile affirmantem corpus Adami, nunc passionibus naturalibus, idque ante transgressionem, subiectum.

Quod porro corpus illud non egens vllo tegumento incorruptibile & immortale sine controuersia fuerit, luculentius etiam Ioannes Chrysostomus tradit. Nam concione decima quinta in hexaëmeron inter cætera sic loquitur. Naturæ necessitatibus in paradiso nequaquam constringebantur protoplasti, prorsus incorruptibiles & immortales creati; neque vestimentorum egebant. Si igitur, dilecte, Adam prorsus incorruptibilis & immortalis est procreatus, quomodo illi medium inter immortalitatem & mortalitatem illi statuunt? Multis itaque demonstratum est, hominem ab initio immortalem esse formatum, tunc ei immortalitatem donante Deo, qui magna donare consueuit. Et fidem habe etiam hîc Ioanni oris aurei, dicenti. Cum nihil intulisset in vitam homo, mox immortalitatem, omnemque aliam in paradiso voluptatem accepit. Sed vbi diuino mandato inobediens factus est, illico immortalitate spoliatus, ex immortali mortalis est redditus. *Qua enim hora comederitis*, inquit, *de arbore, morte moriemini*. Ac de istis ita dictum esto.

Fuisse autem incorruptibile & immortale corpus illud, docuit etiam Beatus Cyrillus, in oratione de fabricatione hominis, vbi ad verbum sic est. Creatum est quidem corpus Adami e terra, a corruptione autem & morte inuictum. Auctor enim & suppeditator vitæ illi vitam inseuerat. Quin & Magnus Basilius. Cum finxisset hominem Deus, inquit, æternæ vitæ fruitionem illi donauit. Præterea diuinissimus Barlaam sic ad Iosaphat. Primum hominem Deus potestate arbitrij sui, & immortalitate honoratum, regem omnium terrenorum declarauit. Idem Ioannes Chrysostomus, sic ad verbum differens, concione vicesima prima in hexaëmeron. Fabricatum a se hominem Deum omnium quæ sub aspectu cadunt principatum habere voluit. Propter hoc enim dixit, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*. Faciamus hominem principem terrenorum vniuersorum. Etenim nihil aliud illud *secundum imaginem*, nisi principatus & dominij rationem significat. Sicut enim vniuersitatis Dominus in omnia imperium obtinet, aspectabilia & inaspectabilia, vt omnium conditor: sic cum animal hoc mente & consilio præditum condidisset, id omnibus quæ oculis sentiuntur præesse voluit. Quare & animæ essentiam illi donauit, quo duraret æuo sempiterno. Tu noli dictis diffidere; siquidem & Salomon hoc ipsum indicat. *In incorruptione*, inquit, *Deus hominem creauit, & secundum imaginem æternitatis ipsius*. Et esset quidem ita sempiternus: sed quia per socordiam lapsus est, & præscriptum sibi mandatum violauit, ne sic quidem omnino ab eo se remouit: sed immortalitate quidem exutum, & morte damnatum in eodem ferme imperio reliquit. Sap. 2.

Planum est igitur, hominem antequam de vetito ligno vesceretur, a morte liberum fuisse: non enim pro supplicio, vt Chrysostomus in decima sexta homilia docet, mortem ei post esum inflixisset. Verum hoc loco aduertendus est animus. Non solum omnium quæ aspectu percipiuntur, regem eum constituere Deo placuit: sed & opere ipso imperium eius absolutum plane demonstrauit. Omnia enim tunc animantia ad illum adduxit; tametsi quid futurum esset non ignoraret. Atque ita omnia, seruorum specie illi repræsentata, appellationes ab eo susceperunt. Sic igitur per intelligentem animam immortalitate eum honorauit. Quanquam enim & futuram non multo post præuaricationem ipsius prænosset, tamen ex sola præscientia eum damnare nolens, suam voluntatem in eo, vt Deo dignum fuit, expleuit, & anima ipsum, vt iam dictum est, impertiuit, per quam in perpetuum immortalis esset. Si ergo, immortalitate hominem cohonestauit, manifesto in errore versantur, quicunque mortalitatem illius immortalitati admiscent. Non parum enim hinc honorem homini a Deo in principio collatum obscurant, & imminuunt. Vnde & mortalitatem cum immortalitate confundere prorsus non decebat: siquidem Ioannem Chrysostomum prius dicentem audiuerunt; sicut aurea statua, modo de conflatorio educta, & clare fulgens: sic illius corpus ab omni corru-

ptione liberum erat. Quare & mortalitatem cum immortali coniungere fas non erat: quandoquidem aurea lingua exemplo hoc potissimum vsa est. Declarat quippe hinc, corpus eius morte & corruptione fuisse maius: vt prodeuntem modo statuam, & clare fulgentem, omni labe vacare necessario confitendum, & credendum est.

C Meretur & hoc admirationem, quamobrem cicadæ cantum suum æstate media primum incipiant. Nimirum natura frigidæ sunt, qua de caussa post æstiuum solstitium canendi faciunt initium: nec nisi exorto sole strepunt, ipsoque meridie maxime sunt canoræ. Et quidem femella quum longe sit mare frigidior, arboribus taciturna insidet, quasi si Pythagoræ disciplinis esset imbuta. Qui fit, vt aquilarum pennæ, cum aliarum auium pennis commistæ, illas ipsas absumant? nam celeriter admodum pereunt. Quamobrem Charadrius, si quando quem morbo regio laborantem conspicit, oculos claudit? Non D id profecto propterea, quemadmodum aliqui volunt, quod ægroto inuideat, liuoreque præpediatur, quo minus eum rectæ valetudini restituat. Non enim bruta laborant inuidia, nec Prometheus apud ipsa punitur, quod ignem bonum cum mortalibus communicauerit. Sed oculos iccirco claudit, quod morbus hic de vno ad alterum transeat. Adeoque mox auiculam hanc morbus occupat.

Cicadæ frigidæ.

Aquilarum pennæ.

Charadrius siue rupex & hiaticola.

Nec illud admiratione caret, quod luscinia vigilans, quum ouis incubat, noctem integram canere non desinat. Qui vespertilio pariter & quadrupes est, & volucris? qui auium hæc sola dentes habet?

Luscinia indefessa. Vespertilio.

ac fœtificat quidem instar quadrupedum, A aera vero leuiter permeat, non alis, sed pellicula quadam sublata. Qui fit, vt anseres peruigiles sint, & ad sentiendum obscura latentiaque longe acerrimi? qui quidem olim etiam vrbem orbis principem conseruarunt, quum hostes quosdam occultos, qui per ignotos abditosque cuniculos arcem Romanam occupaturi erant, indicio suo prodidissent.

Roma ab anseribus seruata.

Quis hominum cædem vulturibus denuntiat, quum expeditiones aduersus se inuicem suscipiunt? videas enim tantum non infinita vulturum agmina castra sequi, de armorum apparatu euentus indicia colligentum, quod ipsum a ratiocinationibus humanis parum abest. Aliis etiam de caussis in admirationem quædam veniunt, si quis animum aduertat. Quæ- B dam enim volucres de prius existentium propagatione veniunt, quædam hodieque de terra oriuntur. Non enim cicadæ tantum e pluuiis proueniunt, aliaque plurima, quæ in aere volant, pleraque nominibus propriis, ob eorum exiguitatem, carentia: sed etiam mures atque ranæ de eadem prodeunt [quando apud Thebas Ægyptias, si vehementes in æstu pluuiæ cadant, mox terrenis muribus vniuersa regio completur.] Nec anguillas aliunde cernimus oriri, quam de limo. Quippe nec ouis, nec alio quopiam modo propagantur, sed ortum e terra tantum habent.

Vultures exercitus comitantur.

Auium ortus.

Mures, ranæ, anguillæ.

Erodium mihi quæso considera. Species hæc auis est, supra quosuis passeres nidificantis, altissimis nimirum in arboribus, præsertim abietibus. Vnde Aquila Psalmi C dictum vertens: Erodio, inquit, domicilium sunt abietes. Supra omnes alias certe volucres nidificat. Iccirco Dauides ait: erodii domicilium superat eos. Hunc erodium tanta præditum esse castimonia tradunt, vt quum ad venerem accessurus est, dies quadraginta* .... Nam auis hæc est in mœrore, si quando necessitate sic exigente mutuam ad coniunctionem pertrahitur: quasi quiddam inde sibi ingratæ rei accidere significaret. Quæ si vera D sunt, quid nos quæso facturi sumus? qui beneficio rationis ornati, nihilominus vitæ voluptatibus plus æquo sumus addicti.

Erodius siue Ardeola.

Aquila. *Psalm.* 103. 17.

Erodii verecundia.

* continuos lugeat, & post coniunctionẽ alios totidem dies. Ægre enim fert, si quando

Quid de Pelecano dicemus? cuius in psalmis suis Dauides etiam meminit. Factus sum, ait, Pelecano solitario similis. Auis hæc summis in scopulis nidum exstruit, sollicite incumbens in id, vt insidiatores vitet. Verum serpens insidiator etiam magno ex interuallo virus suum in pullos eius euomit. Posteaquam enim circumspexit, vnde ventus spiret: ab ea parte veneno adflato, interitum eis adfert.

De Pelecano.

Psalm. 101. 8.

Serpentis astutia.

ζωογονεῖ μὲν ὡς τετράποδα, ἐπιπολάζει δὲ τῷ ἀέρι, οὐχὶ πτεροῖς κουφιζομένη, ἀλλ᾽ ὑμένι τινὶ δερματίνῳ. Πῶς δὲ καὶ τὸ τῶν χηνῶν γένος ἄγρυπνον, καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον. οἵγε ποτὲ καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ἀφανεῖς δι᾽ ὑπονόμων ἀφανῶν * δὴ μέλλοντας τὴν ἄκραν τῆς Ῥώμης καταλαμβάνειν μηνύσαντες.

Τίς ὁ τοῖς γυψὶ προαγγέλλων τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν κατ᾽ ἀλλήλων ἐπιστρατεύσωσιν; ἴδοις γὰρ ἂν μυρίας ἀγέλας γυπῶν τοῖς στρατοπέδοις ἑπομένας ἐκ τῆς τῶν ὅπλων παρασκευῆς τεκμηριομένας τὴν ἔκβασιν, ὅπερ οὐ μακρὰν ἐστὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων. καὶ ἄλλας δὲ θαυμάζειν ἔπεισι τῷ προσέχοντι. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς διαδοχῆς τῶν προϋπαρχόντων παράγεται, τὰ δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐξ αὐτῆς τῆς γῆς ζωογονούμενα δείκνυται. οὐ γὰρ μόνον τέττιγες ἐν ἐπομβρίαις ἀνίασιν, ἀλλὰ καὶ ἄλλα μυρία γένη τῶν ἐμφερομένων τῷ ἀέρι πτηνῶν, ὧν ἀκατονόμαστά ἐστι τὰ πλεῖστα διὰ λεπτότητα· ἀλλ᾽ ἤδη καὶ μῦς καὶ βατράχους ἐξ αὐτοῦ ἀναδίδοσθαι.

Τὰς δὲ ἐγχέλεις οὐκ ἄλλως ὁρῶμεν ἢ ἐκ τῆς ἰλύος συνισταμένας, ὧν οὔτε ᾠόν, οὔτε τις ἄλλος τρόπος τὴν διαδοχὴν συνίστησιν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς γῆς αὐτῆς ἐστιν ἡ γένεσις.

Περὶ ἐγχέλυος.

Ὅρα δὲ καὶ τὸν ἐρωδιόν. ὁ ἐρωδιὸς εἶδος ὀρνέου ἐστὶ πηγνύντος τὴν καλιὰν αὐτοῦ πάντων ἄνωθεν τῶν στρουθῶν, ἤγουν ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις τῶν δένδρων, καὶ μάλιστα ταῖς ἐλάταις. καὶ ὁ Ἀκύλας. ἐρωδιῷ ἐλάται οἶκος αὐτοῦ. πάντων οὖν ἄνωθεν τῶν στρουθῶν πήγνυσι τὴν καλιάν. κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ φησί· τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν. τοσαύτη δὲ σωφροσύνη συζῆν τὸν ἐρωδιόν, ὥστε ἡνίκα πρὸς συνουσίαν ἔρχεσθαι μέλλει, ἡμέρας πενθεῖ τεσσαράκοντα· καὶ μετὰ τὴν συνουσίαν ἑτέρας μ᾽. δυσμαχετεῖ καὶ γὰρ τουτὶ τὸ ὄρνεον εἴποτε φύσεως ἀνάγκῃ πρὸς ἄλληλα συνδυάζεσθαι καθέλκοιτο, ἅτε δὴ τὴν ἐντεῦθεν ἀηδίαν παριστῶν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί ποιήσομεν ἡμεῖς; οἱ λόγῳ μὲν τετιμημένοι, ταῖς τοῦ βίου κατὰ τοσοῦτον ἡδοναῖς ἐμπεδούμενοι.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ πελεκάνου, οὗ καὶ ὁ Δαβὶδ μέμνηται λέγων. ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ. τί χρὴ καὶ λέγειν; τοῦτο τὸ πτηνὸν ἐν ἄκραις πέτραις πήγνυσι τὴν καλιάν, τοὺς ἐπιβούλους ἐκφεύγειν διὰ φροντίδος ποιούμενος. [ἀλλ᾽ ὁ ἐπίβουλος ὄφις ἡνίκα τὸν πατέρα μικρόν τι τῶν τέκνων ἀποπλανέντα θεάσηται, τῆς ἐπιβουλῆς παραχρῆμα ἐφάπτεται.] καὶ ἐπειδὴ μὴ προσεγγίζειν τῇ καλιᾷ δύναται, τὸν ἰὸν * αὐτῆς ἐπιχέει. καὶ πόρρωθεν περισκοπήσας γὰρ πρότερον ὅθεν εἰσπνέει ὁ ἄνεμος, κἀκεῖθεν ἐμφυσήσας αὐτοῖς τὸν ἰόν, ἐπάγει τὸν ὄλεθρον.

Περὶ πελεκάνος

* αὐτοῖς

ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐπιπτὰς αὐτοῖς αὖθις καὶ φυσικῶς, ὅθεν ἀναβιώσαιντο. κατὰ κορυφῆς γὰρ αὐτῶν ἠρέμα πτερύσσεται, καὶ τὰς πλευρὰς ἑκατέρωθεν ἐπιπλήσσων ταῖς πτέρυξιν, αἵματος αὐτοῖς ῥανίδας ἀφίησι. κἀντεῦθεν οἱ τεθνεῶτες νεοττοὶ παραδόξως ἀναβιώσκουσιν.

Ἐπίγνωθι οὖν, ἀγαπητέ, τίνος ἕνεκεν ἡ παράδοξος αὕτη περὶ τὰ ἔγγονα τῷ πελεκᾶνι συμπάθεια. σκιαγραφῆσαι γὰρ ὁ κύριος τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα κἀν τῷ πτηνῷ τούτῳ θέλων ἄνωθεν, ὅτι τε παράδεισος ἔκτισται, καὶ ὅτι περ ἐν αὐτῷ οἱ πρωτόπλαστοι τέθεινται, ὅτι ὁ νοητὸς ὄφις τῶν ψυχῶν αὐτοῖς προὐξένει θάνατον, καὶ ἔτι φιλόστοργος οἷα πατὴρ ἐπὶ τεθνεῶσι παισὶν, ὁ ποιητὴς πάντων Θεὸς ἐπ' αὐτοῖς ἐπικάμπτεται, χρηματίζει τε τὰ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ πάντα τὰ λοιπὰ καταδέχεται, ἐπὶ σταυροῦ τελευταῖον ὑψοῦται, καὶ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ζωόρρυτον αἷμα ἐκχέει εἰς ἀνάπλασιν τῶν πρωτοπλάστων ἐκείνων τῶν τῷ ἰῷ τεθνηκότων τοῦ ὄφεως, τοιαύτην τῷ πελεκᾶνι συμπάθειαν περὶ τὰ ἔγγονα κατ' ἀρχὰς ἐνεφύτευσε. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Δαβὶδ προλαβὼν ἔλεγεν· ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ.* πελεκὰν γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστός· καλιὰ ὁ παράδεισος· νεοττοὶ οἱ πρωτόπλαστοι· ἐπίβουλος ὄφις αὐτὸς ὁ διάβολος· ἰὸς ὄφεως ἡ ἐκ τοῦ διαβόλου πάντως ἀπάτη. θάνατος ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ χωρισμός. συμπάθεια πατρικὴ ἡ τοῦ Θεοῦ λόγου δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησις. ἡ δὲ τῶν νεοττῶν ὕπερθεν ἐκπτέρυξις, ἡ ἐπὶ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ τῶν πρωτοπλάστων ἄνωθεν ἀπαιώρησις· πλευρῶν ἐπίπληξις, ἡ τῆς θείας νύξις πλευρᾶς, ἡ τελευταῖον τοῖς τεθνεῶσιν ἐπιστάζον αἷμα ζωόρρυτον. εἰ μὴ γὰρ ζωόρρυτον ἦν, οὐκ ἂν τοῖς κάτω κειμένοις ἐχαρίσατο τὴν ἀνάστασιν. καλῶς οὖν ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου ὁ κύριος. ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ. λέγει δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον περὶ τῶν κοράκων, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν. ὁ δὲ Θεὸς τρέφει αὐτά. τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα τῶν κοράκων ἐξ ὀνόματος μέμνηται; λέγεται οὖν, ὅτι, μισοτέκνους ὄντας αὐτοὺς μὴ τρέφειν τὰ οἰκεῖα νεόττια· τρέφεσθαι δὲ προνοίᾳ Θεοῦ ἀπὸ τῶν παραφυομένων τῷ ἀέρι ζωυφίων τῷ στόματι αὐτῶν ἐμπιπτόντων. πόσου δὲ καὶ τοῦτο θαύματος ἄξιον;

* πελεκᾶν

Περὶ μελισσῶν.

Αἱ μέλισσαι τοὺς κηφῆνας ἐφάπαξ καταλαβοῦσαι, πεφεισμένοις τύπτουσι καὶ ἀπολύουσιν. εἰ δὲ καὶ αὖθις αὐτοὺς κατάσχωσι, νεκροὺς ἐργάζονται.

A Tum vero pater ſupra ipſos volans, & naturali quodam inſtinctu factas inſidias deprehendens, quo pacto recuperare vitam poſſint, cognitum habet. Nam leniter ſupra illorum verticem alas expandens, & feriens vtrimque latera, guttas in eos ſanguinis demittit. quo facto, noua & inopinata quadam ratione pulli vitæ reſtituuntur.

Hoc exemplum, dilecte fili, velim mihi conſideres, quamobrem indita eſt Pelecano admirabilis hæc erga ſobolem adfectio? Quum multo ante Dominus hac in aue vellet exprimere cuncta, quæ nobis acciderunt, quod nimirum paradiſus conditus ſit, quod in eo collocati homines B illi primi, quod intellectilis ille ſerpens animi mortem eis conciliauerit, quod opifex omnium Deus paterna beneuolentia velut erga filios motus, homo factus, omnia perpeſſus, tandem in crucem ſublatus ſit, quod de latere ſuo ſanguinem effuderit, verum vitæ riuum, ad primorum hominum inſtaurationem, qui veneno ſerpentis extincti fuerant, ipſo rerum initio talem erga ſobolem ſuam adfectionem pelecano inſeuit. Nam propterea per Dauidem multo ante verbis his vſus eſt: Factus ſum pelecano ſolitario ſimilis. Etenim pelecanus, eſt ipſe Chriſtus: nidus, paradiſus: pulli, primum conditi homi- C nes: ſerpens inſidiator, ipſe diabolus: virus ſerpentis, fraus diaboli: mors, a Deo diremptus atque ſeparatio: paterna adfectio, Dei ſermonis facta noſtri cauſſa naturæ humanæ adſumptio: alarum ſupra pullos expanſio, Chriſti ſupra conditos illos primum homines in crucem ſublatio: laterum pulſatio, diuini lateris punctio, quam ſequuta eſt ſanguinis vitæ fontem continentis deſtillatio. Niſi enim viuificus eſſet, proſtratis reſurrectionem impartiri non poſſet. Itaque per vatem Dominus præclare dixit: Factus ſum pelecano ſolitario ſimilis. Perſcriptum eſt in Euangelio Lucæ: Conſiderate cor- D uos, qui neque ſerunt, neque metunt, & Deus nihilominus eos alit. Quamobrem hoc loco nominatim coruorum fit mentio? Perhibentur corui ſobolem ſuam odiſſe, ac propterea pullorum alendorum curam abiicere. Verum ii Dei prouidentia victitare quibuſdam feruntur animalculis, ex aere propter ipſos naſcentibus, & in ora illorum delabentibus. Hoc ipſum, quæſo, quantam admirationem meretur?

Chriſti ad pelecanum comparatio præclara.

Luc 12. 24.

Coruorum ἀστοργία.

Quum ſemel fucos deprehenderunt apes, parce ac leniter in eos irruunt, & captos a contubernio ſuo ablegant. Sin rurſus eos intercipiant, morte adficiunt.

Qui fucos puniant.

Eædem partim regem veluti satellites stipant, partim nocturnas excubias agunt, quod eo tempore quiescant aliæ laboribus fatigatæ, partim hoc muneris habent, vt mortuas exportent. Mirum videri non debet, vna cum incrementis ac deminutionibus lunæ aera quoque mutari : quando nonnullis in animalibus idem vsuuenire videmus.

Ibis interlunii tempore cæca.

Nam tradunt Ibim cœlo luna carente nihil cernere, sed oculos habere clausos, nec cibis vllis vti.

Cercops.

Et quidem in simio, quem Cercopem vocant, effectiones hac in parte sunt illustriores. Nam quum augescit luna, oculorum orbis ei dilatatur : quum deminuitur, & ipse contrahitur.

Mustela.

Quinetiam mustela deficiente lunæ lumine, iecur imminui sentit : eademque rursum crescente, membrum idem vicissim augetur.

Lichne lapis suauem sonũ edit.

Perhibent etiam in Hydaspe fluuio lapidem quemdam nasci, quem Lichnen vocant. Is augescente luna sonum dulcis cantus edere fertur.

Clopias piscis.

In flumine quodam Celtico piscem existere tradunt, qui ab incolis Clopias appelletur. Is luna crescente albescit, deminuta nigricat.

Anastasius.

Atque hæc quidem etiam libro suo de sex primorum ab ortu mundi dierum opificiis magnus Anastasius ille complexus est.

Epiphanius.

Cæterum præter illos quoque, qui resurrectionem futuram non credunt, vel potius eam irrident, vt eximius ille noster Epiphanius ait, admirabilia quædam & noua Deus vti fierent, consilio singulari instituit.

Phascusa & Tabanus.

Phascusa dies XL mortua, reuiuiscit. Myops siue Tabanus VI totos menses mortuus, vitam recuperat.

Phœnix.

Phœnix auis est Arabica, quæ & vnigena, & comparis expers fertur in creatione rerum exstitisse. Huic in singulos annos IƆ eiusmodi quiddam vsuuenire traditur, quod lætam illam resurrectionem egregie nobis ob oculos ponit. Nam Græci commemorant, eum finem suum prospicientem, in Ægyptum sese conferre, ac soli obuertere. Deinde in puluerem exuritur, de quo puluere vermis nascitur, qui rursus in volucrem commutatur, quem Phœnicem dicimus. Atque hoc, vt indicauimus, post singulos quingentos annos fieri consueuit.

Strutocamelus.

Passer autem Lybicus, auis quidem est (alas enim habet) verum non volat propterea, quod pennas habeat ad volatum non satis idoneas, vti quæ pilis consimiles sint. Idem bipes est, auium more : sed vngulas diuisas habet, vt quadrupes.

Ceyx.

Vnicum modo fœtum auis nulla gignit præter Ceycem. quod quidem fit ob eius naturæ frigiditatem, quæ de formidine colligitur. Nam nisi timidus esset, aues ipsum vniuersæ non persequerentur. quo ipso fit, vt nidis alienis vtatur. Est autem frigiditas vbique formidinis caussa.

A καὶ αἱ μὲν αὐτῶν τῷ Βασιλεῖ δορυφοροῦσιν, αἱ δὲ νυκτὸς ἐπαγρυπνοῦσι φυλακῆς χάριν, διὰ τὸ τὰς κοπιώσας τότε ἀναπαύεσθαι. τῶν δὲ ἔργον ἐστὶ, τὸ τὰς νεκρὰς ἀποκομίζειν ἔξωθεν. οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἴγε ταῖς τῆς σελήνης αὐξομειώσεσι μεταβάλλεται ὁ ἀὴρ, ὅπου γε καὶ ἐν ζώοις τισὶν ἐστὶ τοῦτο ἰδεῖν. Φασὶ γὰρ τὴν ἶβιν μηδαμοῦ ὁρᾷν, ὅτε ἀσέληνος ὁ οὐρανὸς, μύειν δὲ καὶ ἄσιτον μένειν. ὁ δὲ κέρκωψ περιδηλοτέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας. ὅτε γὰρ αὔξει ἡ σελήνη, ὁ τῶν ὀφθαλμῶν * κόρος τούτῳ εὐρύνεται. ὅτε δὲ μειοῦται, συστέλλεται. ἀλλὰ καὶ ἡ γαλῆ λειψοφωτούσης τῆς σελήνης, ἥπατος λείπεται· αὐξιφωτούσης δὲ πάλιν, αὐτῆς τὸ τοιοῦτον αὐτῆς προσεπαύξεται μόριον. Φασὶ δὲ καὶ ἐν ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ γίνεσθαι λίθον λίχνην καλούμενον, ὃς σελήνης αὐξομένης ἦχον μελῳδίας ἀποτελεῖ. καὶ ἐν ποταμῷ δὲ Κελτικῷ διαιτᾶσθαι ἰχθὺν κλωπίαν ἐγχωρίως καλούμενον, ὃς αὐξομένης τῆς σελήνης λευκαίνεται, μειουμένης δὲ μελαίνεται. ταῦτα δὲ τῇ ἑξαημέρῳ αὐτοῦ συμπεριείληφεν ὁ μέγας Ἀναστάσιος.

* ἴσ. πόρος

Ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἀπιστοῦντας, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐπιγελῶντας τῇ ἀναστάσει, καθά φησιν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, παράδοξά τινα * προῳκονόμησεν γίνεσθαι. Ἡ φάσκα θνήσκει ἡμέρας * σαράντα, καὶ πάλιν ἀνίσταται. Ὁ Μύωψ θνήσκει μῆνας ἕξ, καὶ πάλιν ἀνίσταται. Ὁ φοῖνιξ ὁ Ἀραβικὸς ὄρνις λέγεται εἶναι μονογενὴς, ἄζυγος ἐν τῇ δημιουργίᾳ κατὰ ἔτη φ'. τοῦτο πάσχει, ὃ καὶ φαιδρὰν παρίστᾳ τὴν ἀνάστασιν. αὐτὶ καὶ γὰρ οἱ Ἕλληνες περὶ αὐτοῦ διηγοῦνται, ὅτι προγνοὺς τὸ τέλος αὐτοῦ, ἔρχεται περὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου ἵσταται. εἶτα τεφροῦται, καὶ ἀπὸ τοῦ χοὸς αὐτοῦ σκώληξ γίνεται. καὶ αὐτὸς αὖθις εἰς πτηνὸν μεταβάλλεται. τὸν φοίνικα δὲ τοῦτον, ὡς εἴπομεν, μετὰ ἔτη φ'. εἴωθε γίνεσθαι. Ὁ δὲ στρουθὸς ὁ Λιβυκὸς ὄρνις μέν ἐστι. πτερωτὸς δέ. οὐ πέταται δὲ διὰ τὸ τὰ πτερὰ αὐτοῦ μὴ χρησιμεύειν εἰς πτῆσιν, τριχοειδῆ γάρ. καὶ δίπους μέν ἐστιν, ὡς ὄρνις. διχηλεῖ δὲ, ὡς τετράπους. ἀλλὰ καὶ μονοτόκον οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ἐστὶν, εἰ μὴ μόνος ὁ κόκκυξ, διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως. ὅτι δὲ ψυχρὸς, δῆλον ἐκ τῆς δειλίας αὐτοῦ. καὶ γὰρ εἰ μὴ ἦν δειλὸς, οὐκ ἂν ὑπὸ πάντων ἐδιώκετο τῶν ὀρνέων, κἀντεῦθεν * ἀλλοτρίαις ἔτικτε νεοττιαῖς. πανταχοῦ δὲ ἡ ψυχρότης αἰτία δειλίας.

* προῳκονόμησαν,
* τεσσαράκοντα

Περὶ στρουθίου Λιβυκοῦ.

κόκκυξ

* ἐν ἀλλ.

ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό σε παραδραμεῖν ἀγαπητὲ βούλομαι παραδοξότερον, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὄν, ὃ περὶ ὄρνιθος τοῦ καλουμένου Μέροπος ὁ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ. Μέροψ, λέγων, τὸ ὄρνεον εἰς τοὐπίσω πέταται. καὶ ἔπεισί μοι θαυμάζειν τὴν ἐπίσημον ἀναφορὰν, ἣν ἐκεῖνο ἄγει τὸ ζῶον. Τὸ δὲ τὸν ἀλεκτρυόνα νυκτὸς ᾄδειν ἐν ὡρισμένοις καιροῖς οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς, τινὲς μὲν ἐφυσιολόγησαν οὕτως, ὅτι θερμότατον ὂν τὸ ζῶον, καὶ λίχνον περὶ τὰς τῶν τροφῶν ὀρέξεις, τῇ μὲν ἐμφύτῳ θερμότητι ταχύτερον πέπτει τὴν διδομένην τροφήν· τῇ δὲ λιχνείᾳ τῆς φύσεως προαναφωνεῖ τὴν περὶ ταῦτα ὄρεξιν, οἱονεὶ προσκαλούμενος τὸν σιτίζοντα. ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι καὶ ἕκαστον τῶν ἐνταῦθα ὄντων καὶ γινομένων ἑκάστῳ τῶν φωστήρων ἀνάκειται, ὥσπερ ὁ λωτὸς τὸ φυτὸν ἡλιακόν ἐστιν. ὅθεν ἀνατέλλοντι μὲν τῷ φωστῆρι ἐξαπλοῖ τὰ φύλλα, δύνοντι δὲ συστέλλει. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ ἀλεκτρυὼν ὑπὸ τὴν ἡλιακὴν τάξιν ἐστί. ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἀνατολὴν ἐπανιόντι τῷ ἰδίῳ ἀρχηγέτῃ, ἀπορρήτως καὶ φυσικῶς ἐπιγάννυται, καὶ ὥσπερ ᾠδὴν αὐτῷ ποιούμενος, ἀπολαμπρύνει τε τὴν φωνὴν, καὶ μέγα βοᾷ. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως.

Σὺ δ' ἀγαπητὲ, τὰς τοιαύτας φωνὰς μετὰ τῶν μύθων ἀριθμεῖν μὴ δέδιθι. τὸν γὰρ ἀλεκτρυόνα νυκτὸς ἔταξεν ᾄδειν ὁ κηδεμὼν πάντων Θεὸς, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἄκοντας τῆς κλίνης ἐγείρεσθαι, καὶ μὴ τὴν νύκτα καταναλίσκειν ὅλην ἐπὶ κενοῖς· ἀλλὰ τοὺς μὲν εἰς ἐργασίαν ἐκτρέπεσθαι, τοὺς δὲ πρὸς θείαν δοξολογίαν ἀνίστασθαι· τοιαῦτα τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ λόγων. καὶ διὰ ζώων* παιδεύειν. καὶ πρόσεχε τῷ Σολομῶντι λέγοντι· ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα ὦ ὀκνηρέ. Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὴν μυῖαν Ἀττικῷ μέλιτι μὴ ἐπικαθῆσθαι φασί. θύμοις καὶ γὰρ τὴν Ἀττικὴν κομῶσαν ἐστὶ θεάσασθαι, οἷς ἐφιζάνουσιν Ἀττικαὶ συχνότερον μέλισσαι. ἐντεῦθεν καὶ δριμυτέραν ἔχει τὴν ὄσφρησιν. διὸ καθάπερ ἱερωτέρῳ τινὶ Ἀττικῷ μυῖα οὐκ ἐπικάθηται μέλιτι.

*παιδεύοντας.

Γίνωσκε δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι μυῖαι καὶ μέλισσαι καὶ μύρμηκες ὑπὸ ἐλαίου ἀπόλλυνται, διότι τὰ ἀναπνευστικὰ στενὰ ἔχει. τὸ δὲ ἔλαιον γλίσχρον ἐμφράττει αὐτά. πάσχουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ ὄφεις ὑπὸ τῶν βαρυόδμων. τὸ γὰρ παρ' αὐτοῖς στενότερον τῶν ἀναπνευστικῶν ἐμφράττεται ὑπὸ τῆς τῶν θυμιωμένων παχύτητος. ἐπὶ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ τῆς ἐλάφου κέρας θυμιώμενον φεύγει καὶ μᾶλλον ὁ ὄφις. λειποθυμεῖν γὰρ αὐτὸν ἀναγκάζει. Ἐπὶ πᾶσι

A Ne hoc quidem silentio præterire possum, multis aliis rebus admirabilius: quod de aue, quam Meropem vocant, Ælianus memoriæ prodidit. Merops, inquit, auis retrorsum volat, quem quidem motum volatumque huius animalis notabilem ac insusitatum, haud abs re mirari subit. Iam quod gallus gallinaceus noctu certis horis cantet, non multum ante solis ortum: eius rei caussam in hunc modum nonnulli explicarunt. Aiunt enim animal hoc a natura calidissimum, & in primis in appetendo nutrimento auidum, ob calorem quidem insitum citius acceptum alimentum concoquere: ob auiditatem vero naturæ, B appetitum suum significare, quasi pascentem se inuitet & excitet. Alii volunt rem quamlibet alicui certo sideri dicatam esse, sicuti Lotus herba solaris est. quo fit, vt huic luminari exorienti folia sua pandat, quum eadem eodem occidente contrahat. Sic & gallus gallinaceus de horum opinione sub solem refertur. Quamobrem ad ortum redeunte Duce suo, ratione quadam occulta & naturali gaudet. Simul quasi carmen ei quoddam concinere velit, clarius vocem attollit, & altum clamat. Atque illorum quidem hæc est sententia.

Ælianus. Merops.

De gallo gallinaceo.

Lotus herba solaris.

Tu vero, mi fili, voces huiusmodi referre inter fabulas ne verearis. Nam gallum C gallinaceum noctu canere Deus iussit, qui omnia prouidentia sua complectitur: vt hoc modo vel inuiti de lectulo surgamus, nec sine fructu noctem integram consumamus: sed partim ad operas nosmet conuertamus, partim ad Dei celebrationem excitemur. Sic enim consueuit Deus tam per doctrinam, quam ipsa etiam animalia nos erudire. Quid Solomo dicat, audi. Ad formicam, ignaue, te confer. Hoc etiam animaduerte, quod muscam Attico melli negant insidere. Nam thymo Atticam abundare videmus, cui herbæ vt plurimum apes Atticæ insident. quo fit, vt mel Atticum etiam odorem habeat acriorem. D Iccirco melli Attico, tanquam sacro, muscæ non insident: sed vt maxime cum strepitu circumuolent, ab direptione tamen laborum apis Atticæ arcentur.

Prou. 6. 6.

Cur muscæ, mel Atticum refugiant.

Præter hæc scire debes, muscas, & apes, & formicas oleo extingui. Nam vasa, quibus respiratio fit, sunt eis angusta, quæ ab oleo natura lento viscosoque facile obstruuntur. Idem serpentibus accidit, offerentibus se rebus, quarum grauis est odor. Etenim angustia meatuum in eis respirationi destinatorum per suffituum crassitiem obstruitur. Qua ipsa de caussa fit, vt cornu ceruinum serpens magis etiam fugiat, quam res illas odoratas. Quippe serpentem id prorsus exanimat. Supra

Cur muscæ, apes, formicæ in oleo extinguantur.

Serpentes cornua ceruina fugiunt.

Cur aues renibus & vesica careant.

A omnia nobis in hoc etiam, fili, est inquirendum. Vesicam illam, qua vrina excipitur, itemque renes auibus iccirco natura non dedit, quod ad producendas pennas multo humore opus erat. Atque etiam ipsa volandi exercitatio facile humorem in eis absumit. Præterea quum stercus excernunt, non parum humoris simul exit. quamobrem vrinæ receptaculum in auibus natura non condidit. En habes & quintæ diei opera.

γὰρ τούτοις τοῖς ὀρνέοις οὐρηδόχον κύστιν καὶ νεφροὺς ἡ φύσις οὐκ ἔδωκεν, ὅτι πολλῆς ὑγρότητος ἔδει πρὸς γένεσιν τῶν πτερῶν. ἀλλὰ καὶ τὸ γυμνάζεσθαι κατὰ τὴν πτῆσιν ἐξαναλίσκει ταύτην. ἔχουσι δὲ καὶ τὴν κόπρον ἐξιοῦσαν σὺν ὑγρότητι οὐ μετρίως. καὶ τούτου χάριν οὐρηδόχον κύστιν ἡ φύσις τοῖς ὀρνέοις οὐκ ἔδωκεν. ἔχεις ἰδοὺ καὶ τὰ τῆς πέμπτης ἡμέρας.

DIES SEXTA.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ ϛ'. ΗΜΕΡΑΣ.

Gen. 1. 24.

Manichæi de anima terræ.

Gen. 1. 10.

SEXTA die Deus e terra bestias quadrupedes producit. Inquit enim historiæ scriptor: Dixit Deus, Edat tellus animam viuam. Prosiliunt heic contra nos B Manichæi, qui terræ animam indunt. Verum manifesto desipiunt. Non enim propterea, quod dixit Deus, Edat animam: id edidit, quod erat in ea quasi reconditum: sed mandatum hoc vias atque facultatem edendi terræ largiebatur. Quippe quum audiit terra, Pariat herbas gramineas, & arbores fructiferas, quæ fructum edant: non iccirco gramen intus abditum protulit, nec palmam, vel quercum, vel cupressum intra sinus suos occultatam, in superficiem eduxit: sed ipsa Dei oratio rerum, quæ existunt, ipsa natura est. Itaque C terram non quod continebat, edit: sed quod hodie possidet, largiente nimirum Deo vim efficacitatis. Quamuis enim ratione naturali oriuntur hodie omnia, tamen inde profecta sunt in ipso rerum exordio secundum seriem suam, idque per mandatum diuinum, quod in creatione pronuntiatum vbique fuit. Itaque sexta die, ceu diximus, bestias quadrupedes e terra producit.

ΕΝ δὲ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῆς γῆς ἐξάγει τὰ τετράποδα. καὶ εἶπε γάρ, φησιν, ὁ Θεός· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν. ἀλλ' ἐπιπηδῶσιν οἱ Μανιχαῖοι κἀνταῦθα, ψυχὴν ἐντιθέντες τῇ γῇ. ματαιάζουσι δὲ προφανῶς. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν, ἐξαγαγέτω ψυχὴν, τὸ ἐναποκείμενον αὐτῇ προσήνεγκεν· ἀλλ' ὁ δοὺς τὸ πρόσταγμα, καὶ τὴν τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτῇ δύναμιν ἐχαρίσατο. οὔτε γὰρ ὅτε ἤκουσεν ἡ γῆ, βλαστησάτω βοτάνην χόρτου καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, κεκρυμμένον ἔχουσα τὸν χόρτον ἐξήνεγκεν, οὐδὲ τὸν φοίνικα, ἢ τὴν δρῦν, ἢ τὴν κυπάρισσον κατὰ τόπου κεκρυμμένην ἐν τοῖς ἑαυτῆς λαγόσιν ἀνῆκε πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν. ἀλλ' ὁ θεῖος λόγος φύσις τῶν γινομένων ἐστίν. ἐξάγει λοιπὸν ἡ γῆ οὐχ ὅπερ ἔχει, ἀλλ' ὅπερ σήμερον κτᾶται, Θεοῦ δωρουμένου τῆς ἐνεργείας τὴν δύναμιν. εἰ γὰρ καὶ φυσικῷ λόγῳ τὰ πάντα γίνεται σήμερον, ἀλλ' ἐκεῖθεν ἐσχήκασι *καταρχῆς τὴν ὁρμήν. κατὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος λέγει, ὅτι ποιεῖ μὲν ἡ φύσις ἅπαντα κατὰ τὴν ἀκολουθίαν, θείῳ δὲ προστάγματι διὰ πάσης ἀρχῆθεν λαληθέντι τῆς κτίσεως. ἐξάγει μὲν οὖν κατὰ τὴν ἕκτην ἀπὸ τῆς γῆς τὰ τετράποδα.

*καταρχάς. *Basilij locus abest à versione Leunclauij.*

Anastasii locus.

Heic vero inquiri operæpretium est, quamobrem Deus imprecatione fausta pisces quidem dignatus fuerit, quum hisce verbis vteretur: Fœtificate ac multiplicamini: verum in terrestribus idem non fecit? respondemus autem, factum id esse D propter exsecrationem serpentis, quæ non multo post subsequuta est. Nam quia futurum prospiciebat Deus, vt homo per serpentem deciperetur, eaque de caussa serpens exsecrationi subiiceretur: iccirco terrestres bestias imprecatione fausta noluit prius dignari, ne deprehenderetur eadem & imprecatione fausta, & exsecratione prosequi, sicut ait vir diuinus Anastasius. Videtur autem natura piscium tenui quadam & vili omnino vita frui propterea, quod in aquæ crassitie degant. Nam & grauis ac difficilis est apud ipsos auditio, & obtusum cernunt. Nec recor-

Ἀλλ' ἐνταῦθα ζητῆσαι ἄξιον, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν τοὺς μὲν ἰχθύας εὐλογίας ἠξίωσεν ὁ Θεὸς, αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι εἰπών; ἐπὶ δὲ τοῖς χερσαίοις τοῦτο οὐκ ἐποίησε. καὶ λέγομεν ὅτι διὰ τὴν ἐπὶ τῷ ὄφει μετ' οὐ πολὺ γενησομένην κατάραν. ἐπειδὴ γὰρ προεῖδεν ὁ Θεὸς, ὅτι διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατηθήσεται ὁ ἄνθρωπος, κἀντεῦθεν αὐτὸς ὁ ὄφις ἀρᾷ ὑποπεσεῖται. τούτου χάριν εὐλογίας ἀξιῶσαι τὰ χερσαῖα οὐκ ἔφθασεν, ἵνα μὴ εὑρεθείη τὰ αὐτὰ εὐλογῶν καὶ καταρώμενος, ὡς θειότατός φησιν Ἀναστάσιος. ἀλλ' ἡ μὲν τῶν ἰχθύων φύσις εὐτελεστέρας δοκεῖ μετέχειν ζωῆς, διὰ τὸ ἐν τῇ παχύτητι τοῦ ὕδατος διαιτᾶσθαι· καὶ γὰρ παρ' ἐκείνοις βαρεῖα, καὶ ὁρῶσιν ἀμβλὺ, καὶ οὔτε τις μνήμη

παρ'

παρ' ἐκείνοις, οὔτε φαντασία, οὔτε συνήθους ἐπίγνωσις. ἐπὶ δέ γε τοῖς χερσαίοις τί χρὴ καὶ λέγειν; αἵ τε γὰρ αἰσθήσεις τετράνωνται, καὶ ἀκειβεῖς μνῆμαι τῶν παρελθόντων ἐν αὐτοῖς. A

Περὶ ὄνου. Οἶδε τὴν συνήθη φωνὴν ὁ ὄνος. οἶδεν ὁδὸν ἣν πολλάκις ἐβάδισε, καί που καὶ ὁδηγὸς ἐνίοτε γὰρ τῶν χερσαίων ἔχειν. . . . . Τὸ δὲ τῶν καμήλων μνησίκακον καὶ βαρύμηνι διαρκὲς πρὸς ὀργὴν, πῶς ἄν τις εἴπῃ; πάλαι ποτὲ πληγεῖσα κάμηλος μακρῷ χρόνῳ ταμιευσαμένη τὴν μῆνιν, ἐπειδὰν εὐκαιρίας λάβηται, τὸ κακὸν ἀντιδίδωσι. Περὶ καμήλου.

Περὶ ἐλέφαντος. Τοῦτο καὶ ἐπὶ ἐλέφαντος ἱστορούμενον εὕρομεν. ποτὲ γὰρ εἰς ἱππόδρομιαν ἐλέφας ἀπαγόμενος, καταλλάκτην τινὰ καθήμενον ἐν τῷ μιλίῳ φόνου πεποίηκε παρανάλωμα, διὰ τῶν ὀδόντων αὐτοῦ ἀναιδῶς πως καὶ ἀτάκτως ὁρμήσας κατ' αὐτοῦ. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι πρὸ δέκα ἐνιαυτῶν ὁ τοιοῦτος καταλλάκτης σιδήρῳ ἔπληξεν αὐτὸν ἀπαγόμενον, καὶ τότε εἰς ἱππόδρομιαν διὰ τοῦ αὐτοῦ τόπου. καὶ τὰ μὲν τοῦ ἐλέφαντος τοιαῦτα. B

παρδάλεις. Αἱ δὲ πάρδαλεις φυσικήν τινα ἔχουσι πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὀργὴν, καὶ πεφύκασι μᾶλλον τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐφάλλεσθαι. ἀλλὰ καὶ ἐν χάρτῃ ἰδόντες τυπωθέντα ἄνθρωπον, ὥς που φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, τὸν χάρτην σπαράττουσιν.

Ἱκανῶς δὲ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τὰ τοῦ λέοντος. τὸ μοναστικὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς, τὸ ἀκοινώνητον πρὸς τὸ ὁμόφυλον. οἷα γάρ τις τύραννος τῶν ἀλόγων διὰ τὴν ἐκ φύσεως ὑπεροψίαν, τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁμοτιμίαν οὐ καταδέχεται. ὥστε οὐδὲ χθιζὴν τροφὴν προσίεται. ᾧ καὶ τηλικαῦτα ὄργανα ἡ φύσις ἐνέθηκεν, ὥστε πολλὰ τῶν ζώων ὑπερβάλλοντα τῇ ταχύτητι, μόνῳ πολλάκις ἁλίσκεσθαι τῷ βρυχήματι. καὶ τοῦτο Δαβὶδ ὁ προφήτης ὑπεμφαίνει λέγων· ὁ λέων ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ. ἄφνης γὰρ ἐκεῖθεν καὶ μέγα βοήσας, τὰ παροδεύοντα τῶν ζώων ἵστασθαι ποιεῖ, καὶ οὕτως ἐσθίει καταλαμβάνων αὐτά. καλῶς οὖν ὁ προφήτης ἔλεγε· σκύμνοι ὠρυόμενοι· καὶ τὰ λοιπά. οὐ τοσοῦτον δὲ ἡμεῖς οἱ λόγῳ τετιμημένοι, ὅσον αὐτὰ δήπου τὰ ἄλογα ζῷα, τὴν οἰκείαν οἴδασι σωτηρίαν, καὶ ὅθεν αὐτοῖς παθαινομένοις ἡ ὑγεία προσγίνεται. Ἄρκτος γὰρ πολλάκις βαθυτάταις * κατατρωθεὶς πληγαῖς ἑαυτὴν ἰατρεύει, τῷ φλόγμῳ, τούτῳ ξηρὰν τὴν φύσιν ἔχοντι τὰς ὠτειλὰς παραδύουσα. Ἴδοις δ' ἂν καὶ ἀλώπεκα τῷ δακρύῳ τῆς πίτυος ἑαυτὴν ἰατρεύουσαν. Χελώνη δὲ σαρκῶν ἐχίδνης ἐμφορηθεῖσα, διὰ τῆς ὀριγάνου ἀντιπαθείας φεύγει C D

* γρ. κατατρωθεῖσα

A dationes apud ipsos vlla, nec imaginatio, nec rei consuetæ agnitio. At vero de terrestribus quid opus est multa commemorare? Sunt his acres sensus, & rerum præteritarum recordationes.

Nouit vocem consuetam sibi ac familiarem asinus. nouit viam, quam sæpius triuit, ac nonnunquam etiam viæ dux est homini, [qui aberrauit. Auditus autem acrimonia tanta in hoc est animali, quanta esse in alio nullo terrestrium perhibetur.] In camelo quæ iniuriarum sit memoria, quæ iracundia, quæ in ira perseueratio, quo pacto quis explicet? Si vel olim verberatus sit, ira diuturno tempore veluti penu quodam recondita, quamprimum se opportunitas obtulerit, vicem refert. De elephanto huiusmodi quidam memoriæ proditum reperimus. Quum in hippodromum deduceretur elephas, quemdam magistrum ferarum & cicuratorem in milliario sedentem interfecit, immaniter aduersus illum cum dentibus suis irruens. Eius rei caussa erat, quod is ante totos decem annos elephantum ferro percusserat, quum id temporis per eundem locum ad hippodromum deduceretur. Pardales naturalem quamdam aduersus homines iram fouent, ac plerumque consueuerunt in oculos hominum insilire. Quin pictos etiam in chartis lacerant.

Asini auditus acer.

Cameli vindictæ cupiditas.

Diuturna in elephanto ira.

Pardalis hominem maxime odit.

Leonis quoque mores & indolem non abs re quis admiretur, nimirum vitam eius solitariam, & abhorrentem a sui generis animalium societate naturam. Nam quum sit quasi quidam brutorum tyrannus & rex, pari esse cum cæteris honore dignitateque recusat, propter quamdam inditam ipsi a natura superbiam. Consimiliter cibum hesternum non sumit. Eidem instrumenta vocis tanta natura dedit, vt quum animalia pleraque velocitate superet, solo sæpenumero semet rugitu suo prodat. Indicare hoc ipsum vates etiam Dauides voluit hisce verbis: Tanquam leo abditis in locis insidiatur. Nam ex iis repente prosiliens, magno clamore sublato, animalia prætereuntia sistit, & hoc modo capta deuorat. Itaque præclare vates ait: Catuli leonini rugientes, vt prædam faciant. Neque vero nos homines, quamquam rationis beneficio simus ornati, tam egregie nobis consulere possumus, quam ipsa bruta animalia rationes se conseruandi norunt, & vnde male adfectis * . . . . Vrsus enim sæpenumero grauissimis vulneribus adfectus, sibimetipsi medicinam facit: dum verbasco, naturalem siccitatem habente, vulnera obstruit. Etiam vulpem lacryma pinus seipsam curantem videre est. Testudo viperæ carnibus satiata, per contrariam origani vim, quominus a

Leonis natura.

Psalm. 10. 9.

Psalm. 103. 21.

* sanitas reparetur.

Vrsus qui vulnera sua sanet.

Qui vulpes.

Testudo.

Serpens. re venenosa lædatur, efficit. Serpens oculos læsos sanitati restituit, * malathris pastus. *al.* Malabathris. Ceruus. Nouit & ceruus, quemadmodum Ælianus tradit, seipsum flore quodam curare, si quando telo læsus est. Camelus. Camelus humores perustos euomere nouit, contactis humidis quercus foliis. Canis. Nec canis ignorat, viride gramen nigræ bilis expurgandæ vim habere. Hircus. Hirci scamoniam cruditatis remedium esse sciunt. Pardalis. Pardalis cruorem capræ siluestris sibi salutarem existimat. Accipiter. Accipiter volucris succum lactucarum, quarum folia sunt amara, caligantium oculorum scit esse remedium. Cygnus. Cygni ranas deuorantes, adfectione quadam sibi molesta sese liberant. Vultur & scarabæus. Vultures & scarabæi rosarum odorem fugiunt. Serpens Lybicus. Serpens Libycus rutam auersatur: nam quum natura frigidus, siccus, neruosus sit: per hanc herbam, quæ siccandi vim habet maximam, necessario velut exanimatur: tanquam si per crapulam quamdam & vertiginem ob siccitatis vim nimiam extingueretur. Hac de caussa serpens sic rutam fugit ac vitat, sicut & hiemem, propter nimium scilicet frigus.

Sic igitur animalia cuncta quid salutare sit ipsis, quid exitiale, cognitum habent. Iam quæ sunt apud ea rerum futurarum præsagia, verbi gratia, de aeris mutatione: [quam obsecro prudentiam rationalem quoque non obscurant? Ouis prudentia. Ouis aduentante hieme parce nutrimento vescitur, quasi quamdam sibi commeatus copiam pro sequutura inopia comparans.] Quinetiam homines industrii terrestrem echinum siue erinaceum respirationes sibi geminas excogitare suis in lustris obseruarunt. Echini terrestris solertia. Quod si spiraturus est aquilo, partem aquilonalem obstruit: quod si vento mutato flat auster, ad foramen obuersum aquiloni se confert.

Vis sensuum in animalibus. Etiam sentiendi organorum in animalibus excellentiam quamdam cernere licet: absque quo foret, agnus inter oues innumeras caulis inclusas exsiliens, colorem vocemque matris haud agnosceret, nec ad eam se studiose conferret, præsertim quum vbera multa valde distenta grauataque prætereat. Nimirum est in eis sensus acrior, quam nos existimemus: quo ipso quælibet ab alienis sua dignoscunt. Necdum catulus dentes habet, ac nihilominus se lædentem ore vicissim vlciscitur. Necdum cornua vitulus habet, ac nihilominus quo loco ipsi arma sint proditura nouit. Hippocratis dictum. Quamobrem præclare dixit Hippocrates: Animalium natura nihil habet a doctrina, velut adscititium.

Canis animal gratum ac fidum. Canis autem in reminiscendo quemuis hominem erga bene de se meritos ingratum pudore non adficit? quando



A τὴν βλάβην τοῦ ἰοβόλου. Καὶ ὄφις τὴν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς βλάβην ἐξιᾶται βοσκηθεὶς μάλαθρα. Οἶδε δὲ καὶ ὁ ἔλαφος καθά φησιν Αἰλιανὸς, θεραπεύειν ἑαυτὸν ἄνθει τινὶ, ἐάν ποτε ὑπὸ τοῦ βέλους τρωθῇ. Οἶδε δὲ καὶ κάμηλος κεκαυμένους χυμοὺς ἐξεμεῖν, εἰ φύλλων ὑγρῶν ἐφάψοιτο δρυός. ἀλλὰ καὶ κύων οὐκ ἀγνοεῖ χολῆς μελαίνης χλωρὰν ἄγρωστιν εἶναι καθάρσιον. ἀλλὰ καὶ τράγοι τὴν ἀσκαμωνίαν τῆς ἀπεψίας ἀλεξητήριον οἴδασι. Καὶ πάρδαλις λύθρον αἰγὸς ἀγρίου σωτήριον οἴεται. καὶ πτηνὸς ἱέραξ τὸν ὀπὸν τῶν πικροφύλλων θριδακίων ὀπτικῆς ἀχλύος ἐπίσταται φάρμακον. καὶ κύκνοι δὲ βατράχους ἐσθίοντες, τοῦ λυποῦντος ἀπαλλαγὴν εὑρίσκουσι. B φεύγουσι καὶ γῦπες καὶ κάνθαροι τὴν τῶν ῥόδων ὀσμήν. ἀλλὰ καὶ ὄφις ὁ Λιβυκὸς ἀποστρέφεται πήγανον· ψυχρὰν γὰρ καὶ ξηρὰν καὶ νευρώδη τὴν φύσιν κληρωσάμενος, ὑπὸ τοῦ ξηροτάτου ὄντος λειποψυχεῖν ἀναγκάζεται, ὥσπερ ὑπὸ κραιπάλης τινὸς, καὶ σκοτεινίας ταῖς ὑπερβολαῖς. ἐντεῦθεν καθὰ δήπου καὶ τὸν χειμῶνα διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ψυχρότητος.

Οὕτω μὲν οὖν τὰ ζῷα πάντα φυσικῶς οἶδε τό, τε σωτήριον, τό, τε ὀλέθριον. αἱ δὲ παρ' αὐτοῖς προγνώσεις τῆς περὶ τὸν ἀέρα μεταβο- C λῆς. . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . ἤδη δέ τινες τῶν φιλοπόνων καὶ τὸν χερσαῖον ἐχῖνον ἐτήρησε διπλᾶς ἀναπνοὰς τῇ ἑαυτοῦ καταδύσει μηχανησάμενον. καὶ μέλλοντος Βορέου πνεῖν, ἀποφράσσοντα τὴν ἀρκτῴαν, Νότου δὲ πάλιν μεταβάλλοντος, εἰς τὴν προσάρκτιον μεταβαίνοντα.

Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν αἰσθητηρίων περιουσίαν μεγάλην παρὰ τοῖς ζῴοις ἴδοι τις ἄν. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἀρνειὸς ἐν μυρίοις προβάτοις τῶν σηκῶν ἐξαλλόμενος, D τήν τε χροιὰν καὶ φωνὴν τὴν μητρὸς ἐπέγνω, καὶ πρὸς ἐκείνην ἠπείγετο, καὶ ταῦτα πολλὰ παραδραμὼν ἔνθα τοι βαρυνόμενα. ἔστι καὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς αἴσθησις τῆς ἡμετέρας καταλήψεως ὀξυτέρα, καθ' ἣν ἑκάστῳ πάρεστι τοῦ οἰκείου διάγνωσις. οὔπω οἱ ὀδόντες τῷ σκύλακι, καὶ ὅμως διὰ τοῦ στόματος ἀμύνεται τὸν λυπήσαντα. οὔπω τὰ κέρατα τῷ μόσχῳ, καὶ οἶδε ποῦ τὰ ὅπλα αὐτῷ ἐκφυήσεται. καλῶς οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγε· φύσιες ζώων ἀδίδακτοι.

Τὸ δὲ τοῦ κυνὸς μνημονευτικὸν τινα τῶν πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀχαρίστων οὐ καταισχύνει; ὅπου γε

καὶ φονευθεῖσι δεσπόταις κατ' ἐρημίαν πολλοὶ τῶν κυνῶν ἐπαποθανόντες μνημονεύονται. ἤδη δέ τινες ἐπὶ θερμῷ τῷ πάθει καὶ ὁδηγοὶ τοῖς ἐκζητοῦσι τοὺς φονέας ἐγένοντο, καὶ ὑπὸ δίκην ἀχθῆναι τοὺς κακούργους ἐποίησαν. κύων γάρ τις καὶ πανδοχείας τὸν φονέα ἰδὼν τοῦ κυρίου αὐτοῦ, κἀντεῦθεν ἀκρατεῖ κατ' αὐτοῦ χρησάμενος ὑλακῇ, οὐκ ἀγαθὴν ὑποψίαν ἔδωκε τοῖς περὶ αὐτοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ εἰς κρίσιν αὐτὸν ἀχθέντα ὡς κακοῦργον ἐκόλασαν.

Ἀλλ' ὅρα σοφίαν Θεοῦ, πῶς τοῖς σαρκοφάγοις ζώοις ὀξεῖς τοὺς ὀδόντας ἐνήρμοσε, τοιούτων γὰρ χρεία ἦν αὐτοῖς πρὸς τὸ τῆς τροφῆς εἶδος. ἃ δὲ ἐξ ἡμισείας ὥπλισται τοῖς ὀδοῦσι, πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἀποθήκαις τῶν τροφῶν παρεσκεύασε. διὰ γὰρ τὸ παρὰ τὴν πρώτην μὴ ἀρκοῦντα καταλεπτύνεσθαι τὴν τροφὴν, ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ καταποθὲν πάλιν ἀναπέμπεσθαι, ὥστε καταλεανθὲν τῷ μηρυκισμῷ προσοικειοῦσθαι τῷ τρεφομένῳ. ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅπλοις αὐτοῖς τὰ ζῶα πρὸς ἄλληλα διενήνοχε. κατὰ τὰ ἤθη γὰρ τῶν ψυχῶν, καθὰ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ, δίδωσιν ὁ Θεὸς καὶ τὰς τοῦ σώματος διαπλάσεις τε καὶ ἐνεργείας. οἷον τι λέγω. τῷ λαγωῷ καὶ τῷ ἐλάφῳ δειλοῖς οὖσι κατὰ ψυχὴν δρόμον ἔδωκεν, ἵνα τὰς τῶν κυνηγετῶν χεῖρας ἐκφεύγωσι. τῷ χοίρῳ θυμώδει καὶ πολεμικῷ ὄντι τοὺς χαυλιόδοντας [καὶ οὕτω μὲν τὰ πάντα] τῷ ταύρῳ κέρας χαρίζεται, καὶ τῷ λέοντι ὀδόντας καὶ ὄνυχας· καὶ πάντα προσφόρως καθώπλισε.

Τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν εἰς τὸν βίον παραγαγὼν, τῇ περιουσίᾳ τοῦ λόγου παρεμυθήσατο. ἐν γὰρ τῷ λόγῳ τὸ πάντων ἄρχειν αὐτῷ πρόσεστι. διὰ λόγου τὰ πτηνὰ ἐξ ἀέρος κατάγει, τοὺς ἰχθύας ἐξ ὑδάτων ἀνέλκει. διὰ λόγου τὰ πάντα ποιεῖ, ὅσα πρὸς σύστασιν τῆς ζωῆς αὐτοῦ, οἰκίας, * ἄμφια, περιβολὴν, ὅπλον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. κατὰ τοῦτο καὶ χεῖρας αὐτῷ δέδωκεν ὁ Θεὸς, ὡς ἐντεῦθεν ἀκωλύτως τὸν προσόντα λόγον αὐτῷ πάντα πράττειν ὅσα καὶ βούλεται. ταύτῃ τοι καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ περὶ τούτων οὕτω φησί· τοῖς μὲν ἀλόγοις εὔκολον δέδωκε τὴν πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὴν, τροφὰς αὐτομάτους καὶ σκέπην αὐτοφυᾶ, καὶ τὰ τῶν τριχῶν καὶ πτερῶν ἐνδύματα, ἡ πάντα οἰκονομοῦσα δύναμις ἐχαρίσατο. τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν παραγαγοῦσα, λόγον ἔδωκεν ἀντὶ πάντων αὐτῷ, δι' οὗ αἱ ποριστικαὶ συνεστήσαντο τέχναι, οἰκοδομητικὴ, καὶ αἱ λοιπαὶ, τὸ τοῖς σώμασι δέον ἀναπληρούσης τῆς ψυχῆς τῇ

* ἀμφιάσματα.

Glycæ Annal.

A canes non paucos vna cum heris suis in solitudine cæsis occubuisse, litterarum monumentis proditur. Quinetiam aliqui recenti adhuc facinore quærentibus homicidas se duces itineris præbuerunt, vtque facinorosi homines & improbi ad supplicia pertraherentur, effecerunt. Accidit enim aliquando, vt canis in diuersorio quodam eo conspecto, qui herum ipsius interemerat, aduersus ipsum perpetuo latrans, suspicionem de homine sinistram moueret. Quamobrem is ad tribunal deductus, habita quæstione ceu reus facinoris morte multatus est.

Exemplum de cane dignum memoria.

Adspice vero mihi Dei sapientiam. Carniuoris animalibus dentes acutos dedit, quod talibus eis opus esset, pro nutrimenti ratione, quo alerentur. Quæ vero dimidia ex parte dentibus armata & instructa sunt, iis multas atque varias nutrimentorum velut apothecas & conditoria parauit. Nam quum ab initio nutrimentum non satis comminuatur, hoc eis dedit, vt quod deglutiuerunt, rursum egerant sursum, quo per ruminationem mollificatum, in vsum nutriendi animalis cedat. Etiam armis ipsis inter se differunt animalia. Nam pro indole ac moribus animorum, quemadmodum & Aristoteles scripsit, corporibus quoque tum figuras, tum operationes Deus concedit. Eius rei hæc exempla sunto. Lepori & ceruo, qui animo formidolosi sunt, currendi facultatem dedit, vt venatorum manus effugiant. Apro, qui & animosus, & admodum pugnax est, dentes exertos ac prominentes dedit. Cornua tauro, leoni dentes & vngues largitur. Omnia denique armis idoneis instruxit.

Naturæ prouidentia.

B

Aristoteles.

C

Solum hominem nudum in vitam productum, rationis excellentia consolatur. Nam cum ratione coniunctum est in res vniuersas imperium. Per rationem homo volucres ex aere deducit, pisces ex aquis extrahit: per rationem reliqua perficit omnia, quæcumque sunt ad vitæ conseruationem ipsi necessaria, vestes, armaturam, aliaque talia. Propterea manus etiam dedit ei Deus, vt earum operatio quicquid vellet absque vllo impedimento efficeret. Differit de his Basilius in enarratione sua vatis Esaiæ, verbis huiusmodi. Brutis Deus viuendi rationem facilem dedit, alimenta vltro oblata, tectum natiuum, pilorum atque pennarum indumenta eisdem potestas illa, quæ cunctorum est gubernatrix, largitur. Homini quem nudum creauit, omnium loco rationem tribuit, a qua rerum parandarum artes sunt profectæ, vt ea, quæ extruit ædes, [vt textura,] vt cæteræ: supplente nimirum animo per rationis excellentiam,

D

Basilius.

quod corporibus deest. Potuisset quidem A hominí nascenti etiam præter rationem alia tribuere omnia, verum hoc modo rationis gratia beneficiumque non eluxisset. Nam si nihil ei necessarium foret, quanam re vis eius declarata fuisset? Eadem de caussa brutis animalibus dati sunt sensus acriores, vti quæ ratione carerent. Sapienter enim gubernator ille vniuersitatis huius defectum & inopiam rationis sensuum acrimonia præstantiaque compensauit.

Cur camelo longum collum.

Hic etiam in rebus curam prouidentiamque Dei considerato. Longum camelus collum habet. quamobrem? vt pedes æquaret, atque pertingere posset ad herbas, quibus victitat. Quæcumque vero animalia victum e terra non habent, nec ad terram caput demittere coguntur, vti quæ carnibus vescuntur: breue collum, & intra humeros velut abditum habent. Propterea proboscis elephanto data est, quæ colli loco cibum atque potum ei subministrat. Quia vero corpus eius comparatum ad spectatorum admirationem, & ingens admodum est: iccirco pedes etiam ipsius carent articulis, quasi pondus quoddam sustinentes. Nam si mollibus & humidis membris inniteretur, nunquam non articuli laxarentur. Tradunt etiam nonnulli, CCC totos annos elephantum viuere. [Neque vero magis, inquit idem Basilius, elephantum ob eius magnitudinem admiror, quam murem ex eo, quod terrori sit elephanto? quemadmodum & minutissimum scorpii stimulum mirari soleo, quo scilicet pacto rerum artifex eum exenterauerit instar cuiusdam tibiæ, vt per ipsum vulneratis virus immitatur.] Perhibent item non prius elephantum bibere, quam aquas proboscide turbauerit. quamobrem istuc? quia suam ipsius vmbram in aqua conspiciens expauescit. [Propterea ferunt Indos obseruare noctem expertem lunæ, quoties animal hoc aquas traiicere volunt. Hæc aquæ turbationis est caussa.]

Elephanti proboscis.

Cur elephanti pedes articulis careant.

Elephanti vita.

Elephantus murem metuit.

Scorpii stimulus.

Elephantus vmbram suam metuit.

Qui flumina traiiciant elephanti.

* Indum.

Præterea meretur hoc etiam in elephantis admirationem. Quoties * Indorũ amnem traiicere volunt, non simpliciter ac fortuito transeunt: sed minimus omnium, traiectionem primus inchoat: deinde sequitur alius, hoc maior: hinc rursum alius, vtroque maior: & sic deinceps eodem vtentes ordine, per fluuium citra impedimentum aliquod transeunt. Nam si grandiores in transeundo primi forent, fortasse pedum grauitate foueas in limo efficientes, quominus transire minores possent, impedirent: adeoque cogerentur hi fluminis in cœno suffocari. Nec ad venerem elephantus accedit, quemadmodum harum rerum periti tradunt, nisi

Mandragora excitat in elephanto venerem.

περιουσία τοῦ λόγου. Εἶχε μὲν οὖν συνυποληφθῆναι τῷ ἀνθρώπῳ τὰ πάντα μετὰ καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ κατὰ πλείονα φιλοτιμίαν. ἀλλ' οὐ μένουσιν ἡ τοῦ λόγου χάρις ἐντεῦθεν ἐδείκνυτο. ἀνάγκης γὰρ μὴ οὔσης, τίνι ἂν ἡ αὐτοῦ ἐνέργεια διάδηλος γέγονε. κατὰ τοῦτο δὲ παρὰ τοῖς ἀλόγοις ζώοις καὶ αἰσθήσεις, ἅτε λόγου μὴ ὄντος, τετράνωνται. τὸ γὰρ ἐλλεῖπον τοῦ λόγου τῇ περιουσίᾳ τῶν αἰσθήσεων πανσόφως ὁ τῶν ἁπάντων παρεμυθήσατο πρύτανις.

Ἀλλ' ὅρα κἀν τούτοις τὴν κηδεμονίαν τοῦ Θεοῦ. μακρὸς ὁ τράχηλος τῆς καμήλου, τίνος ἕνεκεν; ἵνα τοῖς ποσὶν ἐξισάζηται, καὶ ἐφικνῆται τῆς βοτάνης ἐξ ἧς ἀποζῇ. ὅσα δὲ τῶν ζώων οὐκ ἀπὸ τῆς B πόας τὴν ζωὴν ἔχει, οὐδὲ πρὸς γῆν κυπτάζειν καταναγκάζεται, ἅτε δὴ σαρκοβόρα ὄντα, βραχὺν καὶ τοῖς ὤμοις ἐνδεδυκότα ἔχει τὸν τράχηλον. διὰ τοῦτο καὶ ἡ προνομαία δεδώρηται τῷ ἐλέφαντι, τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν ἀντὶ τοῦ τραχήλου κομίζουσα. ἐπεὶ δὲ εἰς ἔκπληξιν τῶν ὁρώντων τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ πάνυ μέγα ἐσκεύαστο, διὰ τοῦτο καὶ ἀδιάρθρωτοι αὐτοῦ οἱ πόδες, καθάπερ τινὲς κίονες τὸ βάρος ὑποστηρίζοντες. ἀλλὰ καὶ τριακόσια ἔτη ἱστοροῦσί τινες βιοῦν τὸν ἐλέφαντα. . . .

. . . . . .

. . . . . .

C . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . ἀλλὰ καὶ τὰ νάματα μὴ πρότερον πίνειν λέγουσιν, ἐὰν μὴ θολώσῃ τῇ προνομαίᾳ. τίνος ἕνεκεν; ὅτι μορμολύττει σκιὰν ἐλέφας ἐν ὕδατι τὴν ἑαυτοῦ θεώμενος.

. . . . . .

. . . . . .

Ἔτι καὶ τοῦτο πρόσεστι θαυμαστὸν τοῖς ἐλέφασι. D τὸν γὰρ Ἰνδὸν ποταμὸν ἔστιν ὅτε διαπεραιούμενοι, οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὴν ἐκεῖσε ποιοῦνται διάβασιν. ἀλλ' ὁ μικρότατος πάντων τῆς περαιώσεως πρῶτος ἀπάρχεται. μετὰ τοῦτον ὁ μείζων αὐτοῦ. ἔπειτα καὶ ὁ ἀμφοτέρων ἐπέκεινα. καὶ καθεξῆς ὡσαύτως τῇ τοιαύτῃ τάξει χρώμενοι, τὸν ποταμὸν ἀκωλύτως διέρχονται. ἐὰν γὰρ οἱ μείζους τῆς πορείας ἀπήρχοντο, τάχα ἂν τῇ βαθύτητι τῶν ποδῶν, βόθρους ἐπ' αὐτῆς τῆς ἰλύος ἐργαζόμενοι, παροδεύειν οὐκέτι συνεχωροῦντο οἱ τὸ σῶμα σμικρότατον φέροντες, ἔτι δὲ τὸν ἐλέφαντα μὴ ἄλλως πως εἰς συνδυασμὸν ἔρχεσθαι, καθά φασιν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοί, εἰ μὴ τὸν

μανδραγόρου γεύσαιντο. οὐδὲ γὰρ ἐπιθυμία μίξεως πρότερον κεῖται. ἐφ᾽ ᾧ ἡ θήλεια λαβοῦσα μανδραγόραν καὶ φαγοῦσα, δίδωσι καὶ τῷ ἄρρενι, καὶ οὕτω πρὸς μίξιν ἔρχονται. φανερῶς εἰς τοὺς πρωτοπλάστους ἀνάγεται. κἀκεῖνοι γὰρ πρὸ μὲν τῆς τοῦ φυτοῦ γεύσεως ἰσάγγελον βίον εἶχον. μετὰ δὲ τὴν τοῦ ξύλου γεῦσιν καὶ τῆς παρακοῆς εἰσαχθείσης, ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔτεκε τὸν Κάϊν.

Περὶ μυρμηκολέοντος.

Περὶ δὲ τοῦ μυρμηκολέοντος τί χρὴ καὶ λέγειν; γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Ἰώβ. μυρμηκολέων ἀπώλετο διὰ τὸ μὴ ἔχειν βοράν. ὁ μυρμηκολέων ζῶόν τι ἐστὶν ἐκ μύρμηκος μὲν καὶ λέοντος τικτόμενον. εὐθέως δὲ τελευτᾷ διὰ τὸ μὴ εὑρί- B σκειν τροφὴν κατάλληλον. ὡς μὲν γὰρ λέων κρέατα ἐπιζητεῖ· ὡς δὲ μύρμηξ πάλιν σῖτον. καὶ διὰ τοῦτο εὐχερῶς ἀπόλλυται. Ταῦτα δὲ πάντως εἰς αὐτὸν ἀνάγεται τὸν διάβολον, ὅστις ἀπὸ μικροῦ μὲν ἄρχεται, εἰς μεγάλα δὲ καταντᾷ. ἐφ᾽ ᾧ καί τις τῶν πατέρων ἔλεγε· τὰ μικρὰ τῶν ἁμαρτημάτων εὐτελίζειν οἶδεν ὁ διάβολος. ἄλλως γὰρ ἐπὶ μεῖζον κακὸν ἀγαγεῖν σε οὐ δύναται. ὅθεν ἀπόλλυται καὶ αὐτὸς, καὶ οἷον εἰπεῖν θνήσκει κατὰ τὸν μυρμηκολέοντα, μὴ τροφὴν εὑρίσκων παρ᾽ ἡμῶν καὶ ἀνάπαυσιν.

C Ὁ μέντοι ἐλέφας πίπτων ἐγερθῆναι οὐ δύναται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἁρμογὰς εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ μονότοκα ταῦτα δὴ τὰ σώματα τὰ μέγιστα φέροντα. ἔδει μὲν δι᾽ αὐτὸ τοῦτο πολύτοκα μᾶλλον εἶναι, ἐλέφαντα λέγω καὶ ἵππον, καὶ κάμηλον. ἀλλὰ δαπανωμένης τῆς τροφῆς εἰς τὴν τοῦ σώματος αὔξησιν πλῆθος ἐμβρύων θρέψαι οὐ δύναται. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Περὶ λαγωῶν.

Τοὺς δὲ λαγωοὺς φασιν, τὰ μὲν τῶν ἐγγόνων ὠδίναι, τὰ δὲ τετοκέναι, ἔνια δὲ ἡμιτελῆ φέρεσθαι τῇ γαστρί. τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι γονιμωτάτη τῶν λαγωῶν ἡ φύσις καθέστηκεν. ὅρα γὰρ ὅτι λαγωοῦ πιτύα γυναικὶ ἐντεθειμένη D ἄπαιδι, ἔγκυμονα ταύτην θᾶττον ἐποίησε, καὶ παῖδα ἀπομάζιον* στεῖρα χαρίζεται. ἡ τοίνυν σύλληψις οὐκ ἔστιν ἐν λαγωοῖς ὡρισμένη, ἀλλ᾽ ἔτι κυοφορουμένων τῶν ἐγγόνων ἐπισύλληψις αὖθις ἐγγίνεται. ἐκ τούτου ἃ μὲν τέτοκεν ὁ λαγωὸς τῶν ἐγγόνων, ἃ δὲ ὠδίνει, ἃ δὲ ἡμιτελῆ ἐπιφέρει τῇ γαστρί. ταῦτα γὰρ ἡ ἐπισύλληψις ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ δασύπους ὁ λαγωὸς, καθά φησιν ὁ Ἀριστοτέλης, ὡς πλήρης περιττωμάτων ὤν. ἡ γὰρ δασύτης σημεῖον πλήθους περιττώματος. ὅθεν καὶ ἐπικυΐσκεται τοῦτο τὸ ζῶον. διὰ καὶ τῶν αἰ-

*ἴσ. στεῖρᾳ.

A mandragoram deguſtet. Nam prius, quam hoc fiat, nullam coitus libidinem experitur. Quapropter fœmina ſumptam mandragoram comedit, eandemque mari porrigit, & hoc pacto ad conſuetudinem veneream accedunt. Hoc autem manifeſto referri ad homines illos primum conditos debet. Nam & illi ante ligni vetiti deguſtationem, libidinibus ſuperiores erant. Verum poſt eam cum Eua rem Adamus habuit, eaque Cainum peperit.

Imago pulcer

Myrmecoleon ſiue leo formicarius.

Quid de myrmecoleonte ſiue formicario leone dicemus? In Iobi libro perſcriptum eſt: myrmecoleon periit, quod eſcam non haberet. Eſt myrmecoleon animal quoddam, quod e formica leoneque gignitur, ſed mox viuendi finem facit propterea, quod cibum ſibi conuenientem non inueniat. Nam vt leo, carnes expetit: vt formica, frumentum. Iccirco facili momento extinguitur. Hæc autem transferri omnino ad diabolum poſſunt, qui ab exigua re primum exorſus, ad magna progreditur. Ideo quidam ex patribus dixit: exigua delicta nouit extenuare diabolus. Nam cæteroquin ad maiora perducere te non poſſet. Itaque perit & ipſe, ac Myrmecoleontis inſtar emoritur, quum apud nos alimenti nihil, nihil requietis inuenit.

Myrmecoleon imago diaboli.

Elephas lapſus nequit ſurgere.

Quod ſi cadat elephantus, ſurgere propterea non poteſt: quod pedes ipſius nullas iuncturas habeant. Et fœtum hæc animalia tantum vnicum edunt, ob maximi corporis molem. Debebant quidem hac ipſa de cauſſa, quod magna ſint, potius complures fœtus ſimul edere: (loquor autem de elephanto, equo, camelo) verum quia nutrimentum ad corporis amplificationem abſumitur, fœtus in vtero multos alere nequeunt. Ac de his quidem hoc modo dictum eſto. Cæterum lepores aiunt, fœtus alios in lucem edere, alios paullo prius edidiſſe, alios necdum abſolutos vtero geſtare. Eius rei cauſſa eſt, quod leporum natura longe ſit fœcundiſſima. Ecce enim lac leporinum mulieri non fœcundæ impoſitum, celeriter conceptionem adiuuat, & fœminæ ſterili donat infantem, quem vberibus lactet. Non eſt igitur in leporibus conceptio certo definita tempore, ſed dum adhuc vterum gerunt, altera fit rurſum conceptio. Qua de cauſſa lepus (vt dictum eſt) alios quidem fœtus iam edidit, alios parturiendo profert, alios vtero geſtat ſemiperfectos. Nam id neceſſario conceptionem, quæ alia fit mox poſt aliam, ſequitur. Iccirco lepus etiam pedes hirſutos habet, quemadmodum Ariſtoteles ait, vt qui ſuperflui ſit humoris plenus. Nam hirſuties iſtæc ingentis ſuperfluitatis eſt argumentum. Hinc animalis huius ſuperfœtatio. Eadem de cauſ-

Remedium pro fœmina ſterili.

Ariſtoteles.

ſa fit, vt homines hirſuti cæteros læuiores tum venere, tum ſeminis copia ſuperent. Et hæc quidem ab his tradita ſunt.

Ælianus.

De lepore mirum quiddam.

Cæterum Ælianus valde nouum & inuſitatum quiddam de lepore commemorat. Nam qui ex eo naſcitur fœtus, eum dicit intra ſe fœtum alium gerere. Itidem aiunt, leporem & hyænam alternis vicibus tam marem quam fœminam eſſe.

Quæ corampium habeāt.

Formidoloſus etiam lepus eſt. quamobrem? Quia cor maximum habet, ſicut & ceruus, & mus, & hyænæ, & aſinus, & pardalis, & muſtela, & ſimpliciter omnia, quæcumque palam timida ſunt, vel ob metum noxia.

Cur eadem ſint timida.

Nam quum corda ſint in eis perampla, calor diffunditur, non colligitur: ideoque formidoloſa ſunt. Quæ vero cor exiguum habent, in eis etiam neceſſario collectus eſt ignis ille natiuus & inſitus: ideoque ſunt ad pugnandum prona.

Elephanti biēnio gerunt vterum.

Debes hoc etiam ſcire, totum biennium elephantos vterum gerere. [qua de cauſſa?] Quia fœturæ maiores tempore longiori ad perfectionem egent. [Aliæ decem menſibus abſoluuntur, aliæ toto demum anno, vt in equo videmus vſuuenire. Sic igitur etiam elephantorum partus diuturnior eſt, vterum biennio geſtantium, ob magnitudinem fœtus nimiam, ſicut Ariſtoteles loquitur.]

Ceruus occulit ſe cornibus amiſſis.

Cæterum vbi cornua ceruus abiecit, ſemet occulit, pudore quaſi quodam adfectus, quod iis ſit denudatus. Quum autem illa rurſum augeſcere cœperunt, viciſſim liberius priſtino more prodit.

Ceruus imago viri boni.

Hoc iuſti hominis eſt ſimulacrum. Nam quum is ab officio quocumque tamdem modo deflexit, & virtutibus nudatus eſt, a Deo ſemet abſcondit Adami exemplo, cui quid eiuſmodi accidit in paradiſo, quum ob transgreſſionē ſe nudum eſſe conſpiceret. Verum vbi deinde ſuſceptis certaminibus rectius ſeſe gerit, ac virtutes creuiſſe videt, tum ſcilicet ad Deum reuertitur, & priſtinæ ſe libertatis participem declarat.

Pſalm. 118. 6.

Hoc Dauides indicare volens, ait: Tunc non pudefiam, cuncta tua præcepta intuens. Hæc a quibuſdam tradita ſunt. Cæterum alii dicunt ceruos non propter abiectionem cornuum pudore adfectos de locis conſuetis aufugere: ſed hoc ipſo maxima prouidentia ſibi proſpicere.

Varii modi, quibus bruta quædam ſibi conſulunt.

Nam ineſt etiam brutis animantibus ſenſus quidam, [de quo ſuæ ſalutis cognitionem hauriunt.] Nouit ſepia ſemet obſcurandi artificium, ac ſæpe ſic piſcatoribus imponit: vt amplius captam ab ſe prædam conſpicere nequeant. [Norunt ea, quibus adunci ſunt vngues, ad quid eorum vngues prodeſſe poſſint.] Nouit lepus curſu pedumq; celeritate venatorum inſidias vitare. Sic etiam ceruа nouit, amiſſis cornibus naturam debiliorē tueri ſe contra lædentes

A θρώπων οἱ δασεῖς ἀφροδισιαστικοὶ καὶ πολύσπερμοι μᾶλλόν εἰσι τῶν λείων. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. ὁ δὲ Αἰλιανὸς παράδοξόν τι καὶ λίαν διέξεισι περὶ τοῦ λαγωοῦ. τὸ γὰρ ἐκ τούτου γεννώμενον ἔμβρυον ἐντὸς ἐπιφέρει ἕτερον ἔμβρυον. ὡσαύτως λέγουσι τόν τε λαγωὸν καὶ τὴν ὕαιναν ἀρρενόθηλυν γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ δειλὸς ὁ λαγωός. τίνος ἕνεκεν; ὅτι μεγίστην ἔχει καρδίαν, ὥσπερ δὴ ἔλαφος, μῦς, ὕαινα, ὄνος, πάρδαλις, γαλῆ, καὶ ἁπλῶς πάντα ὅσα φανερῶς εἰσι δειλά, ἢ διὰ φόβον κακοῦργα. μεγίστων γὰρ ἐν αὐτοῖς τῶν καρδιῶν οὐσῶν, διαχέεται τὸ πῦρ, καὶ οὐ συνῆκται· ἐφ' ᾧ καὶ τυγχάνει δειλά. B τὰ μέν τοι μικρὰν ἔχοντα τὴν καρδίαν, συνηγμένον ἐξ ἀνάγκης τὸ ἔμφυτον ἔχοντα πῦρ· ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς μάχην ὑπάρχει τὰ τοιαῦτα ὀξύρροπα. Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι διετὴς ὁ τῶν ἐλεφάντων τόκος. διετὴς γὰρ ἡ κύησις αὐτῶν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν. . . .

. . . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Η ἔλαφος ἀποβαλοῦσα τὰ κέρατα κρύπτεται, C αἰδουμένη ὥσπερ διὰ τὴν ἐκείνων γύμνωσιν. ἐπὰν δὲ ταῦτα εἰς αὔξησιν ἔλθῃ, παρρησιάζεται πάλιν καθὰ καὶ πρότερον. Οὕτω καὶ ὁ δίκαιος ἐκτραπεὶς ὁπωσδήποτε τοῦ καθήκοντος, καὶ τῶν ἀρετῶν γυμνωθείς, κρύπτεται ἀπὸ Θεοῦ, καθάπερ ποτὲ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ πέπονθεν, ἡνίκα γυμνὸν ἑαυτὸν ἑώρα διὰ τὴν παράβασιν. ἐπὰν δὲ ἀγωνισάμενος διορθώσηται, καὶ τὰς ἀρετὰς ἐπαυξηθείσας θεάσηται, τότε δὴ πρὸς Θεὸν ἐπανάγεται, καὶ παρρησίας τῆς πρὶν μέτοχος δείκνυται. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Δαβὶδ ἔλεγε· τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. καὶ οὗτοι D μὲν οὕτως. ἕτεροι δέ φασιν, ὡς οὐ τὴν ἀποβολὴν αἱ ἔλαφοι τῶν κεράτων αἰσχυνόμεναι τὰς συνήθεις δραπετεύουσι διατριβάς, ἀλλ' ἑαυτῶν μάλιστα προνοούμεναι. ἔστι γὰρ αἴσθησις καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις. Οἶδεν ἡ σηπία τῆς ἀχλύος τὸ σόφισμα. καί που θηρατέος ἀορασίαν ἄγρας πολλάκις ἐνέθηκεν. . .

. . . . . .

. . . . . .

. Οἶδεν ὁ λαγωὸς διὰ τοῦ δρόμου καὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀξύτητος κυνηγετῶν ἐπιβουλὰς ἀποπέμπεσθαι. οἶδεν ἡ ἔλαφος ἀποκειραμένη τὰ κέρατα ἀσθενεστέραν τὴν φύσιν ἀμύνεσθαι τοὺς λυπη-

σπεύδεις. μόνη δὲ ἡ ἔλαφος ἀποβάλλεται τὰ κέρατα χάριν ὠφελείας, ὡς Ἀριστοτέλης φησί. βάρος γὰρ ἐξ ἀνάγκης κουφίζεται.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Γίνωσκε δὲ τοῦτο, ὅτι γεννήτορες τοῦ ἀρώματος, μόσχου, οἱ ἐν Ἰνδίᾳ νεμόμενοι ἔλαφοι. οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι τὸ πολυθρύλλητον τοῦτο ἄρωμα, ἢ αἷμα ἐλάφου ἐκσεσαργανωμένον ἐν τῷ ὀμφαλῷ· περὶ μέν τοι τὰ τέλη τοῦ ἔαρος ῥίπτεται ὥσπερ τι περίττωμα· εὐῶδες οὐδέν τι μέρος αὐτοῦ συλλεγόμενον. ἀλλ' ἐπειδὰν χρόνῳ ταμιευθῇ, καὶ εἰς ἑτέραν ἤπειρον μετακομισθῇ, τηνικαῦτα τὸ εὐῶδες πνεῦμα ἀφίησι. λέγεται δὲ ἡ ἔλαφος θελγομένη ἤχῳ αὐλῶν καὶ κροτάλοις, τὸν ἐγγὺς τοξότην οὐχ ὁρᾷ, καὶ τοξεύεται. οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῶν τοῦ κόσμου τερπνῶν καταυλούμενοι, οὐδαμοῦ συνορῶμεν τὸν καθ' ἡμᾶς ἀοράτοις βέλεσι χρώμενον. ἀλλὰ καὶ συνεχῶς ἐπὶ δρόμῳ τὴν ἔλαφον τὰ τέκνα γυμνάζειν αὐτῆς λέγουσι. τοῦτο δὲ ᾠκονόμησε πάντως ὁ Θεὸς τοὺς νωθροτέρους ἐντρέπειν γονεῖς.

Ἀλλ' ὅρα κἀνταῦθα κηδεμονίαν Θεοῦ. ἐπειδὴ γὰρ τουτὶ τὸ ζῶον, ἡ ἔλαφος δηλονότι, δειλόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο φυγαῖς ἀεί ποτε κέχρηται, προκατεσκεύασεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, ὥστε περικατέχειν ἀσφαλῶς ἐν τῇ μήτρᾳ τὰ ἔγγονα αὐτῆς. καὶ δῆλον ἐν τοῖς τῶν περιεχομένων τῷ Ἰὼβ τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ ἀνδρί. τηνικαῦτα κριθῆναι μετὰ Θεοῦ ἐζήτει. καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔλεγεν ὁ Θεός· ἐφύλαξας ὠδῖνας ἐλάφων, ἠρίθμησας δὲ μῆνας αὐτῶν πλήρεις τοκετοῦ; θαῦμα καὶ γὰρ πῶς ἡ ἔλαφος φεύγουσα, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον πηδῶσα, οὐκ ἀμβλώσκει. πρός γε τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο περὶ ἐλάφου λέγουσιν, ὅτι τῷ ῥινῶν πνεύματι ἀναφέρει τοὺς ὄφεις ἀπὸ τοῦ φωλεοῦ, καὶ κατεσθίει· τῷ φόβῳ δὲ τοῦ ἰοῦ καρκίνους ἐσθίει, καὶ οὐ βλάπτεται.

Περὶ κάστορος.

Ὁ δέ γε κάστωρ ὅταν ὑπὸ κυνηγετῶν διώκεται διὰ τὰ γεννητικὰ αὐτοῦ μόρια, καὶ γνῷ ὅτι καταλαμβάνεται, κόπτει ταῦτα καὶ ῥίπτει τῷ κυνηγῷ. εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα παρ' ἑτέρου διώκεται κυνηγοῦ, ῥίπτει ἑαυτὸν ὕπτιον. καὶ νοήσας ἐντεῦθεν ὁ κυνηγὸς, ὅτι ἀναγκαῖα οὐκ ἔχει, ἀναχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ.

A haud posse. [quapropter abdit semet, instar militis cuiusdam inermis, qui hosti se obiicere non audet.] Cæterum solus ceruus vtilitatis suæ caussa deponit cornua, quemadmodum Aristoteles inquit. Nam onere graui necessario se leuat, [quando cornua ceruorum prorsus vacua non sunt. Cæterorum quidem animalium cornua sunt aliquousque caua, quum extremæ partes existant solidæ, quibus scilicet ictus excipiunt.]

Cur ceruus abiiciat cornua.

Hoc quoque cognoscito, eius aromatis, quod muscum dicimus, auctores esse ceruos illos, qui montem Indiæ quemdam incolunt. Nam celeberrimum hoc aroma nihil est aliud, quam ceruorum sanguis, qui B de vmbilico rupto profluxit. Hunc illi extremis in partibus montis reiiciunt, quasi quoddam excrementum. quumque colligitur, nulla pars eius odorem gratum habet. Verum vbi post temporis aliquod spatium inquiritur, & alias ad terras delatum est: tum deinde fragrantiam illam spirat. Aiunt item ceruam, dum tibiarum sono & tintinabulis delectatur, adstantem prope sagittarium non cernere, sagittisque configi. Sic nos quoque, dum voluptatibus huius mundi quasi modulis quibusdam tibiarum oblectamur, aduersarium nostrum plane nusquam cernimus, inadspectabilibus contra nos telis vtentem. Præterea tradunt, C ceruam assiduo fœtus suos cursu exercere. Voluit hoc omnino sic fieri Deus, vt parentibus ignauis pudorem incuteret.

Muscus odoramentum vnde oriatur.

Vide Notas.

Elegans imago.

Heic quoque Dei prouidentiam curamque mihi considerato. Quum animal hoc timidum sit, ac propterea numquam non vtatur cursu: talem ceruæ structuram Deus effecit, vt fœtus suos in vtero citra periculum vllum gestet ac retineat. Patet hoc de illis etiam, quæ Iobi libro continentur. Nam ad virum illum beatum, quum disceptare cum Deo vellet, inter alia Deus hoc quoque profert: Tun' obseruasti partus ceruarum, mensesve numerasti, quibus vterum ferunt? Mira certe res est, qui fiat vt D cerua fugiens, ac tantopere saliens, non abortiat. Hoc etiam præter iam indicata de ceruo commemoratur, quod narium spiritu serpentes e latebris suis extrahat atque deuoret. Veneni autem metu, cancris vescitur, eaque ratione detrimenti nihil accipit.

Qui cursu non lædantur ceruæ fœtus.

Iob. 39. 1.

Serpentes a ceruis deuorari.

Fiber quum a venatoribus vrgetur, persequentibus ipsum genitalium membrorum caussa, seque non euasurum animaduertit: præcidit ea, venatorique obiicit. Quod si secundum hoc alius quidam venator eumdem persequatur, supinum semet abiicit: de quo venator animaduerso, necessariis eum membris destitui, missum facit.

De fibro.

Quæri & hoc solet. Quamobrem in quadrupedibus ac reliquis animalibus simpliciter ac plerumque fœtus parentum similitudinem referant magis, quam in hominibus? Quoniam homo varie consueuit adfectus esse animo, etiam ipso venereæ consuetudinis tempore. Igitur prout tam pater quam mater adfecti fuerint, etiam quæ gignuntur varia sunt ac diuersa. Cætera vero animalia quatenus tempore coitionis aliud nihil cogitant, eatenus etiam fœtus omnino sibi consimiles procreant. Est & alia caussa, quamobrem mirum tibi videri non debeat, hominum sobolem partim referre, partim non referre parentum similitudinem. Nam quæ pars seminis in commistione fit efficacior, ad eam forma quoque illius, quod fingitur, adsimilari solet. Quod si semina temperata mistaque parem in vtramque partem vim habeant, tum id quod procreatur, ex æquo tam maris quam fœminæ similitudinem refert, hoc est, gignitur soboles patri matrique pariter similis. Sæpenumero si sola fœmina vel huius vel illius imaginationem in actu venereo concipiat, soboles ei fit similis, cuius imaginem apud animum informabat. Quæ res inexplicabilem quamdam miramque rationem habet.

Dioscorides de Stratonico.

Audi, quid Dioscorides de quodam Stratonico Siciliæ duce tradat. Is quum deformis esset, itidemque vxor ipsius, ac nihilominus gignere liberos formosos cuperent, huiusmodi quiddam moliebantur. Inspectabant imagines & picta simulacra, quumque deinde liberis operam dedissent, infans ad imaginum similitudinem conformatus fuit. [Hoc & caniculæ videre est vsuuenire: quum enim coeunt canes, tum quod defixis oculis canicula contuetur, eius similitudinem fœtus refert.] Consentit hac in parte nobiscum doctissimus ille Galenus, cuius hæc ipsa verba sunt: Etiam de narratione prisca intellexi, virum quemdam principem, qui vultu deformis esset, quum filium procreare formosum vellet: vxori mandasse, medios inter amplexus, eleganter vt expressam picturaformam pueri diligenter intueretur. quod quum illa defixis in hanc oculis faceret, mentemque totam (vt sic loquar) eo converteret: non patri, sed imagini pictæ consimilem vultu filium in lucem ab ipsa editum esse.

Galenus.

De serpentibus.

Quod si de serpentum quorumdam natura cupis aliquid cognoscere, Nicander supra cæteros te docebit. Tradit is in suis poematis primum hæc de viperis. Femella maris caput insertum ori suo recipiens, eoque pacto re cum ipso habita, marem necat. Itaque vindicandi, quemadmodũ sane videtur, patris caussa, fœtus deinde matrẽ

Viperæ.

A Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς ἀγαπητέ, τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τῶν τετραπόδων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, ἁπλῶς τὰ ἔγγονα τοῖς γονεῦσιν ὁμοιότητα φέρουσιν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οὐ τοσοῦτον; διότι ὁ μὲν ἄνθρωπος πολλαχῶς διατίθεται τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ τῷ τῆς συναφείας καιρῷ. καθὼς οὖν ὅ, τε πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ διατεθῶσιν, οὕτω ποικίλλεται καὶ τὰ τικτόμενα. τὰ δὲ λοιπὰ ζῶα καθότι οὐδὲν ἕτερον διανοοῦνται κατά γε τὸν τῆς συναφείας καιρόν, κατὰ τοῦτο καὶ τὰ ἔγγονα παντάπασιν ὅμοια τίκτουσιν. μὴ θαύμαζε δὲ εἴγε παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῖς ὁμοιώσεις τε καὶ ἀνομοιώσεις πρὸς τοὺς γεννήτορας τὰ τικτόμενα φέρουσιν. οἷα μὲν γὰρ τῶν σπερμάτων ἐν τῇ ἀναφύρσει καὶ ἀναμίξει ἐπικρατέστερον γένηται, πρὸς ἐκεῖνο καὶ τὸ τοῦ πλαττομένου εἶδος φέρει τὴν ὁμοιότητα. εἰ δὲ τὰ σπέρματα συγκραθέντα ἐπίσης ἔχει πρὸς ἄλληλα, τότε τὸ γινόμενον ἴσην ἔχει πρός γε τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν τὴν ὁμοιότητα, τουτέστι, πατρὶ καὶ μητρὶ ὅμοια τὰ γεννώμενα τίκτεται. πολλάκις δὲ καὶ τῆς γυναικὸς φαντασίαν ἐν ταῖς ὁμιλίαις λαβούσης τοῦδε ἢ τῆσδε, πρὸς τὸ φαντασθὲν ἀπεικάζεται τὸ γινόμενον. ὃ δὴ καὶ ἄρρητόν τινα καὶ θαυμαστὸν ἔχει τὸν λόγον.

Καὶ ἄκουε τί φησι Διοσκουρίδης περὶ τινος Στρατονίκου τῆς Σικελίας ἀρχηγοῦ χρηματίσαντος. ἐκεῖνος γὰρ καὶ ἡ αὐτοῦ σύζυγος δυσειδεῖς μὲν ὄντες, ἐφιέμενοι δὲ παιδίων εὐειδῶν χρηματίσαι γεννήτορες, τοιοῦτόν τι ἐμηχανῶντο. ἑώρων τὰ εἴδωλα, ἤγουν αὐτὰ τὰ ἀγάλματα, καὶ οὕτω μιγνυμένων αὐτῶν, πρὸς τὴν τῶν ἀγαλμάτων ὁμοίωσιν τὸ βρέφος αὐτοῖς διεπλάττετο. . . . . . ἀλλὰ γὰρ τὸν σοφώτατον Γαληνὸν εὑρίσκομεν τῷ κεφαλαίῳ τῷδε συνομολογοῦντα, καὶ οὕτω κατὰ ῥῆμα λέγοντα. Ἐμοὶ δὲ καὶ λόγος τις ἀρχαῖος ἐμήνυσεν, ὅτι τῶν ἀμόρφων τις δυναστῶν εὔμορφον γεννῆσαι θέλων παιδίον, [ἐποίησε *γράψας ἐν πλατεῖ ξύλῳ εὐειδὲς ἄλλο παιδίον.] καὶ ἔλεγε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ συμπλεκόμενος πρὸς ἐκεῖνον τὸν τύπον τῆς γραφῆς ὁρᾶν. ἡ δὲ ἀτενὲς βλέπουσα, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ὅλον τὸν νοῦν ἐκεῖσε προσεπιφέρουσα, οὐχὶ τῷ γεννήσαντι, ἀλλὰ τῷ γεγραμμένῳ ὅμοιον ἀπέτεκε τὸ παιδίον κατὰ τὴν ὄψιν.

*al. χαράξας

Εἰ δὲ καὶ περὶ φύσεως ὄφεων βούλει μαθεῖν τινων, ὁ Νίκανδρος πρὸ τῶν ἄλλων διδάξει σε. αὐτίκα γὰρ ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τῶν ἐχιδνῶν ἱστορεῖ. ἡ θήλεια ἔχις διὰ τοῦ στόματος αὐτῆς δεχομένη τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄρρενος, καὶ οὕτω συνευναζομένη ἀναιρεῖ αὐτόν. εἰς ἐκδίκησιν οὖν, ὡς ἔοικε, τοῦ πατρός, ἀναιροῦσι τὴν μητέρα τὰ ἔγγονα. ἐν γὰρ τῷ τοῦ τοκετοῦ καιρῷ τὴν μητρῴαν διαρρή-

Περὶ ἐχιδνῶν.

διαῤῥήσσουσι* καὶ οὕτως ἐξέρχονται. κατὰ τοῦτο καὶ ὁ τοῦ κυρίου πρόδρομος γεννήματα ἐχιδνῶν τοὺς Ἰουδαίους ἐκάλει, ἅτε δὴ τοὺς προφήτας καὶ πατέρας αὐτῶν* ἀπέκτειναν. εἰ δὲ τοὺς ὄφεις οὕτως ἔχει, πῶς νοητέον τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν τὸ λέγον· γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. πονηρὸς μὲν οὖν ὁ ὄφις καὶ κάκιστος ἀληθῶς, ἀλλὰ καί τινα κέκτηται, εἰς ἃ βλέπειν ἐγκελευόμεθα, καὶ ταῦτα μιμεῖσθαι· ἐπεὶ καὶ ἡ μέλιττα θανατηφόρῳ ἐφιζάνουσα, ὃ μὲν χρήσιμον ἐκεῖθεν ἐκλέγεται, ὃ δὲ χεῖρον ἐκεῖσε ἀφίησι. πρόσεχε οὖν. ὁ ὄφις τυπτόμενος τὸ μὲν ἅπαν αὐτοῦ σῶμα προδίδωσι, τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ κρύπτει, ἐπεὶ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν εἰδὼς ἑαυτῷ περιέχεσθαι. οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καιρῷ διωγμοῦ ὀφείλομεν ποιεῖν, πάντα μὲν προϊέναι, τὴν κεφαλὴν δὲ φυλάσσειν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. ὄφις γηράσας ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀμβλυωπίαν νοσήσας, πρῶτον μὲν ἐγκρατεύεται καὶ νῆστις διαμένει· εἶτα οὕτως διὰ στενωποῦ τινος καταδυόμενος, καὶ δέρμα παραδόξως ἅπαν ἀπεκδυόμενος, νέος αὖθις γίνεται. οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ ἁμαρτίᾳ καταγηράσαντες, διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ βαδίζειν. καὶ οὕτως ἀνανεούμενοι, εἰς τὴν ἀρχαίαν πάλιν ἀποκατάστασιν ἔρχεσθαι. ὄφις διψήσας ποτὲ, καὶ ἐν φρέατι μέλλων ὕδατος ἅψασθαι, πρῶτα μὲν ἐξεμεῖ τὸν ἰὸν, εἶτα οὕτως τῇ πηγῇ προσέρχεται. οὕτω καὶ ἡμεῖς τῷ θείῳ μέλλοντες προσελθεῖν ποτηρίῳ, ἅτε δὴ τὴν ἐκκαίουσαν ἡμᾶς ἁμαρτίαν ἰάσασθαι πᾶσαν κακίαν πρότερον ἀποῤῥίπτειν ὀφείλομεν, καὶ οὕτω τοῖς μυστηρίοις προσέρχεσθαι. καλῶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ κύριος ἔλεγε· γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

* γαστέρα ἢ κοιλίαν

* ἀποκτείναντας

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι διάφορά εἰσι καὶ ποικίλα γένη τῶν ὄφεων. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν θᾶττον ἀναιροῦσι, οἱ δὲ βραδύ. καὶ ἄλλοι μὲν δήγμασι τὸν ὄλεθρον φέρουσιν. ἕτεροι δὲ καθ᾽ ἕτερον τρόπον. αὐτίκα ὁ ὄφις καλούμενος Βασιλίσκος, οὗ καὶ ὁ σοφὸς μέμνηται Γαληνὸς περὶ θηριακῆς πρὸς Πίσωνα τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ ἀπὸ μόνης ὄψεως ἀναιρεῖ τοὺς ἑωρακότας αὐτόν. ἔνθεν τοι τὸν βάσκανον ὀφθαλμὸν τοῦ τοιούτου ὄφεως διενηνοχέναι φησὶν ἡ γραφή. καθάπερ γὰρ ἀπὸ τοῦδε τοῦ θηρὸς ὀλέθριόν τι ῥεῦμα ἐκφέρεται παραχρῆμα διαφθείρειν δυνάμενον, οὕτω καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ βασκάνου ὀφθαλμῶν. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐνίοτε τοῖς οἰκείοις καὶ συνήθεσι τὸν ὄλεθρον φέρουσι· καὶ καινὸν ἐπὶ τούτοις οὐδέν. ὁ γὰρ πε-

A vicissim occidunt. Nam tempore partus, aluum maternam perrumpunt, atque ita in lucem prodeunt. Ea de caussa præcursor ille Domini Iudæos viperinam sobolem appellabat, vt qui vates patresque suos occidissent. Quod si res sic comparata est, quonam pacto verbum illud euangelicum est accipiendum, quo dicitur: Sitis astuti, vt serpentes, & sinceri vt columbæ? Improbus quidem, ac nequissimus est reuera serpens: sed tamen quædam habet, in quæ iubemur intueri, eaque imitari. Nam & apis si frutici cuidam insideat letaliter noxio, quod vtile est inde seligit: quod malum, missum facit. Igitur animum mihi B velim aduertas. Serpens quum cæditur, corpus quidem reliquum plagis exponit, at solum caput tegit: quasi sciret, eo vitam suam contineri. Sic etiam nos tempore persequutionis facere debemus. relinquemus scilicet omnia, modo caput retineamus atque seruemus, quod Christus est, & ipsa fides. Idem serpens vbi consenuit, & oculorum hebetudine laborare cœpit, primum temperanter victitat, & ieiunus aliquamdiu manet. Deinde per arctum quemdam meatum in terram penetrans, & modo quodam inusitato cutem totam exuens, iuuenis inde discedit. Sic nos quoque, quum ex peccatis consenuimus, per arctam viam incedere debemus, vt hoc pa- C cto innouati ad statum conditionemque pristinam reuertamur. Quod si aliquando sitiat, inque puteo contacturus est aquam: primo virus suum euomit, ac deinde ad fontem accedit. Sic etiam nos, quum ad diuinum illud poculum accessuri sumus, vt vrentia nos peccata sanemus: omnem prius vitiositatem debemus abiicere, atque ita nosmet ad sacrosancta mysteria conferre. Quamobrem a Domino præclare dictum vel de commemoratis intelligimus: Sitis astuti, vt serpentes. Ac de his quidem hactenus.

Luc 3. 7.

Matth. 10. 16.

Quæ serpentis imitabilis astutia.

Qui serpens iuuenescat.

Qui serpens ad fontem accedat.

Debes autem præterea scire, serpentum esse varia diuersaque genera. Nam D alii celerrime perimunt, alii tardius. Item alii morsu perniciem adferunt, alii quodam alio modo. Serpens is, quem Basiliscum vocant, cuius etiam sapiens ille Galenus meminit ad Pisonem de Theriaca differens, solo intuitu necat eum, qui ipsum adspexit. Quo fit, vt litteræ sacræ nihil oculum inuidum ab eiusmodi serpente differre tradant. Quemadmodum enim ab hac bestia quiddam exitiale promanat, quod hominem continuo perimere potest: sic etiam de inuidi oculis consimile quiddam exit. Et mirum hoc in primis, quod suis nonnunquam perniciem adferant. Neque tamen hoc nouum cuiquam videatur. Faciunt enim id,

Varia serpentum genera.

Basiliscus.

ad quod a natura sunt comparati, non quod volunt. Quod si Eutelidas (vt est apud Plutarchum) suos ipsius oculos in aqua conspectos fascinauit, quum formæ venustatem suam fuisset admiratus: multo magis inuidus oculus alii perniciem feret, quasi telum quoddam venenatum corporibus iis, quæ contuetur, immittens. Et hæc quidem tum experientia, tum superiora tempora docuerunt. Nam oculi partim agunt, partim patiuntur: nunc aliquid emittentes, nunc recipientes: quemadmodum amantibus & amatis vsuuenire videmus. Magnus ille Basilius inscriptionem Psalmi XXXIII enarrans: Equidem, ait, id quod fertur, oculos telum quoddam venenatum eiaculari, tanquam vulgare, ac a vetulis excogitatum in mulierum conclauibus, reiicio. Dico autem, malos genios, qui odio boni flagrant, si quas reperiant consentaneas ipsis & addictas voluntates, iis omnino pro lubitu & arbitratu suo abuti. Quo fit, vt etiam fascinatorum oculis ad suæ voluntatis ministerium vtantur.

Eutelidas apud Plutarchum.

Basiliscus quidem, de quo nunc loquimur, non hoc tantum modo: verumetiam sibilo lædit aures audientum. Et est colore subflauus, vt tradit Galenus, inque capite tres habet cristas. Præter hunc meminit idem aliorum quoque serpentum. Serpens, ait, quercinus maxime noxius est, & intra quercus degit. Quod si quis hunc calcat, mox cutem pedum amittit, & intumescit: idque consimiliter accidit illius manibus, qui medicinam his vult facere. Hæmorrhus & Hæmorrhois ita necant homines, vt vocabulis ipsis significatur. Nam læsi ab his sanguinem per nares, os, totumque adeo corpus emittendo, moriuntur. Quemadmodum qui a dipsade morsi sunt, ab æstu misere pereunt. Quippe vehementer sitientes ac perusti, nonnunquam etiam dissilientes extinguuntur. Acontias autem, siue iaculator, semet admodum extendens, quasique iaculum quoddam in aduersa insiliens, corpora sic ea perimit. Itidem inter aspides ea, quæ Ptyas appellatur ab exspuendo, collo extenso, & interualli magnitudinem velut emensa, quasi eo ipso tempore fieret bestia rationis particeps, virus suum accurate citraque aberrationem in corpora exspuit.

Serpens quercinus.

Hæmorrhois.

Acontias.

Ptyadis natura.

Traduntautem aspidum genus esse triplex, quarum aliæ dicantur terrestres, aliæ chelidonææ, (quasi dicas hirundineas) aliæ ptyades, de quibus dictum. Ex his tribus vna reginæ Cleopatræ mortem attulit, cum fallere custodes adhibitos sibi vellet, ac celeriter citraque suspicionem omnem mori. Vicerat enim hanc Augustus Cæsar, quumque vellet eam sese cum Antonio dedere, quo de ipsa triumpharet: ad genus hoc mor-

Aspidum tres species.

De morte Cleopatræ.

A φύκασιν, οὐχ ὃ βούλονται ποιοῦσι. καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν· εἰ γὰρ ἑαυτὸν, καθά φησι Πλούταρχος, ὁ Εὐτελίδας ἐβάσκηνε τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν ἐν ὕδατι καὶ τῆς ὥρας ἐκπλαγείς· πολλῷ μᾶλλον ἑτέροις ἐπάξει τὸν ὄλεθρον ὁ βάσκανος ὀφθαλμὸς, βέλος ὥσπερ ἰῶδες τοῖς ὁρωμένοις τούτῳ ἐνιείς. καὶ ταῦτα μὲν ἡ πεῖρα καὶ ὁ χρόνος ἀνέκαθεν ἔδειξεν. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ καὶ δρῶσι καὶ πάσχουσι, ποτὲ μὲν πέμποντες, ποτὲ δὲ δεχόμενοι, ὡς ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ἐστὶν ἰδεῖν. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν οἷς ἐπεξηγεῖται τὴν τοῦ τριακοστοῦ τρίτου ψαλμοῦ ἐπιγραφὴν, καὶ τάδε φησίν. B ἀλλ' ἐγὼ τοῦτο μέντοι τὸ βέλος ἰῶδες ἐκπέμπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποπέμπομαι ὡς δημῶδες, καὶ τῇ γυναικωνίτιδι παρεισαχθὲν ὑπὸ γραϊδίων. ἐκεῖνο δέ φημι, ὅτι οἱ μισόκαλοι δαίμονες, ἐπειδὰν οἰκείας ἑαυτοῖς εὕρωσι προαιρέσεις παντοίως, ὥστε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν βασκάνων.

Διαληφθεὶς οὖν ὁ ὄφις, τουτέστιν ὁ βασιλίσκος, οὐ μόνον τῷ βλέμματι τοὺς ἐνορῶντας αὐτὸν καταβλάπτει, ἀλλὰ καὶ συριγμῷ τοὺς ἀκούοντας. ὑπόξανθος δὲ ὁ τοιοῦτος ὄφις ἐστὶν, ὥσπερ φησὶ Γαληνὸς, ἔχων ἐν τῇ κεφαλῇ ἐπαναστήματα τρία. σὺν τῷ τοιούτῳ δὲ καὶ ἑτέρων C ὄφεων μέμνηται λέγων· ὁ δρυΐνος ὄφις πάνυ κάκιστη, ἡ καὶ ἐν δρυσὶ τὸν βίον ποιουμένη. ταύτης εἴποτέ τι καὶ ἐπιβαίη, τοὺς πόδας εὐθὺς ἐκδέρεται καὶ ὀγκοῦται. ἀλλὰ καὶ ὁ* θεραπεύσας τούτους θελήσας, ὁμοίως πάσχει τὰς χεῖρας. Ὁ δέ γε αἱμόρροος καὶ ἡ αἱμόρροις τοῖς ἑαυτῶν ὀνόμασιν ὁμοίαν ποιοῦνται τὴν τῶν ἀνθρώπων διαφθοράν. αἱμορροοῦντες γὰρ διά τε μυκτήρων καὶ στόματος, καὶ παντὸς ἁπλῶς τοῦ σώματος, οὕτως ἀπόλλυνται, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῆς διψάδος δηχθέντες, ὑπὸ τοῦ καύσου διαφθειρόμενοι κακῶς. καὶ γὰρ οὗτοι διψῶντες πάνυ καὶ διακαιόμενοι, ἔτι καὶ διαρρηγνύμενοι, τελευτῶσιν. Ὁ δὲ ἀκοντίας ἐκτείνας ἑαυτὸν πάνυ, D καὶ ὥσπερ τι ἀκόντιον ἐφαλλόμενος τοῖς σώμασιν, οὕτως ἀναιρεῖ. Καὶ τῶν ἀσπίδων ἡ λεγομένη πτυὰς ἀνατείλασα τὸν τράχηλον καὶ συμμετρησαμένη τοῦ διαστήματος τὸ μῆκος, ὥσπερ καὶ τότε λογικὸν γινόμενον τὸ θηρίον, εὐστόχως ἐμπτύει τοῖς σώμασιν ἰόν.

* θεραπεῦσαι.

Τριπλοῦν δὲ λέγουσιν εἶναι τὸ εἶδος τῶν ἀσπίδων, ἡ λεγομένη τε χερσαία, ἡ χελιδοναία, καὶ αὐτὴ ἡ πτυάς. τούτων ἑνὶ τῶν τριῶν τὴν βασιλίδα Κλεοπάτραν ἀναιρεθῆναί φασι, λαθεῖν βουληθεῖσαν τοὺς φυλάσσοντας, ταχέως τε καὶ ἀνυπόπτως ἀποθανεῖν. Ὁ γὰρ Αὔγουστος Καῖσαρ νενίκηκε ταύτην· καὶ βουληθεὶς Ἀντωνίῳ παραδοῦναι αὐτῇ, πρὸς δὲ καὶ θριαμβευθῆναι, οὐ

καλὸν αὐτῇ προὐξένησε μόρον. συνεῖσα γὰρ ἐκείνη τὸ δρᾶμα, κἀντεῦθεν ἐξ ἀνθρώπων ἀμεύεσθαι δίκαιον κρίνασα, διά τινων δύο γυναικῶν αὐτῆς, Ναείρας καὶ Χαρμιόνης, τὸν ἑαυτῆς θάνατον μελετᾷ. διὰ γοῦν καλαθίσκου τινὸς σῦκα καὶ σταφυλὰς ἔχοντος, χάριν τοῦ λαθεῖν τοὺς αὐτὴν φυλάσσοντας, εἰσάγεται τὸ θηρίον· καὶ πρῶτα μὲν αὐτὸ ταῖς γυναιξὶ δοκιμάζει. εἶτα γνοῦσα, ὡς ὀξὺ τὸ θηρίον εἰς ἀναίρεσιν, θέλουσα δὲ καὶ εὐγενῶς ἀποθανεῖν, τὴν βασιλικὴν ἐνδύεται στολήν. καὶ οὕτως τὸ θηρίον προσβαλοῦσα τῷ ἀριστερῷ μαζῷ. ᾔδει γὰρ ἐκεῖσε νεύειν τὴν καρδίαν· βασιλικῶς ἀποθνήσκει. καὶ γὰρ λέγουσιν αὐτῆς εὑρεθῆναι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐπικειμένην τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ διάδημα κρατοῦσαν, ἵνα μέχρι τότε τοῖς ὁρῶσι βασιλὶς οὖσα βλέπηται. τούτων μέντοι τῶν θηρίων ἐμνημόνευσεν ὁ Γαληνός, τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος αὐτῶν διδάσκων διαφθοράν, καὶ ὡς οὐ χρὴ τῷ φαρμάκῳ, τῇ θηριακῇ δηλονότι, τοιαῦτα παραμίγνυσθαι. ἐφ᾽ ᾧ τὰς ἐχίδνας παραλαμβανόμενοι, σὺν τῷ οὐραίῳ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνοντες. ἐν αἷς ὁ κακίων χυμός, τουτέστιν αὐτὸς ὁ ἰός. τὰς μέσας οὖν σάρκας ἐκβάλλοντες, ἰσχυρότερον ποιοῦμεν τὸ φάρμακον.

Εἰ δὲ καὶ ὅθεν ἐπενοήθη τῶν ἐχιδναίων σαρκῶν ἡ ἐπίμιξις ἐθέλεις μαθεῖν, ὁ παρὰ πᾶσι σχεδὸν φερόμενος λόγος, καὶ τοῦτο ἤδη διδάξει σε. λέγεται γὰρ ὅτι κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ὥρᾳ θέρους ἄνδρες τινὲς στάχυας ἔτιλλον. καὶ τοῦτο ποιοῦντες, δίψει γίνονται κάτοχοι, ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἀγγεῖον ἔτρεχον οἴνου μεστόν, ἐλπίζοντες ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν τῆς δίψης εὑρεῖν. ἀλλ᾽ ἐσφάλησαν τοῦ σκοποῦ. ἔχις γὰρ ἐκεῖθεν ἀφνηδὸν ἐκπηδήσασα, τῆς ὁρμῆς αὖθις ἀνεχαίτισε. τί δὲ ἐπὶ τούτοις; λαμβάνουσι τὸν οἶνον, καὶ ἀνθρώπῳ τινὶ λελωβημένῳ διδόασιν, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν θᾶττον ἐκστῆναι τῶν ὧδε, καὶ μὴ τὸ ζῆν οὕτως ἔχειν ἐπώδυνον. δέχεται τὸν οἶνον ἐκεῖνος, μεθ᾽ ἡδονῆς ἐκροφᾷ, καὶ παραχρῆμα τῆς νόσου λύτρωσιν εὕρατο. ἔκτοτε οὖν αἱ τῆς ἐχίδνης σάρκες ἐμβάλλονται τῷ φαρμάκῳ. ἀλλὰ καὶ θηριακὴν τὸ τοιοῦτον διὰ τὰς τῶν θηρίων σάρκας ἐπονομάζουσι, καὶ ὅτι τοῖς ἀπὸ τῶν ὄφεων δήγμασι καὶ μάλα τὸ τοιοῦτον ἁρμόττει. τῆς δὲ τοιαύτης ἐπινοήσεως Ἀνδρόμαχός τις γέγονεν αἴτιος, καθά φησι Γαληνός, συνακμάσας τῷ Νέρωνι.

Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις, ἑλιττομένους ἀλλήλοις γίνωσκε τοὺς ὄφεις ὀχεύεσθαι, καθὰ δὴ καὶ τοὺς ἐχίνους ὀρθίους ἱσταμένους διὰ τὴν ἄκανθαν. Εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν βούλει μα-

A tis excogitandum mulierem adegit. Nam vbi quid moliretur Augustus intellexisset, ideoque recte se facturam statuisset, si quamprimum vitam abrumperet: duarum quarumdam muliercularum opera, nimirum Nairæ ac Charmiones, ad mortem sibi conciliandam vtitur. Itaque fallendi custodes caussa in quasillo, quo fici & vuæ continebantur, ad eam aspis infertur. Eius vim primum in mulierculis ipsis explorat. Deinde cognito, bestiolam ad necandum efficacissimam esse, simul extingui generose nobiliterque volens, regio semet ornatu induit. Atque hoc modo sinistrum ad latus (quo tendere cor propius sciret) adhibita bestiola, B regia quadam cum dignitate moritur. Aiunt enim repertam manum ipsius dextram impositam capiti, qua diadema teneret, vt tum quoque spectantibus reginam se ostenderet. Harum igitur bestiarum Galenus mentionem fecit, quo pacto perniciosæ sint, ex toto corpore declarans, simulque significans, non debere pharmaco, id est, theriacæ quædam misceri. Quo fit, vt quum ad vsum earum viperas sumimus, vna cum cauda caput præcidamus, quibus in partibus humor ille deterior, nimirum virus ipsum, existit. Ideoque carnes medij corporis exsecantes, pharmacum præsentius efficimus.

Theriacæ confectio.

C Quod si etiam scire cupis, vnde primum sit ortum, quod theriacæ viperarum carnes miscentur: hoc ipsum ex nota vulgo narratione facile cognosces. Proditum est enim memoriæ, quosdam iuxta Romam veterem, dum æstiuo tempore spicas vellerent, siti fuisse correptos. Itaque vasculum ad quoddam vino plenum cucurrisse, quod eo se sitim extincturos sperarent. Verum ea spe excidisse. Nam vipera subito inde prosiliens, homines ab instituto reuocabat. Quid secundum hæc euenit? sumunt vinum, idque cuidam homini misere adfecto porrigunt, vt hoc epoto citius tantis doloribus liberaretur, nec vsque adeo tristem amplius vitam ageret. Accipit oblatum ille vinum, & cum voluD ptate exhaurit. Mox sese morbo liberari animaduertit. Quamobrem ab illo tempore carnes viperinæ huic pharmaco misceri consueuerunt, cui theriacæ nomen datum est, a feris atque bestiis, quibus ad eam conficiendam vtimur. Et conducit in primis ad sanandos serpentum morsus. Auctor inuenti princeps fuisse fertur Andromachus quidam, vt Galenus scripsit, qui Neronis ætate vixit.

Vsus viperarum ad Theriacas vnde cognitus.

Andromachus

Cæterum preter hactenus indicata, scire debes conuolutos serpentes coire, quemadmodum erinacei coeuntes ob spinas recti stare solent. Quod si caussam lubet cognoscere, quamobrem serpentes hieme ter-

Serpentum & erinaceorum coitus.

ram ſubeant, æſtate rurſum ad loca ſuperiora prodeant: perſpicuum eſt, illam huiuſmodi quamdam eſſe. Natura ſerpens frigi-

Serpentis natura qualis.

dus eſt, ſiccus, neruoſus, exigui ſanguinis, quo fit, vt neceſſario loca ſemper calida quærat. Quumque per hiemem calor ad ima tendere ſoleat, per æſtatem ſurſum in ſuperficie terræ quaſi diſpergatur: propterea ſerpens etiam regiones locaque ſua pro aeris conſtitutione mutare conſueuit. Nam & aquæ puteales per æſtatem frigidæ ſunt, per hiemem calidæ. Tunc enim frigore partes puteorum ſupremas occupante, calor ad ima tendit. quæ cauſſa eſt, cur eiuſmodi aquæ per hiemem caleant. Quippe natura nequaquam inſtituit, vt frigus atque calor eodem in loco, eodemque tempore ſimul exiſtant.

De draconibus

Volo te hoc quoque præter expoſita ſcire, conſueſſe ſacras litteras ſerpentes maximos appellare dracones, præſertim quum de Moſis virga loquuntur: fuiſſe quidem illam prius in ſerpentem commutatam verum deinceps in draconem, ac ſecundum hæc virgas præſtigiatorum Pharaonis deuoraſſe, quæ & ipſæ in ſerpentes erant commutatæ. Itidem vates ille Dauides, de cetaceo genere loquens: Draco (inquit) iſte,

Fabuloſi dracones.

quem condidiſti, vt in mari luderet. Cæterum genus eiuſmodi draconum, quale quoddam exiſtere vulgo perhibetur, hactenus deſcriptum ſane nuſquam deprehendimus. Nec propterea fulgureus ignis deorſum fertur, vt huiuſmodi dracones exurat. Ipſa draconum natura ſicca eſt, & ſubſtantia quadam ignea conſtat. Quippe de ipſorum oculis etiam ignis emicat, & venenum, quod euomunt, fumoſum eſt, corporaque contacta diſſilire facit. Inde fit, vt ad inflammationem diſpoſitus ſit draco, ſiccitatis ſuæ cauſſa. Quamobrem ſibi a fulmine metuit, & nonnunquam exſiliens per aera fertur. Quærit item humida loca, & ad ſtagna confugit. Nouit enim, ſe propter inſitam ſibi ſiccitatem, etiam ex interuallo quodam remotum ab

Vide Notas.

igne fulminis exuri. * Sepenumero quidem ſoni exaudiuntur obſcuri, tanquam draconis, quum fulgur deorſum fertur, ac vel in hæc, vel illa corpora irruit. Qui autem perhibent, (de iis loquor, quibus eiuſmodi ſe obtulerunt inflammationes) ſe porcum grunnientem conſpexiſſe, vt gregem caprarum balantem, vel mugientem bouem: tam ſeipſos, quam alios hæc audientes mendacio decipiunt. Nihil enim eiuſmodi viderunt, ſed imaginationes earum rerum a metu proficiſcuntur. Quod ſi fortaſſe dæmon ille præſtigiator & inuidus, ſerpentis indutus corpore, feram hanc, velut igne ipſam vrgente, in animalia manſueta irruere facit, quum inde vſque ab initio nos inuidia quadam proſequatur: non

A θεῖν δὴ ἐπεὶ οἱ ὄφεις χειμῶνος μὲν τῇ γῇ καταδύονται, θέρους δὲ τοὺς ἄνω τόπους ἐπιζητοῦσι, σαφὲς ὅτι καὶ αὕτη ἐστί. ψυχρὸς ὁ ὄφις ἐστὶ καὶ ξηρὸς, καὶ νευρώδης, καὶ ὀλιγόαιμος, ἐφ᾽ ᾧ καὶ τοὺς θερμοὺς ἀεὶ τόπους ἐξ ἀνάγκης ἐπιζητεῖ. καὶ ἐπειδὴ χειμῶνος μὲν ἡ θερμότης κάτω χωρεῖν εἴωθε, θέρους δὲ ἄνωθεν ἐπιπολάζει· διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἑαυτοῦ νομὰς πρός γε τὴν ἀέρος κατάστασιν ὑπαλλάττει ὁ ὄφις. Ὁρᾷ γὰρ ὅτι καὶ τὰ φρεατιαῖα ὕδατα θέρους μὲν τυγχάνει ψυχρά, χειμῶνος δὲ θερμά. τηνικαῦτα καὶ γὰρ τῆς ψυχρότητος ἄνωθεν ἐπιπολαζούσης, εἰς τὸ βάθος ἡ θερμότης χωρεῖ. ὅθεν καὶ θερμὰ τυγχάνει κατά γε τὸν χειμῶνα τὰ ὕδατα. τήν

B τε γὰρ ψυχρότητα καὶ θερμότητα κατά γε τὸν αὐτὸν τόπον καὶ χρόνον ἅμα μένειν ἡ φύσις οὐκ ἐνομοθέτησεν.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰδέναι σε βούλομαι. Τοὺς δὲ μεγίστους ὄφεις δράκοντας εἴωθε καλεῖν ἡ γραφή. καὶ μᾶλλον ἡνίκα περὶ τῆς ῥάβδου λέγει τοῦ Μωσέως, μεταβληθῆναι μὲν εἰς ὄφιν τὸ πρότερον, εἶθ᾽ οὕτως εἰς δράκοντα. κἀντεῦθεν τὰς ῥάβδους τῶν ἐπαοιδῶν τοῦ Φαραὼ καταπιεῖν, καὶ αὐτὰς δῆθεν εἰς ὄφεις μεταβληθείσας. ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ τὸ κητῷον ὑπεμφαίνων γένος οὕτω φησί. Δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῇ. τοιοῦτον δὲ γένος, ὁποῖον ἄρα φημίζουσιν οἱ πολλοί, μέχρι καὶ τήμερον γεγραμμένον οὐχ εὕρομεν. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦτο

C τὸ ἀστραπαῖον ἄνωθεν καταρρήγνυται πῦρ ἐπὶ τῷ τοὺς τοιούτους δράκοντας ἐμπιπρᾶν. τὸ μὲν οὖν δρακόντιον γένος ξηρόν τε τὴν φύσιν ἐστί, καὶ τὴν φύσιν διάπυρον· πῦρ γὰρ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἀποβλέπουσι. καὶ ὃν δὲ ἐξεμοῦσιν ἰὸν, καπνώδης ἐστί, καὶ διαιρεῖ τὰ σώματα ψαύσας αὐτῶν. ἐνθένδε τοι καὶ εὐπρηστός ἐστιν ὁ δράκων, δι᾽ ἣν ἔχει ξηρότητα, καὶ πρὸς κατάφλεξιν ἐπιτήδειος. πεφόβηται οὖν διὰ ταῦτα τὸν κεραυνόν, καὶ ἀλλόμενός ἐστιν, ὅτε δι᾽ ἀέρος φέρεται. τόπους τε καθύγρους ἐπιζητεῖ, καὶ ἐπὶ λίμνας καταφεύγει. οἶδε γὰρ ὅτι διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ ξηρότητα καὶ ἀπὸ διαστήματος τῷ κεραυνίῳ πυρὶ καταφλέγεται ἔνθα που τύχοι λοιπὸν ὁ δράκων συνείλων καὶ διιὼν, ἐπειδὰν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐλαύνεται, τότε δὴ τότε τὰ παρακείμενα

D μέρη συγκαταφλέγεται. πολλάκις γὰρ καὶ δράκοντος ἄτερ, ἦχοι τινες ἐξακούονται ἄσημοι, τοῦ πυρὸς ἄνωθεν καταρρηγνυμένου, καὶ σώμασι τοιοῖσδε ἢ τοιοῖσδε προσάπτοντος. ὅσοι δὲ φασὶ τῶν ἐντετυχηκότων ταῖς τοιαύταις καύσεσιν, ὅτι τεθέανται χοῖρον γρυλλίζοντα, ἢ μυκάζον αἰπόλιον, ἢ βοῦν μυκώμενον, ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἀκροατῶν καταψεύδονται. οὐδὲν γὰρ τεθέανται, ἀλλ᾽ ὁ φόβος αὐτοῖς τὰς τοιάσδε μορφώσεις εἰδωλοποίησεν. εἰ δ᾽ ἴσως καὶ βάσκανος δαίμων τὸ σῶμα τοῦ δράκοντος ἐνδυσάμενος εἰς ἐκεῖνα τῶν μερῶν ἄγει τὸν θῆρα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὥσπερ διωκόμενον, εἰς δὴ βασκαίνειν ἐξ ἀρχῆς εἴωθεν, οὐδ᾽ ἐστὶ

ὁ λόγος ἀπόβλητος. ἀρχαῖον γὰρ αὐτῷ ἐνδιαίτημα τὸ τοιοῦτον γένος. ἐοίκασι καὶ μᾶλλον ἡμᾶς ἐξορίσοις δι' αὐτοῦ τοῦ παραδείσου πεποίηκεν. ὅθεν καινὸν οὐδέν, εἴγε καὶ τῆς γῆς ταύτης ἀπώσασθαι φιλονικεῖ διὰ φθόνον ἡμᾶς. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. εἰ δὲ τὴν αἰτίαν ἐπιζητεῖς, δι' ἣν αἴλουροι καὶ νυκτερίδες νύκτα καὶ μόνην ἀκριβῶς ὁρῶσιν, αὕτη ἐστί. τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα πάντως λεπτότατον ἔχουσιν. ἐν τῇ νυκτὶ οὖν μετρίως παχυνόμενον τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἡλίου, πρὸς τὴν τῶν ὁρατῶν ἀντίληψιν ἐπιτήδειον γίνεται. κατὰ γὰρ τὴν ἡμέραν ὡς λεπτότατον διαφορεῖταί τε καὶ σκεδάννυται. τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔστιν ἰδεῖν, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς λέουσιν. ἔνθεν τοι καὶ τὰς ἡλιακὰς μαρμαρυγὰς οἱ λέοντες φεύγοντες δι' ὅλης ἡμέρας καὶ ἄκοντες κρύπτονται. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν ἀκωλύτως ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦντες οὐ μικρῶς ἔβλαπτον τοὺς αὐτοῖς ἐντυγχάνοντας. γίνωσκε καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ λέων διωκόμενος συστέλλει τὰ ἴχνη αὐτοῦ. οὕτω ὁ κύριος κατερχόμενος ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τῆς παρουσίας καιρὸν πάντη συνέστειλε διὰ τὸν διάβολον πάλαι τὰς παρθένους ἐπιτηροῦντα. ὁ τοῦ λέοντος σκύμνος νεκρὸς μὲν γεννᾶται, ἐμφυσώμενος δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ζωογονεῖται. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ ἐποίησεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ δι' ἡμᾶς νεκρωθέντι ποιεῖ. ὅθεν καὶ ὁ Ἰακὼβ ἔλεγεν· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων, καὶ ὡσεὶ σκύμνος. τίς ἐγερεῖ αὐτόν; εἰ δὲ καὶ λέων καὶ σκύμνος ὁ αὐτὸς λέγεται, οὐ καινόν. ἦν γὰρ καὶ βασιλεὺς ὁ Χριστός, καὶ βασιλέως υἱός. ὁ λύκος φοβεῖται τὸ φυτὸν τὴν σκίλλαν. τοῦτο εἰδυῖα ἡ ἀλώπηξ, παρὰ τῷ τοιούτῳ ὑπνώττει φυτῷ, εἴποτε τοῦ φωλεοῦ αὐτῆς ἔξω τύχῃ διατρίβουσα, ἵνα μὴ ὑπὸ λύκων βρωθῇ. εἰ δὲ ἡ ἀλώπηξ οὕτω ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἐκείνοις ὀφείλομεν συνεῖναι, δι' ὧν ὁ νοητὸς λύκος διώκεται. τίνα δὲ ταῦτα; προσευχὴ καὶ νηστεία. τὸ γένος γὰρ φησὶ τοῦτο οὐκ ἐκβάλλεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. ἡ δέγε καμηλοπάρδαλις ἐν Λιβύῃ καθορᾶσθαι ἱστόρηται. αἰτία δὲ τῆς τοιαύτης ἐπιμιξίας ἡ τῆς χώρας ἀνυδρία. περὶ γὰρ τὰ ἐκεῖσε ὕδατα ὀλίγιστα ὄντα ἀθροίζεται πολυειδῆ ζῷα, κἀντεῦθεν ἀλλήλοις ἐπιμιγνυμένων αὐτῶν, θηρία πολύμορφα τίκτεται.

Γίνωσκε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι τὰ τοιαῦτα σύνθετα ζῷα, καθὰ δὴ καὶ οἱ ἡμίονοι, οὐκ εὔθετά εἰσι πρὸς σύλληψίν τε καὶ γέννησιν. τίνος ἕνεκεν; ὅτι ἐξ ἀλλοτρίων συνεστηκότα ταῦτα γενῶν, διεφθαρμένην τὴν πρὸς τὸ τίκτειν ἀπειλήφασι δύναμιν. καὶ εἰκότως. οὔτε γὰρ ἡ γῆ καταρχὰς ἐξήγαγε ταῦτα, καθὰ δὴ καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα. (καὶ γὰρ ἐξ ἐπινοίας ὕστερον ἀνθρωπίνης

A hoc ita proferri putabitur, vt omnino sit reiiciendum. Nam genus hoc ferarum sibi pro domicilio iam olim vsurpauit, quum per id nos paradisi finibus eiecit. Itaque nihil nouum, si motus inuidia cupit hac etiam terra nos expellere. Ac de his quidem hactenus. Quod si caussam vis cognoscere quamobrem feles & vespertiliones tantum noctu acutum videant: hanc illam esse scito. Sunt hæc animalia spiritu, quo cernendi vis continetur, sane pertenui prædita. Quapropter is noctu mediocriter ob solis absentiam condensatur, & ad perceptionem rerum adspectabilium fit idoneus. quippe interdiu tanquam subtilissimus dissipatur ac dispergitur. Idem & in aliis est

Cur feles & vespertiliones noctu videant acrius.

B videre, præsertim ipsis in leonibus. Quo fit, vt splendorem radiorum solarium fugientes etiam inuiti toto die latitent. Nam si absque hoc esset, libere vtique per diem oberrantes, haud exiguam hominibus occurrentibus noxam afferrent. Hoc etiam disce, leonem vestigia sua contrahere, quoties ipsum aliqui persequuntur. Sic Dominus quoque noster in terram descendens, aduentus sui tempus contraxit diaboli caussa, qui iamdudum virgines obseruabat. Catulus leoninus in lucem mortuus quidem editur, verum adflatu patris vitam accipit. Idem Deus initio fecit in Adamo, ac deinceps ipso etiam in filio suo, mortem nostri

Idem in leone.

Qui nascuntur leones.

C caussa perpesso. Quamobrem Iacobus dixit: Corruens sopitus est vt leo, quasique catulus leoninus: quis excitabit eum? Nec quidquam absurdi, eumdem tum leonem, tum catulum leoninum appellari. Nam Christus & rex, & regis filius erat. Lupus scyllam, plantæ speciem, vitat. Id quum vulpecula norit, apud hanc plantam dormiens cubat, si forte suas extra latebras degit: ne a lupis deuoretur. Quod si hoc vulpecula facit, multo magis nos adesse debemus iis, quibus intellectilis ille lupus abigitur. Quænam illa? Preces & ieiunium. Nam genus istud, inquit Christus, non nisi precibus & ieiunio eiicitur. Camelopardalis in Libya

Lupus scyllam vitat.

Astutia vulpeculæ.

D conspici traditur. Eius duorum animalium mistionis caussa, est eius regionis siccitas & aquæ penuria. Quippe animalia diuersa variarumque specierum ad aquas congregantur, quæ in Libya raræ sunt. Ita fit, vt ipsis inter se coeuntibus, feræ quædam multiformes procreentur.

Camelopardalis.

Vnde monstrosæ in Lybia feræ.

Et animaduertito, dilecte fili, eiusmodi animalia composita, cuius generis sunt etiam muli, non esse vel ad conceptionem, vel procreationem idonea. Quamobrem istuc? Quod ex diuersis generibus constent, ac propterea vis gignendi in eis vitiata sit, consentanea id quidem ratione. Quippe nec terra initio rerum ea produxit, vt animalia cætera: (nam deinceps humana sollertia quadam & ar-

Cur muli non gignant.

tificio asinorum & equorum excogitata est coniunctio) nec vocem illam diuinam adiuerunt, qua dictum est aliis: Augescite ac multiplicamini. Quo fit, vt procreandi vis in ipsis vitiata sit. Gen. 1. 22.

De vnicornu. Vnicornu animal est valde ferum, quod neque per venatores, neque modo quodam alio capi potest. Nihilominus fera tam immanis ad feminam virginem, quæ splendidis induta sit vestibus, & ornatu vario exculta, non tantum accedit, sed etiam ipsius ad genua procumbens quiescit. Idem tum in diuinitate illa inadspectabili & incomprehensili, tum vera solaque virgine videre est. Nisi enim templum hoc repertum esset purissimum, Deus in terris non conspectus, nec cum hominibus versatus fuisset.

Formica sibi ab hordeo cauet. Formica spicam conscendens, olfacere consueuit, ac siquidem hordeum reperit, fugit inde, seque ad tritici spicam confert. Hoc si formica facit, multo magis nos abhorrentem a veritate doctrinam cauere debemus, & ad triticum, doctrinam videlicet rectissimam, accedere. Quæ lupo sunt aduersus oues inimicitiæ, possunt hinc etiam perspici. Lupinæ chordæ. Si chorda lupina in cythara reperiatur, reliquæ de ouibus confectæ chordæ silent, ac sonum nullum edunt. Idem videre est in tympanis. Quamobrem Deus rem adeo nouam & inusitatam initio rerum instituit? Vt inde clarius perspicerentur inimicitiæ, quas intellectilis ille lupus aduersus oues Christi gerit ac exercet.

De chamæleonte. Tradit Ælianus, chamæleontem variis formis conspici, vt qui oculos se intuentum elidat: ad exemplum Satanæ, qui se in lucis angelum transformat. Verum Aristoteles ait, maxime macrum & exilem esse chamæleontem inter animalia, quæ oua pariunt, & terrestria sunt: idque propterea, quod sanguinis perparum habeat. Hanc ipsam vult esse caussam indolis animæ in hoc animali. Varias nimirum formas accipit, formidinis caussa. Metus enim ex inopia caloris existit.

Aper dentes exsertos ac prominentes habet, ideoque acrius vulnerat. Eos dentes femella desiderat, & propterea quoties se tuetur, mordere consueuit. Itidem in ceruis, marem cornua gestare videmus, quæ in femina nulla sunt. Etiam apri castrati dentes exsertos non habent, quod ipsorum natura de virili in femineam degenerauerit, quæ ab iisdem (ceu dictum est) destituitur. Præterea scito, sues siluestres, quæ alimento simplici vtuntur, semel in anno parere: quum cicures, ob nutrimentum pinguius largiusque, bis pariant. Eædem vbi pingues factæ sunt, setas ac pilos amittunt. Quippe quum pinguescunt, & iam magis carnosæ redduntur: carnosæ rectius etiam digerunt: quæ digerunt commode, parum

A ἡ τῶν ὄνων τε καὶ ἵππων ἐπενοήθη σύζευξις, οὔτε τῆς θείας ἐκείνης φωνῆς ἤκουσαν τῆς οὕτω λεγούσης· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. ἐνθέν τοι καὶ τὴν πρὸς τὸ τίκτειν δύναμιν διεφθαρμένην ἐσχήκασιν.

Περὶ μονοκέρου. Ο μονόκερως ζῶόν ἐστι καὶ πάνυ ἄγριον, μήτε θηραταῖς, μήτε ἄλλως πως ἀγρευόμενον· παρθένῳ δὲ γυναικὶ, καὶ ταῦτα λαμπρειμονούσῃ, καὶ ποικίλως ἐστολισμένῃ καὶ προσέρχεται τὸ δυσθήρατον ζῶον, καὶ παρὰ τοῖς γόνασιν αὐτῆς ἀναπαύεται. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀοράτου καὶ ἀκηράτου θεότητος, καὶ τῆς ὄντως καὶ μόνης παρθένου ἐστὶν ἰδεῖν. Εἰ μὴ γὰρ ὁ καθαρώτατος οὗτος εὑρέθη ναὸς, οὐκ ἂν ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

B

Περὶ μύρμηκος. Ο μύρμηξ ἐπὶ τὸν στάχυν ἀνερχόμενος ὀσφραίνεται, καὶ ἐὰν κριθὴ, φεύγει ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ σίτου στάχυν ἔρχεται. Εἰ δὲ ὁ μύρμηξ οὕτω ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς τὴν ἑτεροδοξοῦσαν διδασκαλίαν φεύγειν ὀφείλομεν, ἐπὶ δὲ τὸν σῖτον ἔρχεσθαι, τὸν ὀρθότατον δηλαδὴ λόγον. Εἰ γὰρ ἣν ὁ λύκος ἔχθραν πρὸς τὰ πρόβατα κέκτηται, κἀντεῦθέν ἐστιν ἰδεῖν. εὑρισκομένης γὰρ τῆς χορδῆς αὐτοῦ ἐν κιθάρᾳ, αἱ λοιπαὶ τῶν προβάτων χορδαὶ σιγῶσι, καὶ οὐ φθέγγονται. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τυμπάνων ἐστὶν ἰδεῖν. τίνος δὲ χάριν τὸ παράδοξον τοῦτο γίνεσθαι κατ' ἀρχὰς συγκεχώρηται; ὡς ἐντεῦθεν ἀριδηλότερον φαίνεσθαι τὴν ἔχθραν, ἣν ὁ νοητὸς λύκος πρὸς τὰ τοῦ Χριστοῦ θρέμματα κέκτηται.

C

Ο μὲν οὖν Αἰλιανὸς λέγει τὸν χαμαιλέοντα ποικίλον φαίνεσθαι τῇ μορφῇ, ἅτε τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις ἐκκρουόμενον, κατὰ μίμησιν τοῦ εἰς Ἄγγελον φωτὸς μετασχηματιζόμενον Σατάν. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι ἰσχνότατος ὁ χαμαιλέων τῶν ᾠοτόκων καὶ πεζῶν, διότι ὀλιγαιμότατός ἐστι. τοῦτο δὲ αἴτιον καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἤθους τοῦ ζώου. πολύμορφον γὰρ γίνεται διὰ τὸν φόβον. ὁ γὰρ φόβος δι' ἔνδειαν θερμότητος.

D

Περὶ ὑῶν. Ο ἄρρην ὗς χαυλιόδοντας ἔχει, ὡς ὀξυτέρως εἰς τὸ πλήσσειν. τὸ δὲ θῆλυ οὐκ ἔχει, ἐφ' ᾧ καὶ ἀμυνόμενον δάκνει. οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐλάφων. ὁ μὲν γὰρ ἄρρην φέρει κέρατα, ἡ δὲ θήλεια οὐκέτι. γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι αἱ ἄγριαι ὕες ἁπλῇ τροφῇ χρώμεναι ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτουσιν. αἱ δὲ ἥμεραι δὶς διὰ τὴν παχεῖαν δίαιταν. αἱ πιανθεῖσαι ὕες λειποτριχοῦσι. πιαινόμεναι γὰρ σαρκοῦνται· μᾶλλον δὲ τοιαῦται αἱ πέπτουσαι. πέπτουσαι δὲ λείπονται τοῦ περιττώματος. αἱ δὲ τρίχες

A ἐκ τῶν περιττωμάτων. ἡ δὲ αἰτία δι' ἣν ὁ ὗς τε καὶ ὁ ἵππος ἀφρὸν παρὰ τῷ στόματι φέρουσιν, αὕτη ἡ θερμότης ὡσαύτως. καὶ ὅρα τὴν θάλασσαν. κινουμένη γὰρ ὑπ' ἀνέμων λευκαίνεται. ὅρα τοὺς ὑποκαιομένους λέβητας. ὅρα τὴν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρότητα. χειμῶνος γὰρ ὑπ' ἀνέμων κινουμένη λευκαίνεται. λευκαινομένη δὲ διὰ τὴν τηνικαῦτα ψύξιν πήγνυται. καὶ οὕτως ἡ χιὼν καταφέρεται. ἡ γὰρ χιὼν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὕδωρ ἡμιπαγές. οὕτω μὲν οὖν καὶ παρὰ τῷ συῒ καὶ ἵππῳ ὑγρὰ λεπτυνόμενα εἰς πομφόλυγας διὰ θερμότητα καὶ κίνησιν εἰς ἀφρὸν μεταβάλλονται.

B Εἰ δὲ καὶ τὸν λόγον ἐθέλεις μαθεῖν, οὗ χάριν οἱ κύνες μόνοι λυττῶσι κατά γε τὸ θέρος, σαφὴς ἰδοὺ καὶ οὗτός σοι πρόκειται. λυττῶσιν οἱ κύνες διὰ τὴν πρόληψιν τῆς ξηρᾶς κράσεως. φύσει δὲ εἰσὶ ξηροί, καὶ πλέον τοῖς καύμασι. θερμαινόμενα οὖν καὶ καταξηραινόμενα ἐκπυροῦται τὰ ἐν αὐτοῖς ὑγρά, κἀντεῦθεν διὰ τὴν ἄγαν ξηρότητα μαίνονται, καθάπερ οἱ φρενιτιῶντες. ὅθεν καὶ τὸ σίελον αὐτοῖς ἰῶδες γίνεται * πρότερον. ὅτι δὲ ἐκπυροῦνται, δῆλον ἐξ ἀσθμαίνειν πυκνῶς, καὶ πυρώδη τὰ ὄμματα ἔχειν, καὶ ἀνεῳγμένον τὸ στόμα πρὸς ἔμψυξιν ἀέρος. λυττῶσι δὲ οὐ πάντες οἱ κύνες, ἀλλ' ὅσοιπερ ἐν τούτοις ξηρότεροι.

* καὶ ξηρότερον.

C Τινὲς δέ φασι καὶ τὸν κύνα τὸ ἄστρον συμβάλλεσθαι κατά τινα ἀπόρροιαν τούτοις πρὸς τὴν λύσσαν. λυττήσαντες, καθά φησι Παῦλος ὁ Σινώπης, καὶ βρῶσιν καὶ πόσιν ἀποστρέφονται. σίελον δὲ καὶ δαψιλὲς καὶ ἀφρῶδες ἀφιᾶσι, καὶ ἄφωνοι γάρ εἰσιν, ἀλλὰ καὶ ἄφρονες, ὡς μηδὲ τοὺς οἰκείους γνωρίζειν. ἐφορμῶσι δὲ κατὰ παντὸς χωρὶς ὑλακῆς, καὶ δάκνουσι, καὶ δάκνοντες οὐδὲν ὀχληρὸν παραχρῆμα φέρουσι, πλὴν ὅσον ὀδύνην τὴν ἐκ τοῦ τραύματος. ὕστερον δὲ πάθος ἐμποιοῦσι τὸ καλούμενον ὑδροφόβιον. φεύγουσι γὰρ τὸ ὕδωρ οἱ λυσσόδηκτοι, καὶ ὁρῶντες αὐτὸ καὶ

D προσφερόμενοι. ἔνιοι δὲ αὐτῶν καὶ ὥσπερ κύνες ὑλακτοῦσι καὶ δάκνουσιν ἐπιόντες, καὶ δάκνοντες αἴτιοι τοῦ αὐτοῦ πάθους κατέστησαν. ἡ δὲ τῶν συμπτωμάτων αἰτία, τῶν μὲν ἄλλων εὔδηλος. * κατειληφὸς γὰρ ἰὸν τὰ μέλη πάντα καὶ αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον, τοιαῦτα φέρει συμπτώματα. τοῦ δὲ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ τινὲς μὲν ἔφησαν διὰ τὴν ἄμετρον γίνεσθαι ξηρότητα, οἷα παντελῶς ἠλλοτριωμένης τῆς ὑγρᾶς οὐσίας. ὁ δέ γε Ροῦφος μελαγχολίας αὐτοῖς εἶδος τὸ τοιοῦτον ἀπεφήνατο γίνεσθαι, τοῦ ἰοῦ τὸν χυμὸν ἐκεῖνον μιμησαμένου, καθ' ὃν ἄλλα πεφόβηνται. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέ-

* ἴσ. κατειληφὼς γὰρ ἰός

A excrementi habent: de excrementis autem, setæ ac pili existunt. Cur aper & equus spumam circa os gerant, hæc caussa est. Calor & motus ex æquo res humidas efficiunt albas. Vide quid mari accidat. Quum a ventis commouetur, albescit. Inspice ollas, quibus ignis subiicitur. Intuere humorem, qui est in aere. Agitatus a ventis hiberno tempore, colorem album accipit. Postquam albuit, ob frigus, quod est in aere, congelatur. ita nix delabitur. nam ea nihil est aliud, quam aqua semicongelata. Sic igitur & in apro ac equo humores minutas in bullas redacti, per calorem & motum in spumam conuertuntur.

De aprorum & equorum spuma.

B Quod si rationem eius quoque rei nosse desideras, quamobrem canes soli æstiuo tempore sint rabiosi: luculente id ipsum heic tibi declarabo. Rabies infestat canes propter siccæ temperaturæ incrementum. Sunt enim a natura sicci, eaque siccitas per æstus augetur. Itaque humores in eis incalescentes & paulatim exsiccati velut inflammantur. Hinc fit, vt nimiæ siccitatis caussa in rabiem agantur: perinde atque illi, qui exiuere de potestate. Quo fit, vt & saliuam sicciorem, & venenatam habeant. Et inflammari eos, vel inde paret, quod frequentius anhelant, oculos habent flammeos, & os apertum, propter aeris refrigerationem. Nec rabies hæc canes omnes ve-

De canum rabie.

C xat, sed eos, qui sicciores sunt. Nonnulli volunt, sidus illud, quod canem dicimus, nonnihil quasi defluxu quodam ad horum insaniam conferre. Cæterum postquam hac rabie correpti sunt, quemadmodum Paulus Sinopensis ait, tam cibum quam potum auersantur. Simul largam spumeamque saliuam emittunt, & in vniuersum muti sunt, ac tantopere desipiunt, vt ne familiares quidem agnoscant, sed in quosuis absque latratu irruant, & quosuis mordeant. Hic morsus non continuo quidquam secum adfert ægritudinis aut molestiæ, præter eum, qui ex ipsa re sentitur, dolorem. Verum deinceps morbus accedit, quem hydro-

Paulus Sinopensis. *Vide Notas.*

D phobium, ab aquæ metu, vocant. Nam qui a canibus rabiosis morsi sunt, aquam reformidant, siue illam intueantur, siue propius accedant. Nonnulli etiam canum more latrant, & alios aggressi mordent, quo morsu malum ipsum propagant. Cæterum quæ reliquorum symptomatum caussa sit, patet. Nam quum venenum omnia membra, & ipsum adeo cerebrum occupauit: huiusmodi symptomata secum adfert. At eius rei, quod aquam metuant, caussam aliqui nimiam ad siccitatem referunt, quasi prorsus ab humore sint abalienati. Rufus autem perhibet speciē melancholiæ quamdam eis accidere, nimirum veneno humorē illum imitante, ob quem alii alia metuunt.

Hydrophobiū ex morsu canis.

Rufus de hydrophobii caussa.

De melancholicorum dementia.

Et quid multis heic verbis opus est? Quem- A admodum enim in melancholicis vsuuenire videmus, vt alii quidem animalia bruta sibi videantur esse, ac propterea voces eorum imitentur: alii se vasa esse testacea credant, & iccirco vehementer metuant, ne confringantur: alii supra se delabi Atlantem existiment, ideoque mirum in modum clament: ita consimile quippiam cernere licet etiam iis accidere, quos canes rabiosi momorderunt. Quippe venenum canis, ceu noxius humor, eorum occupato cerebro, facit vt aquam metuant: in quo metu canis, a quo morsi sunt, imaginatio subit: eoque pacto ringuntur, & tandem cum morte vitam commutant. Perhibetur quidem aliquando philosophus quispiam, qui esset admorsus a cane rabioso, balneum ingressus, conspecto in pelui cane, nihil ex- B territus dixisse: Quid cani commune cum balneo? Sed de his satis.

Quid cani cum balneo.

Vrsæ partus.

Vrsus carnem gignit, quæ neque figuram, neque formam habet. Verum deinceps ore lambens, articulos in ea efficit. Eiusdem catuli non lactantur vberibus, sed sugendo pedes suos augescunt. Et parit ante tempus vrsa, quo cum mare congrediatur. Ipso in partu periculo non caret. Ideoque noctu parturiens, Vrsæ sidus inspectando obseruat, eoque pacto difficultatem partus mitigat. Vorax est admodum, quumque per hiemem in lustro suo sedet ac esurit, pedem lambendo se nutrit: quod C quidem ei soli peculiare est inter animalia terrestria, sicut inter marina polypo.

De onagris.

Quum onagri mares gignunt, exsecant eorum virilia, ne procreent. Et animal hoc siccissimum est, ideoque sitibundum. Qua de caussa Dauides, de aquis disserens, ait: Sument eas onagri sitis suæ restinguendæ caussa.

Psalm. 103. 11.

Astutia vulpeculæ.

Vulpeculam nutrimenti laborantem inopia, supinam iacere tradunt, quasi si foret mortua, simulque anhelitum retinere. Quamobrem hac ipsa de caussa distentam conspicatæ volucres, in eam se demittunt, velutique mortuam attingunt. Tum illa subito exsiliens, quæ mortua cre- D debatur, aues comprehendit atque deuorat.

Rupicapra.

Capra siluestris velocissimum animal est, & in rupibus degit. Quod si quis hanc venatorum persequatur, in cornua desilit, nec detrimenti quidquam accipit.

Nemesius in primo de philosophia.

Scias autem, singulis animalibus, quemadmodum & Nemesius scripsit, indidisse Deum prudentiam quamdam naturalem, non discendo parabilem. Nonnullis versutias etiam dedit, quibus & præsentes insidias declinare, & præcauere futuras possint. Quarum rerum effectiones in brutis a natura, non ratione proficisci: vel inde patet, quod specierũ quarumuis animalia consimiliter hæc faciant, nec in tanta eorum

τεθὲν ζῶον, ἄνθρωπον ὠνόμασεν ἡ γραφή; ὁ ἄνθρωπος τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ πῦρ λέγεται. καὶ ἐπειδὴ προῄδει ὁ Θεὸς, ὅτι ἀπὸ ἑνὸς ἀνθρώπου ἀνθρωπίνων σωμάτων πληροῦται τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, εἷς λύχνος ἐξάπτει τοσαύτας λαμπάδας. διὰ τοῦτο τὸ τοιοῦτον ζῶον ἐκάλεσεν ἄνθρωπον, τουτέστι πῦρ. τῶν γὰρ ἄλλων στοιχείων ἕκαστον ὡς ἔστι, μένει. οἷον, ἐὰν λάβῃς βῶλον τῆς γῆς, ὡς ἔστι, μένει. ὕδωρ ἐὰν λάβῃς μέτρῳ τινὶ, τὸ αὐτὸ μένει ὕδωρ, καὶ προσθήκην οὐ λαμβάνει. ἀέρος ἐὰν πληρώσῃς ἀσκὸν, ἄλλον ἀσκὸν ἐξ ἐκείνου πληρῶσαι οὐ δύνασαι. τὸ δὲ πῦρ, ὡς ἔστιν, οὐ μένει, ἀλλ᾽ ὅσην ἐὰν λάβῃς ὕλην, πλεονάζει τὸ πῦρ. καὶ λύχνους δὲ πολλοὺς ἐὰν ἐξ ἑνὸς λύχνου ἅψῃς, οὐ καινοτομήσεις αὐτόν. B προσφόρως οὖν αὐτὸν ἐκάλεσεν ἄνθρωπον. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ τῷ τοῦ Ἀδὰμ ὀνόματι προσηγόρευσεν αὐτόν. ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλεν τὰ τέσσαρα κλίματα ἐξ αὐτοῦ πληροῦσθαι, τὸ τοιοῦτον * αὐτὸ προσεπιτίθησιν ὄνομα. καὶ ὅρα τὰ τοῦ τοιούτου ὀνόματος γράμματα. τὰ τέσσαρα γὰρ ὑπεμφαίνουσι κλίματα. ἄλφα, ἀνατολή. δέλτα, δύσις. ἄλφα, ἄρκτος. μ, μεσημβρία. καλῶς οὖν τὸ τοιοῦτον ζῶον καὶ Ἀδὰμ καὶ ἄνθρωπον προσηγόρευσεν. ἐξ αὐτοῦ γὰρ, ὡς προείρηται, τὰ τέσσαρα πεπλήρωται κλίματα.

* αὐτῷ

Λέγει γὰρ ἡ γραφή. καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. διατί δὲ μὴ εἰς ἄλλο κλίμα τὸν παράδεισον ἐφύτευσεν, ἀλλὰ κατ᾽ C ἀνατολάς, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῶν φωστήρων * τὸν δρόμον, ἐκεῖθεν καὶ ἡ διαγωγὴ τῶν ἀνθρώπων. προμηνύει ὁ Θεὸς τὸ μέλλον. κατὰ ἀνατολὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τίθησι τὸν ἄνθρωπον, ἵνα δείξῃ ὅτι ὥσπερ οὗτοι οἱ φωστῆρες ἀνατέλλουσι καὶ τρέχουσιν εἰς δύσιν, καὶ δύνουσιν, οὕτως καὶ τοῦτον δεῖ ἀπὸ τῆς ζωῆς εἰς θάνατον δραμεῖν καὶ δῦσαι κατὰ τὸν τύπον τῶν φωστήρων, καὶ ἄλλην ἀνατολὴν πάλιν λαβεῖν ἐξ ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν. ἔδραμεν ὁ Ἀδὰμ εἰς δύσιν, ἔδυσεν εἰς τάφον. ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐποίησεν ἀνατεῖλαι τὸν δύσαντα. διὰ τοῦτο λέγει ὁ προφήτης· ἀνατολὴ D ὄνομα αὐτῷ.

* τῶν δρόμων

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ παραδείσου ποταμὸς εἰς τέσσαρας ἀρχὰς μερίζεται, τουτέστι πηγὰς, ἀφ᾽ ὧν οἱ τέσσαρες ποταμοί. καὶ ἐὰν οἱ τέσσαρες οὗτοι ποταμοὶ ἐξ ἑνὸς ἔχουσι ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν, διατί μὴ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῶν ἕν; διατί μὴ καὶ ἡ ποιότης αὐτοῖς μία; μεταλαμβάνουσι τῆς γῆς καὶ τῆς ποιότητος τῶν τόπων δι᾽ ὧν παρέρχονται. καὶ διὰ τοῦτο παρηλλαγμένην ἔχουσι τήν τε γεῦσιν αὐτῶν καὶ ποιότητα. οὐ γὰρ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ μίαν μὲν ἔχει τὴν φύσιν καὶ τὴν ποιότητα. ἀλλ᾽ ἐὰν ἐμβληθῇ αὐτῷ ἀψίνθιον, ἄλλην ποιότητα ποιεῖ. ἐὰν ἄνηθον, ἄλλην· καὶ ἑτέραν αὖθις, ἐὰν πήγανον. διέρχεται δὲ τοὺς πο-

A compositum animal litteræ sacræ hominem appellant? Vocabulum quod hominem significat, ignem in Hebræa lingua denotat. Et quando norat iam ante Deus, vnum hominem corporibus humanis omnes orbis fines repleturum, vnamque lucernam tot lampadas accensuram: iccirco animal hoc appellauit hominem, id est, ignem. Nam elementa cætera sic manent, vt existunt. *Si aquam mensura quadam capias, manet eadem aqua, nec incrementum sumit. Si vtrem aere compleas, non potes ex eo vtrem alium replere. Verum ignis ita non manet, vt existit: sed quo materiei plus adquisiuerit, eo fit maior. Itidem si vna lucerna multas alias accenderis, iccirco ipsa non exB haurietur. Quapropter recte homini nomen hoc inditum est, sicut eadem ex caussa eumdem Adamum Deus appellauit. Nam quia terræ quatuor climata completurus erat, non abs re nomen hoc consequutus est. Eius mihi quæso litteras considera, quæ quatuor illa climata denotant. A significat anatolen, hoc est, ortum: D dysin, hoc est, occidentem: A rursus arctum, hoc est, vrsam ac septentrionem: M denique meridiem.*

Appellatus ab igne homo.

Cæterum sacris in litteris hæc verba sequuntur: Conseuit Deus paradisum in Edem, versus orientem. Cur non versus aliud clima paradisum conseuit potius, quam ad C orientem? Vnde initium cursus luminarium, ibi & domicilium esse hominum voluit. Ac præterea quod futurum erat significans, versus orientem in paradiso collocat hominem: vt ostenderet, itidem atque luminaria exoriuntur, & versus occidentem cursu delata occidunt, sic hominem quoque de vita peruenturum ad mortem, ac luminarium more occasurum, aliumque rursus ortum habiturum, videlicet mortuorum resurrectionem. Adamus ad occasum cursu delatus est, & in sepulcrum præcipitatus occidit. Venit Christus, & eum, qui occiderat, rursus exoriri fecit. Iccirco de ipso vates inquit: En homo, cui nomen D ortus.

Gen. 2, 8.

Hoc quoque sciendum est tibi, fluuium qui de paradiso promanat, quatuor in principia, id est, fontes diuidi, de quibus flumina quatuor oriuntur. Quod si quatuor hi amnes de vno fonte principium habent, cur non & aqua ipsorum vna est? cur non vna qualitas? Nimirum terræ locorumque qualitatis, per quæ fluunt, participes redduntur. quo fit vt tam gustu quam qualitate sint diuersi. Aquam ipsam mihi intuere. Habet hæc naturam eamdem, & eamdem qualitatem. Verum si absinthium in eam coniicias, alia qualitas in ea efficitur: item alia, si anethum: alia si rutam. Cæterum hos amnes Deus labi per

Zach. 6. 12. Ecce vir, Oriēs nomen eius.

ſubterraneos quoſdam meatus certo conſilio voluit, & aliis e principiis rurſum oriri atque conſpici, ne qui ripas horum ſequentes, paradiſum occupare conentur.

Cur Angelorum creationis expreſſa mentio non fiat. Inter alia vero, dilecte fili, te hoc quoque ſcio quæſiturum: quamobrem de cœlo, terra, reliquis omnibus ordine diſſerens Moſes, nuſquam Angelorum creationis mentionem feciſſe videatur. Heic animaduertas, eos, quibus hæc præſcribebat Moſes, parum confirmatos fuiſſe. Abſque quo fuiſſet, non tot prodigiis conſpectis, imaginem vituli Deum nuncupaſſent. Iam qui tanta facilitate iumentorum ſimulacra pro diis habere non dubitarunt, quid non feciſſent, ſi naturarum inadſpectabilium cognitionem habuiſſent? Itaque Moſe prorſus de his tacente, poſt magnum deinceps temporis interuallum vates Dauides eorum creationis meminit, quamquam perfunctorie, propter auditorum imbecillitatem. *Pſalm. 148. 5.* Sic enim ait: Ipſe dixit, & facti ſunt: ipſe mandauit, & creati ſunt. Interpres autem rerum diuinarum, eximius ille Dionyſius, *Dionyſius.* de hiſce naturis inadſpectabilibus latius diſſerit, vt qui eos erudiat, qui huiuſmodi capere poſſent. Iccirco ſtatum, ordinem, cognitionem, colluſtrationem earum, itemque diſcrimen inter ipſas, cum operatione ſingularum, admirabili complexus eſt oratione, noſque prorſus hæc ignorantes docuit.

A ταμοὺς διά τινων ὑπονόμων τόπων ᾠκονόμησεν ὁ Θεός, καὶ ἐξ ἑτέρων ἀρχῶν αὖθις ἀναφαίνεσθαι· ἵνα μὴ ταῖς ὄχθαις αὐτῶν ἀκολουθοῦντές τινες, αὐτὸν ἐπιχειρῶσι καταλαβεῖν τὸν παράδεισον.

Οἶδα δὲ ἀγαπητέ, ὅτι καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ζητεῖς, τί δή ποτε περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάντων ἐφεξῆς διεξιὼν Μωσῆς, τῆς τῶν Ἀγγέλων δημιουργίας οὐδαμοῦ μεμνημένος φαίνεται. Γίνωσκε οὖν, ὅτι οὐδὲν στερεὸν οὐδὲ βέβαιον εἶχον οἱ νομοθετούμενοι. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖνοι καὶ τοσαῦτα θεασάμενοι θαύματα τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου θεὸν ἀνηγόρευσαν. οἱ δὲ ῥαδίως οὕτω τὰ τῶν κτηνῶν ἰνδάλματα θεοποιήσαντες, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν, B εἰ τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν γνῶσιν ἐδέξαντο; τοῦ Μωσέως λοιπὸν τὰ περὶ τούτων πάντη σιωπήσαντος; ὁ προφήτης Δαβὶδ μετὰ χρόνους ὕστερον ἱκανοὺς μνήμην ποιεῖται τῆς δημιουργίας αὐτῶν. εἰ καὶ παροδευτικῶς διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν, καί φησιν· αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν. αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· ὁ δέ γε θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος πλατύτερον περὶ τῶν ἀοράτων διέξεισι φύσεων, ἅτε πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος, τοὺς τοιαῦτα δεδυνημένους χωρεῖν. τήν τε γὰρ στάσιν αὐτῶν, τὴν τάξιν, τὴν γνῶσιν, τὸν φωτισμόν, τὴν πρὸς ἀλλήλας διαφορὰν, καὶ τὴν ἑκάστῃ προσοῦσαν ἐνέργειαν θαυμασίως διείληφεν, C ὁ τοὺς ἀγνοοῦντας ἐδίδαξεν.

DE NOVEM ORDINIBVS.

DEBES autem ſcire, cœleſtium deſcriptionum graduum nouem eſſe ordines, nimirum Cherubos, Seraphos, Thronos, Dominatus, Poteſtates, Imperia, Principatus, Archangelos, Angelos. Num vero alii præter hos ſint in cœlis ordines, quos in altera vita cognituri ſimus, beatus ille Paulus nouit, qui ait: *Epheſ. 1. 21.* Conſedit Chriſtus ſupra omnem principatum, imperium, poteſtatem, omneque nomen, quod verbis exprimitur, non ſolum in hoc æuo, ſed etiam futuro. Cæterum indicatos hoſce nouem ordines Dionyſius *Dionyſius.* in tres deſcriptiones graduſque diſtribuit, quorum primo contineantur Seraphi, Cherubi, Throni, qui quidem citra medium vllum & continuo adſiſtant Deo: ſecundo Dominatus, Poteſtates, Imperia: tertio & vltimo Principatus, Archangeli, Angeli. Horum vltimus ordo, quemadmodum & prius dictum eſt, peculiare nomen Angelorum habet, vt qui rerum diuinarum interpretationes nobis exponant, & ad nos perferant. Quamquam hæc eadem Angelorum appellatio cunctis etiam naturis intellectilibus tri-

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΓΕΛΙΚΩΝ ταγμάτων.

ΕΤΙ δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰδέναι σε βούλομαι, ὅτι τὰ τῶν ἄνω διακοσμήσεων τάγματα ἐννέα τυγχάνει τὸν ἀριθμόν, ἃ καί εἰσι ταῦτα. Χερουβὶμ, Σεραφὶμ, Θρόνοι, κυριότητες, δυνάμεις, Ἐξουσίαι, Ἀρχαὶ, Ἀρχάγγελοι, Ἄγγελοι· εἰ δὲ καὶ ἕτερα τάγματα ἐν οὐρανοῖς ἐστιν, περὶ ὧν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι καὶ ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν μέλλομεν, ὁ μακάριος οἶδε Παῦλος οὕτως εἰπών· ἐκάθισεν ὁ D Χριστὸς ἐπάνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου μὴ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. τὰ μέντοι διαληφθέντα ἐννέα τάγματα εἰς τρεῖς ἀφορίζει διακοσμήσεις ὁ θεῖος Διονύσιος. καὶ πρώτην μὲν εἶναί φησι, τὰ Σεραφὶμ, τὰ Χερουβὶμ, καὶ τοὺς Θρόνους, ἀμέσως καὶ προσεχῶς περιϊστάμενα τῷ Θεῷ. δευτέραν δὲ τὴν τῶν Κυριοτήτων καὶ τῶν Δυνάμεων καὶ τῶν Ἐξουσιῶν. τρίτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν τῶν Ἀρχῶν καὶ Ἀρχαγγέλων καὶ Ἀγγέλων. τὸ μέντοι ἐν αὐτοῖς ὕστατον τάγμα, ὡς προείρηται, ἰδίως Ἄγγελοι καλεῖται, ὡς τὰς θείας ἐκφαντορίας ἀγγέλλον τε καὶ διαβιβάζον πρὸς ἡμᾶς. τῆς τοιαύτης δὲ Ἀγγελικῆς ἐπωνυ-

μίας καὶ πᾶσαι αἱ νοεραὶ φύσεις ἠξίωνται), διὰ δὲ τὸ προσεχῶς αὐταῖς ἐγγίνεσθαι τὴν θεαρχικὴν ἔλλαμψιν, καὶ οὕτω δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς διαπορθμεύεσθαι τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκφαντορείας· καὶ ὁ νόμος γὰρ αὐτὸς δι' Ἀγγέλων ἡμῖν ἐδωρήθη· καὶ τοὺς κλεινοὺς καὶ πρὸ νόμου καὶ μετὰ νόμον πατέρας Ἄγγελοι πρὸς τὸ θεῖον ἀνῆγον. καὶ γὰρ διὰ τῶν πρώτων τὰ δεύτερα πρὸς τὸ θεῖον ἀνάγονται).

Οὐ μόνον δὲ αἱ περὶ ἡμᾶς νοεραὶ φύσεις εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ὁμοταγέσιν ἱεραρχίαις πρῶται καὶ μέσαι καὶ τελευταῖαι τάξεις εἰσί, καὶ τῶν ἡττόνων οἱ θειότεροι χειραγωγοὶ ἐπὶ τὴν θείαν προσαγωγὴν καὶ ἔλλαμψιν γίνονται. καὶ τὰ μὲν ἁγιώτατα τῶν ὑπερτάτων οὐσιῶν τάγματα καὶ Ἀγγέλους καλοῦσιν οἱ θεολόγοι, ὡς εἴρηται. (καὶ γὰρ εἰσὶν ἐκφαντορικὰ καὶ αὐτὰ τῆς θεαρχικῆς ἐλλάμψεως) τὴν δὲ τελευταίαν τάξιν τῶν οὐρανίων νοῶν, τουτέστι τοὺς Ἀγγέλους, οὐκ ἔχει λόγον Χερουβὶμ ἢ Σεραφὶμ ἢ Θρόνους ὀνομάζειν. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐν μετουσίᾳ τῶν ὑπερτάτων δυνάμεων. πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ δυνάμεις καλοῦσι τὰς νοερὰς πάσας φύσεις, ὡς τῶν σωματικῶν παθῶν ἐλευθέρας, κἀντεῦθεν πληροῦν τὰ κελευόμενα δυναμένας. δυνατοὶ γὰρ, φησὶν, ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶσαν ἱερὰν διακόσμησιν αἱ μὲν ὑπερβεβηκυῖαι τάξεις ἔχουσι καὶ τὰς τῶν ὑφειμένων διακοσμήσεων ἐλλάμψεις καὶ δυνάμεις. ἀμέτοχοι δὲ τῶν αὐτὰς ὑπερκειμένων αἱ τελευταῖαί εἰσιν.

Ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο εἰδέναι σε, ὅτι πᾶσα ἡ τῶν ἐπουρανίων νοῶν ἐπωνυμία δήλωσιν ἔχει τῆς ἑκάστου θεοειδοῦς ἰδιότητος, Ἑβραϊκῇ φωνῇ. καθὰ δὴ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν ἐν τῷ περὶ ἀκαταλήπτου τρίτῳ λόγῳ αὐτοῦ. τὸ μὲν αὐτῶν Χερουβὶμ, τὸ δὲ Σεραφὶμ, καλούμενα τὰ τοιαῦτα. καὶ γὰρ ὀνόματα τὰς ἐνεργείας αὐτῶν ὑπεμφαίνουσι. καὶ καθάπερ Ἄγγελος λέγεται, διότι τὰς θείας ἐκφαντορείας ἀναγγέλλει ἡμῖν. καὶ Ἀρχάγγελος, ἐπεὶ τῶν Ἀγγέλων ἄρχει. οὕτως αἱ τοιαῦται προσηγορίαι τὴν σοφίαν αὐτῶν καὶ καθαρότητα δηλοῦσιν ἡμῖν. καὶ ὥσπερ αἱ πτέρυγες τὸ ὕψος δηλοῦσι τῆς φύσεως. (καὶ γὰρ ὁ Γαβριὴλ πετόμενος φαίνεται, οὐκ ἐπεὶ πτερὰ περὶ τὸν Ἄγγελον, ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐκ τῶν ἀνωτάτων χωρίων ἐπὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀφῖκται φύσιν) οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ τὰ πτερὰ, ἢ τὸ ὕψος τῆς φύσεως. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ διορατικὸν αὐτῶν. ὡσαύτως τὸ διὰ παντὸς ἀνυμνεῖν, τὸ ἄγρυπνον αὐτῶν ὑπεμφαίνει, καὶ γρήγορον. οὕτω δὴ καὶ τὰ ὀνόματα, τῶν μὲν τὴν σοφίαν αὐτῶν δηλοῖ. τῶν δὲ, τὴν καθαρότητα. τί γάρ ἐστι Χερουβὶμ ἢ πεπληθυσ-

A buitur, quod ipſæ primo loco diuinitus colluſtrentur, atque ita deinceps per ipſas ad nos quoque rerum diuinarum arcana perueniant. Quippe lex ipſa per Angelos nobis data eſt: itemque patres illos illuſtres tam ante, quam poſt legem promulgatam, Angeli diuinum ad numen ſubuehebant. Nam per prima ſurſum ducuntur ea, quæ ordine ſecunda ſunt.

Neque tantum ſupra nos ſunt intellectiles illæ naturæ, ſed etiam in ipſis illis cæteroquin eodem ordine comprehenſis ſacris principatibus primi quidam gradus ſunt, & medii, & vltimi: ſimul inferiorum duces ſunt alii diuiniores, ad percipiendum rerum diuinarum ſplendorem. Et quamuis B ſanctiſſimos illos ſupremarum eſſentiarum ordines generali vocabulo Angelos appellant rerum diuinarum periti, ſicut indicatum eſt modo: (nam & ipſi ſplendoris a Deo profecti ſunt interpretes) tamen ordinem vltimum ex cœleſtibus illis mentibus, nimirum Angelos, abſurdum fuerit vocare Cherubos, aut Seraphos, aut Thronos. Nec enim ex æquo participant cum poteſtatibus illis ſupremis. Præterea naturas has intellectiles in vniuerſum vocari videmus poteſtates, vt quæ ſint ab adfectionibus corporeis immunes, & propterea perficere ſibi mandata poſſint. Præſtant (inquit Dauides) robore, ac *Pſalm.102.20.* imperium eius exſequuntur. Præter hæc in C ſingulis hiſce ſacris gradibus ordines ſuperiores habent inferiorum colluſtrationes atque poteſtates, quum poſteriores ſuperiorum præſtantiæ non ſint participes.

Hoc quoque neceſſario ſciendum eſt tibi, omnem mentium illarum cœleſtium appellationem in Hebræa lingua ſignificationem habere diuinæ cuiuſdam ſingularum proprietatis, id quod etiam Ioannes Chryſoſtomus indicat in oratione ſua tertia de in- *Chryſoſtomus.* comprehenſili. Quo fit, vt partim Cherubi, partim Seraphi vocentur. Nam eiuſmodi nomina declarant earum effectiones. Ac quemadmodum Angelus inde nomen accepit, quod arcana illa rerum diuinarum nobis nuntiet, itemque Archangelus, quod D Angelis cum imperio præſit: ſic & appellationes iſtæ ſapientiam ipſarum, puritatemque nobis indicant. Sicut etiam alæ ſublimitatem in eis naturæ ſignificant, (nam volare Gabrielus non iccirco perhibetur, quod Angelus iſte pennas habeat: ſed vti diſcas, eum de locis ſupremis ad homines venire) ita comparata res eſt in Cherubis quoque ac Seraphis. Nihil enim ipſorum alæ denotant aliud, quam naturæ ſublimitatem: perinde vt oculi perſpicacitatem declarant, celebratio perpetua vigilantiam ſummam. Hoc modo appellationes eorum partim ſapientiæ, partim puritatis indicationes habent. Nam quid aliud ſonat Cheruborum no-

men, quam cognitio multiplicata? quid Seraphorum, quam ora ignea? Thronorum vox nihil significat aliud, quam eorum excellentiam, secretam ab omnibus rebus humilibus, itemque promptitudinem ad obeunda diuina ministeria. Et primus quidem hic gradus ab ipso naturarum omnium auctore principeque Deo citra medium vllum instituitur. Dominatuū appellatio denotat minime seruilem quamdam, planeque ingenuam subiectionem, quæ indesinenter dominio vere principi parere cupiat. Vox potestatum significat virilem quamdā efficacitatem, eamque firmam, in omnibus diuinis actionibus: Imperiorum, conuenientem ac confusionis expertem in officiis diuinis ordinem. Et hæc media cœlestium illarum mentium est descriptio, quæ perficitur & illuminatur per ordinem primum, ipsaque vicissim suas illustrationes cum sequente communicat. In hac Principatuū vox indicat esse ipsos Deo similes ac principatum obtinere, quodque ad principatum illum principem pro viribus conformentur: Archangelorum, eos summa consectari, vt qui communicent tam cum principatibus, quam cum Angelis: cum principatibus, quod ad vltranaturalem illum principatum sese conuertant: cum Angelis, quod nihilominus ordine discipulorum quoque contineantur, vti qui diuinas illustrationes a primis illis potestatibus accipiant, & vicissim Angelis exponant. Angelorum denique vocabulum significationem ministerii continet, quo res diuinas enuntiant.

De hac indicatione nostra perspicuum est, primos ordines citra medium quoddam a Deo suas illustrationes consequi: deinde a primis, secundos: a secundis, tertios. Cæterum esse quædam apud cœlestes illas potestates discrimina, quodque illa ipsa maxime consistant in ipsorum statu, ordine, & cognitione: diuinus etiam vir Cyrillus in libro Thesaurorum suo docet, ac hisce quidem verbis: Omnis natura particeps rationis, etiam cognitionis modum mensuramque certam habet, ita vt credi par sit, aliam in Angelis esse, aliamque maiorem in Archangelis, quam ipsam quoque superet ea, quæ sublimioribus in potestatibus existit. Eadem de re Ioannes Damascenus ita disserit: Potestates illæ supernæ tam illuminatione, quam ordine statuque differunt: siue adeo pro illuminationis ratione status ipsarum quoque comparatus est, siue pro ratione status illuminationis participes fiunt, & alii alios illuminant, propter excellentiam vel ordinis, vel naturæ. Id quidem perspicuum est, quod superius etiam est indicatum, excellentiores cum inferioribus tam illuminationem, quam cognitionem suam cōmunicare. Præter hæc tradit idem,

Cyrilli thesaurorum liber.

Damascenus.

A μένη γνῶσις; τί δὲ Σεραφὶμ, ἢ ἔμπυρα στόματα; ἡ δὲ τῶν Θρόνων κλῆσις οὐδὲν ἄλλο, ἢ τὸ ἀπὸ πάντων τῶν περιπεζίων ἐξῃρημένον αὐτῶν ὑπεμφαίνει, καὶ τὸ περὶ τὰς θείας ὑποδοχὰς ἀναπεπταμένον καὶ ἕτοιμον. ἔστι μὲν οὖν ὁ πρῶτος διάκοσμος περὶ αὐτῆς τῆς οὐσιοποιοῦ θεαρχίας ἀμέσως μυούμενος. ἡ δὲ τῶν Κυριοτήτων ἐπωνυμία δηλοῖ ἀδούλωτόν τινα καὶ πάντη ἐλευθέραν ἀναγωγὴν τῆς ὄντως κυριαρχίας ἀκαταλήκτως ἐφιεμένην. ἡ δὲ τῶν Δυνάμεων, ἀῤῥενωπόν τινα καὶ ἀκατάσειστον πρὸς πάσας τὰς θεοειδεῖς ἐνεργείας παρίστησιν. ἡ δὲ τῶν Εξουσιῶν εὔκοσμόν τινα καὶ ἀσύμφυρτον περὶ τὰς θείας ὑποδοχὰς εὐταξίαν. B αὕτη μὲν οὖν ἡ μέση τῶν οὐρανίων νοῶν διακόσμησις τελεσιουργεῖται μὲν καὶ φωτίζεται διὰ τῆς πρώτης ἱεραρχικῆς διακοσμήσεως. διαπορθμεύει δὲ τῇ μετ' αὐτὴν τὰς ἐλλάμψεις. ἡ δέ γε τῶν Αρχῶν ἐπωνυμία τὸ θεοειδὲς αὐτῶν ἐμφαίνει καὶ ἡγεμονικὸν, καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀρχοποιὸν ἀρχὴν ὡς δυνατὸν ἀποτυποῦσθαι, ἡ δὲ τῶν Αρχαγγέλων ἐπωνυμία, τῶν ἄκρων ἀντιλαμβάνεσθαι δηλοῖ. ταῖς γὰρ Αρχαῖς καὶ τοῖς Αγγέλοις κοινωνεῖ. ταῖς μὲν, ὅτι πρὸς τὴν ὑπερούσιον ἀρχὴν ἀρχικῶς ἐπέστραπται· τοῖς δὲ, ὅτι καὶ τῆς C ὑποφητικῆς ἐστι τάξεως τὰς θεαρχικὰς ἐλλάμψεις διὰ τῶν πρώτων ὑποφαινομένη δυνάμεων, καὶ τοῖς Αγγέλοις αὐτὰς ὑπαγγέλλουσα. ἡ δὲ τῶν Αγγέλων ἐπωνυμία τὴν ἐκφαντορικὴν αὐτῶν λειτουργίαν παρίστησιν.

Εδειξεν οὖν ὁ λόγος, ὡς αἱ πρῶται μὲν τάξεις ἀμέσως ἐκ Θεοῦ τὰς ἐλλάμψεις δέχονται. παρὰ δὲ τῶν πρώτων αἱ δεύτεραι. καὶ καθεξῆς αἱ λοιπαί· τουτέστι παρὰ τῶν δευτέρων αἱ τρίται. ὅτι δὲ διαφορά τίς ἐστι παρὰ ταῖς ἄνω δυνάμεσι, καὶ ὅτι κατά γε τὴν στάσιν καὶ τάξιν αὐτῶν καὶ τὴν γνῶσιν ἔχουσι, καὶ ὁ θειότατος ὑπέδειξε Κύριλλος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν θησαυρῶν οὕτως εἰπών. παντὶ λο- D γικῷ συμμεμέτρηται ἡ γνῶσις· ὡς ἑτέραν μὲν εἶναι πιστεύειν ἐν Αγγέλοις, μείζονα δὲ ἐν Αρχαγγέλοις, καὶ ἔτι ταύτας ὑπερέχουσαν ἐν ταῖς ἀνωτέρω δυνάμεσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ιωάννης περὶ τούτων οὕτως φησί· διαφέρονται δὲ ἀλλήλων αἱ ἄνω δυνάμεις τῷ φωτισμῷ καὶ τῇ στάσει, εἴ τε πρὸς τὸν φωτισμὸν τὴν στάσιν ἔχοντες, εἴτε πρὸς τὴν στάσιν τοῦ φωτισμοῦ μετέχοντες, καὶ ἀλλήλοις φωτίζοντες διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς τάξεως ἢ φύσεως. δῆλον δὲ ὡς καὶ ἄνωθεν εἴρηται, ὅτι οἱ ὑπερέχοντες τοῖς ὑποβεβηκόσι μεταδιδόασι τοῦ τε φωτισμοῦ καὶ γνώσεως. πρὸς τοῖς εἰρημένοις δὲ καὶ τοῦτό φησιν,

ὅτι τε φυλάττουσι μέρη τῆς γῆς αἱ ἄνω δυνάμεις, καὶ ἐθνῶν καὶ τόπων προΐστανται, καθὼς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἐτάχθησαν.

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὁ ἐν Πατριάρχαις ἁγιώτατος Γερμανὸς ἀριδηλότερον τοῦτο παρίστησιν. ἐν γὰρ τῷ εἰς τὴν κοίμησιν τῆς Θεομήτορος λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου φησίν. ἅμα τῷ συστῆναι τὰ τῶν ἀνθρώπων γένη, Ἄγγελοι τῆς τούτων ζωῆς ἐπιτροπεύειν ἐτάχθησαν. ἔστησε γάρ, φησίν, ὅρια ἐθνῶν, κατὰ ἀριθμὸν Ἀγγέλων Θεοῦ. καί, παρεμβαλεῖ Ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν. ἡνίκα δὲ εἰς εἰδωλολατρείαν οἱ ἄνθρωποι ἐξέκλιναν, διέστησαν ἀπ' αὐτῶν καὶ οἱ Ἄγγελοι. καθ' ὃν δὲ λοιπὸν ἔτικτε καιρὸν ἡ παναμώμος, ἡνώθησαν τὰ ἐν οὐρανῷ τοῖς ἐπὶ γῆς· καὶ σύμφωνον πολίτευμα γέγονεν Ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, καὶ μία δοξολογία. τοιοῦτον δέ τι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης περὶ τῶν Ἀγγέλων διέξεισι. φησὶ τε γὰρ ὅτι ὁ προφήτης Δανιὴλ μέγα τι χρῆμα λέγει τοὺς Ἀγγέλους εἶναι. προστάγματι δὲ Θεοῦ πᾶσαν τὴν κτίσιν διαλαχεῖν, καὶ τῶν ἐθνῶν ἐπιστατεῖν, καὶ τούτων, τὸν μὲν τοὺς Πέρσας ἐφορᾶν· τὸν δὲ Ἀρχάγγελον Μιχαὴλ τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν φρουρεῖν. συστῆναι δὲ τοῖς *ἐμφόροις ἄμφω διαπληκτισμόν, οὐ κατὰ πάθος ὀργῆς, ἀλλὰ κατὰ θεῖόν τινα τε ἀπόρρητον λόγον. τοῦ μέν, δουλεύειν Ἰουδαίους Πέρσαις ἀναγκάζοντος, ὡς τοῦ Θεοῦ δῆθεν καταφρονητάς· τοῦ δὲ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀνθέλκοντος τε λέγοντος· παῦσαι Περσῶν προστάτα· ὁ γὰρ Θεὸς ἔπληξε μὲν ἁμαρτάνοντας, ἐπιστρεφομένους δὲ οὐκ ἀποστρέφεται).

*ἐφόροις

Ὅτι δὲ θεῖος Ἄγγελος ἑνὶ ἑκάστῳ προσεδρεύει τῶν πιστῶν φυλακῆς ἕνεκεν, διείληπται μὲν καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι· ὡς τὰς μελίσσας φυγαδεύει καπνός, καὶ τὰς περιστερὰς ἐξελαύνει δυσωδία, οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν Ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφ' ἡμῶν διΐστησιν ἁμαρτία. οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καὶ αὐτῷ τῷ Θεοδωρήτῳ δεδήλωται. ἐν γὰρ τῇ θεραπευτικῇ αὐτοῦ τάδε φησίν. ἐπαρθεὶς ὁ διάβολος λέγεται πεπτωκέναι. εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων λυττῆσαι, καὶ τὸν κατὰ τούτων ἀναδέξασθαι πόλεμον. ἐντεῦθέν τοι καὶ τὸν ποιητὴν τῇ τῶν Ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων φρουρῆσαι γένος, ὅπως μὴ βίᾳ τυραννίδι χρώμενος, ἀοράτως ἐπιών, οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν, ἀδεῶς διαφθείρῃ. ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τῶν πιστῶν ἕκαστος Ἄγγελον φύλακα κέκτηται, καὶ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ διείληπται. λέγει γάρ. ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. οἱ γὰρ Ἄγγελοι αὐτῶν διηνεκῶς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου

A potestates haſce cœleſtes attributas ſibi terræ partes cuſtodire, certiſque ſingulas tum nationibus, tum locis cum imperio poteſtateque ſic præeſſe, quemadmodum ipſis ab opifice rerum præſcriptum ſit.

Quæ quidem ita ſe habere, ſanctiſſimus ille Patriarcha Germanus illuſtrius declarat. Etenim in oratione de obdormitione Dei genitricis hæc verba ipſius exſtant. Quum genus humanum conditum eſſet, Angeli diuinitus conſtituti ſunt, qui vitæ ipſorum tutores eſſent atque præſides. Sic enim perſcriptum ſacris in litteris legimus: Nationum limites pro Angelorum Dei numero ſtatuit. Item, Angelus Domini circum timentes eum caſtra munit. Inde hominibus ad deaſtrorum cultus exorbitantibus, Angeli quoque ab eis receſſerunt. Verum quo B deinceps tempore virgo puriſſima peperit, cœleſtia rurſum cum terrenis vnita ſunt, Angelique cum hominibus verſari, ac Deum celebrare conſentientibus animis cœperunt. Conſimile de Angelis quiddam Chryſoſtomus quoque commemorat. Vates, inquit, Danielus Angelos eximium quiddam eſſe tradit, Deique iuſſu creaturam vniuerſam in eos diſtributam, qui nationum quoque ſint præſides. Alium in Perſas defixos oculos habere, Michaelũ Archangelum pro populo circumciſo excubias agere. Quinetiam inter vtriuſque nationis præſides hoſce contentionem * ex iracundia quamdam ob- C oriri, modo ſcilicet rationeque diuina & ineffabili: dum ille quidem Iudæos Perſis ſeruire cogit, vt Dei contemptores: hic vero ex alia parte in libertatẽ vindicat, ac hiſce verbis vtitur: Define Perſarum præſes. Nam peccantes quidem hos multauit adflixitque Deus, verum ad ſe conuerſos non auerſatur.

Iam ſingulis etiam fidelium adeſſe cuſtodiæ cauſſa diuinum Angelum, magnus ille Baſilius inter alios tradidit. Quemadmodum, inquit, apes abigit fumus, & columbas depellit fœtor: ſic & vitæ noſtræ cuſtodem Angelum multis deplorandum lacrymis fœtenſque peccatum a nobis ſeiungit. Idem & Theodoritus indicat. Nam in D Therapeutica ſua verbis hiſce vtitur: Elatus ſuperbia diabolus lapſus eſſe fertur, ac deinceps aduerſus homines exornatos imagine diuina furore quodam exarſiſſe, bellumque aduerſus ipſos ſuſcepiſſe. Hac de cauſſa rerum opificem per Angelorum inſpectionem atque tutelam genus humanum cuſtodire, ne per vim ac tyrannidem inadſpectabiliter eos aggreſſus, quos odit ex inuidia, citra cuiuſquã metum ac libere perdat. Quæ quidẽ ita eſſe, ac fideles ſingulos habere cuſtodem Angelum, etiam in Euangelio Matthæi verbis his exponitur: Videte ne vel vnum ex paruis hiſce contemnatis. Nam Angeli eorum ſemper faciem patris mei, qui

Germanus patriarcha Byzantinus.

Pſalm. 38. 8.

Chryſoſtomi locus.

* omiſit negationem interpres huic loco neceſſariam. *Vide Notas.*

Dan. 10.

Baſilius de ſingulorum Angelis.

Theodoriti Theurapetice.

Matth. 18. 10.

in cœlis est, adspiciunt. Ac de his quidem hæc indicata sunto.

Theodoriti & Gennadii peculiaris opinio.

Præterea quæsitum a nonnullis est, num hæ potestates intellectiles ante cœli terræque creationem conditæ fuerint, an postquam illa iam facta erant. Ac Theodoritus quidem cum Gennadio mundum hunc sub oculos cadentem productum esse in ortum ante naturas illas inadspectabiles adserit. Nam quia certis circumscripti limitibus sunt Angeli, conueniebat omnino, vt locus aliquis existeret, quo continerentur. Verum reliqui Patres hoc nequaquam admittere videntur.

Alia Basilii.

Quid magnus ille Basilius in libro suo de primorum sex dierum operibus dicat, audi. Erat antiquior mundi ortu conditio quædam & status, vltramundanis illis potestatibus conueniens. In eo rerum opifex quædam condidit, nimirum lucem illam intellectilem, beatitati Angelorum Dominum diligentium conuenientem.

Nazianzeni.

Audi etiam, quid Gregorius ille cognomento Theologus dicat. Primum Deus angelicas diuinasque potestates mente concipit. Ea cogitatio mox opus ipsum erat,* Sermone completum, ac Spiritu perfectum. Secundo, mundum e materie crassa constantem & adspectabilem cogitat.

** verbo*

Cæsarii.

Huic consimilia tradit & frater eius Cæsarius. Omnes, inquit, carnis expertes illi cœtus Angelorum prius etiam, quam mundus hic oriretur, in luce degebant.

Anastasii.

Itidem Anastasius Sinaites, vir plane diuinus, de his disserit: Deus ille noster, ait, qui semper existit, ante omnia creata cogitat & condit angelicas cœlestesque potestates, quemadmodum ipse solus nouit.

Seueri, Diodori, & Amphilochii.

Præter hos & Seuerus, & Diodorus, & magnus ille Amphilochius inadspectabilium naturarum creationem mundum hunc sub oculos cadentem atque sensilem præcessisse tradunt.

Damascent.

Ioannis Damasceni hæc verba sunt: Alii quidem post cœlum illud primum inadspectabiles potestates conditas esse dicunt: verum ego Gregorio, cui Theologi cognomentum est inditum, adsentior. Etenim conueniebat atque par erat, primo intellectilem essentiam creari, ac deinde sensilem: deque his ambobus, hominem. Itaque supernas illas potestates initio Deus in ortum producit. hinc cœlum, terram, mare, cuncta his comprehensa condit. ad extremum manibus suis hominem format, quum puluerem de terra sumpsisset, ac faciem eius adflasset, quemadmodum supra commemorauimus.

Gen. 1. 26.

Faciamus, inquit, hominem ad imaginem similitudinemque nostram, qui marinis piscibus, volucribus aereis, bestiis terræ dominetur. Enimuero cur his in verbis primo piscium facta est mentio? Dominetur, ait, marinis piscibus. Nimirum hoc ordini creationis est consentaneum. Nam primo pisces e mari sunt orti, deinde

A τοῖς ἐν οὐρανοῖς. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο παρά τισιν ἠπόρηται, εἴτε πρὸ τῆς παραγωγῆς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, εἴτε μετὰ τὴν δημιουργίαν αὐτῶν, αἱ νοεραὶ δυνάμεις παρήχθησαν. Ὁ μὲν οὖν Θεοδώρητος, ναὶ μὴν καὶ ὁ Γεννάδιος, περὶ τῶν ἀοράτων φύσεων διϊσχυρίζονται τὸν ὁρατὸν τουτονὶ κόσμον παραχθῆναι. ἐπειδὴ γὰρ περιγραπτοί εἰσιν οἱ Ἄγγελοι, ἔπρεπε πάντως καὶ τόπον εἶναί τινα, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐν αὐτῷ περιγράφεσθαι. ἀλλ' ὁ λοιπὸς τῶν πατέρων κατάλογος οὐ μενοῦν αὐτὸ καταδεχόμενος φαίνεται· καὶ τίνα καὶ ταῦτα τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐν τῇ ἑξαημέρῳ αὐτοῦ λέγοντος B ἄκουε. Ἦν τις πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατάστασις, ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι πρέπουσα. δημιουργήματα δὲ ἐν αὐτῇ ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἀπετέλεσε, φῶς νοητόν, πρέπον τῇ μακαριότητι τῶν φιλούντων Ἀγγέλων τὸν κύριον. ἀλλὰ καὶ τοῦ θεολόγου Γρηγορίου λέγοντος οὕτως ἄκουε. καὶ πρῶτον μέν, ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς οὐρανίους δυνάμεις, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ πνεύματι τελειούμενον. δεύτερον δὲ ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον. ὅμοια δὲ τούτῳ διέξεισι καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Καισάριος· πᾶσαι, λέγων, ἐν φωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χο- C ρεῖαι, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον. καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης περὶ τούτων οὕτω φησί· Θεὸς ἡμῶν ὁ ἀεὶ ὢν πρὸ πάσης κτίσεως ἐννοεῖ καὶ ποιεῖ τὰς ἀγγελικὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, ὡς μόνος αὐτὸς οἶδεν. ἀλλὰ καὶ ὁ Σευῆρος, καὶ μὴν καὶ ὁ Διόδωρος, αὐτός τε ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος πρεσβυτέραν ἀποδείκνυσι τοῦ ὁρωμένου τούτου κόσμου καὶ αἰσθητοῦ τὴν τῶν ἀοράτων φύσεων δημιουργίαν. Ὁ δὲ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης περὶ τούτου καὶ τάδε φησίν· ἕτεροι μὲν οὖν μετὰ τὸν πρῶτον οὐρανὸν τὰς ἀοράτους φασὶ παραχθῆναι δυνάμεις. ἐγὼ δὲ τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ συντίθεμαι. ἔπρεπε γὰρ πρῶτον τὴν νοερὰν D οὐσίαν κτισθῆναι, καὶ τότε τὴν αἰσθητήν, καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τὸν ἄνθρωπον. παράγει μὲν ὁ Θεὸς τὰς δύο δυνάμεις, ὡς εἴρηται, πρότερον· ἔπειτα δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. τέλος πάντων ταῖς οἰκείαις χερσὶ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐμφυσήσας αὐτῷ, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς γῆς. διατί πρῶτον ἐνταῦθα τῶν ἰχθύων ἐμνημόνευσε, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων, εἰπών, κατὰ τὴν τάξιν τῆς δημιουργίας; πρῶτον γὰρ οἱ ἰχθύες ἐκ τῆς θαλάσσης ἐγένοντο. Εἶτα τὰ

πετεινά

πετεινά· μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ τῆς γῆς τὰ τετράποδα.

Καὶ τοῦτο δὲ ζητοῦσιν, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδάμ. ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν ὑποταγὴν αὐτῶν ἐπιγνωσθῆναι, καὶ γὰρ ὡς δοῦλα παρίσταντο ἅπαντα, καὶ τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ Θεοῦ σοφίαν τοῦ Ἀδὰμ δήλην γενέσθαι πᾶσι. ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ὄνομα ἔθετο τῇ αὐτοῦ φύσει κατάλληλον. ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. τουτέστι, δώσωμεν αὐτῷ λόγον περιουσίας, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. καὶ τὸ μὲν κατ' εἰκόνα ἐκ Θεοῦ ἔλαβον, ἤγουν τὸ λογικὸν εἶναι. τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν, ἐμοὶ κατέλιπεν. εἰ γὰρ ἐκεῖθεν καὶ τοῦτο ἔλαβον, ποία χάρις ἐμοί; ἔχω τοίνυν τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἡνίκα χρηστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ γίνομαι. τούτοις οὖν ἀκολούθως, καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησίν. Ὅτι καθ' ὁμοίωσιν ἐποίησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὥστε ὁμοιοῦσθαι αὐτῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ. ἡ ἀρετὴ γὰρ ἐκ Θεοῦ μὲν ἐδόθη τῇ φύσει ἡμῶν. ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστιν, ἢ ἐμμεῖναι αὐτῇ, ἢ καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ Θεῷ, ἢ ἀποφοιτῆσαι αὐτῆς, καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ διαβόλῳ. Ὁ δὲ χρυσοῤῥήμων Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὴν ἑξαήμερον κα'. ὁμιλίᾳ αὐτοῦ καὶ τάδε φησίν· ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. τουτέστιν ἀπὸ πάντων δέδωκεν τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ. ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἔχει, τῶν τε ὁρατῶν τῶν τε ἀοράτων δημιουργὸς ἁπάντων τυγχάνων. οὕτω καὶ τὸ ζῶον τοῦτο τὸ λογικὸν δημιουργήσας, ἐβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο, βουληθεὶς αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἶναι εἰς τὸ διηνεκές. ἀλλὰ καὶ παραβάντα τὴν ἐντολὴν οὐκ ἀπεστράφη τέλεον, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς ἀφῆκεν εἶναι. διὰ γὰρ τοῦ προσόντος αὐτῷ λόγου καὶ τήμερον πάλιν κρατεῖ. εἰ γὰρ καὶ θῆρας ἀγρίους ὁρᾷς αὐθαδείᾳ χρωμένους, * ἔστι τότε καὶ ὁρμῶντας ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ, μὴ θαύμαζε, ὅτι καὶ τοῦτο κατὰ θείαν πάντως οἰκονομίαν· ὡς ἐντεῦθεν τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς ἐπιμεμνῆσθαι καὶ ἄκοντας, δι' ἣν δεδοικέναι καὶ τρέμειν ὡς ὑπὸ χεῖρα κατεδικάσθημεν. ὅτι δὲ ἄρχων ὑπὸ Θεοῦ πάντων ἐχειροτονήθη τῶν ὑπὸ γῆς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος, δῆλον γάρ, ὡς ὁρᾷς, τῷ ἀνθρώπῳ τὸ σχῆμα, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνατείνεται, καὶ ἄνω βλέπει.

*ἔστιν ὅτε

A volucres: ac secundum has, bestiæ de terra quadrupedes.

Sunt etiam, dilecte fili, qui scire velint, quamobrem animalia condita Deus ad Adamum deduxerit. Antea scilicet dixerat, Faciamus hominem ad imaginem nostram, qui piscibus aliisque dominetur. Vt ergo reipsa, quod dixerat, eueniret: ad Adamum animalia deduxit, vt hinc eorum obedientia cognoscetur. Quippe circumstabant ipsum omnia, tamquam eius mancipia. Præterea debebat hoc pacto sapientia diuinitus Adamo concessa innotescere. Nam singulis animalibus tum nomen, cuiusque naturæ consentaneum, indidit. Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram: hoc est, largiamur ei rationis abundantiam, vt magnus ille Basilius hæc verba declarat. Ex *Basilius.* B his quod imaginē attinet, eam accepi a Deo, nimirum quod rationis sum particeps: quod similitudinē, mihi reliquit. Nam si hoc quoque indidem accepi, quænam mihi concessa est gratia? Quapropter Dei similitudinem refero, quum ex meipso bonus fio. His consentanea Ioannes etiam Damascenus tradit, *Damascenus.* Deum nos ad similitudinem condidisse, vt pro viribus humanis ei similes euadamus. Quippe virtus a Deo quidem concessa est naturæ nostræ, verum in potestate nostra situm est, vt vel in ea perseueremus & obsequamur Deo: vel ab ea recedamus, & obsequamur Diabolo. Ioannes Chrysostomus in *Chrysostomus.* C oratione XXI de sex dierum operibus hæc verba profert: Quo die Deus Adamum condidit, ad imaginem Dei condidit eum: hoc est, omnium potestatem ei concessit. Nam sicut imperiū Deus habet in omnia, tam adspectabilia, quam inadspectabilia, tanquam vniuersorū opifex: ita quum animal hoc rationis particeps condidisset, habere ipsum voluit imperium in res vniuersas, quæcumque sub adspectum cadunt. Iccirco & essentiam animæ ipsi largitus est, vti quē immortalem prorsus esse vellet. Quinetiam mandatum ipsius transgressum non omnino auersatur, sed immortalitate spoliatū, & ad mortem condemnatum, prope in eodem impe- D rio relinquit. Nam homo per rationem, qua præditus est, etiam hodie cuncta in potestate sua retinet. Quamquam enim feras agrestes nonnumquam pro lubitu suo videmus in hominem irruere: tamen id tantopere mirari non debemus, quando consilio diuino accidit, vt hoc modo vel inuiti de peccato admoneamur, cuius caussa nobis hoc contigit supplicii, vt subiectos imperio nostro metuamus. Rerum quidem omnium, quæ sunt in terris, principem constitutum esse hominem a Deo, vel ipsa de forma intelligi perspicue potest. Nam recta homini forma (ceu vides) data est, qua tendit ad cœlum, sursumque spectat.

Gregorius Nyſſenus. Hæc autem omnia, ſicut ait antiſtes ille Nyſſenus, imperio conuenire videntur, & regiam quamdam maieſtatem indicare. Nam quod ſolus inter res vniuerſas homo talis eſt, quum aliis omnibus deorſum corpora propendeant, id vero palam dignitatis diſcrimen indicat.

Atque heic animum mihi, dilecte fili, aduertito. Quum adficere vellet hominem Deus honore peculiari, paradiſum prius conſerit, atque ita deinde ipſum in eo collocat: *Pyronis chronographi error.* tametſi Pyron ſcriptor annalium poſt XL primum dies Adamum paradiſum ingreſſum eſſe tradat. Ego vero non video, vbi Adamus antea verſatus fuerit, quum XL dies extra paradiſum degeret. Refutat hanc opinionem Chryſoſtomus, *Chryſoſtomus.* quum ait: Licebat Adamo etiam extra paradiſum degere. verum ea loca non erant hominis domicilio præſcripta deſtinataque, ſed tam iumentis, quam cæteris terræ beſtiis: quum homini paradiſus, tanquam voluptaria quædam domus, eſſet datus. Eam ipſam ob cauſſam animalia Deus ad Adamum adduxit, velut ab eo cæteroqui ſeparata. Quæ quum ita ſint, non Pyroni, ſed huic oratori noſtro aureo velim aures præbeas, qui reapſe Spiritus ſancti diſcipulus fuit.

Gen. 2. 18. Sequuntur hæc hiſtoriæ diuina verba: Faciamus Adamo adiutricem ſecundum ipſum, hoc eſt, tam ipſi quam toti eius naturæ conſimilem, non reliquis animalibus. Nam ea naturam eamdem cum homine communem non habent. Heic autem Manes Deum mendacem eſſe dixit, *Manetis & Aquilæ blaſphemia.* & conſimiliter Aquila. Nam vocem hanc in verſione Græca, κατ' αὐτόν, contra ipſum interpretabantur propterea, quod Adamum hæc non multo poſt ad mandati diuini violationem impulerit, ideoque facta ſit inſidiatrix, quæ adiutrix appelletur. Hæc illorum eſt opinio. Verum de ſententia diuini hominis Cyrilli, atque etiam Damaſceni, *Cyrillus. Damaſcenus.* adiutrix hæc Adami dicta eſt, ad humani generis propagationem. Itaque ſomnum Adamo grauiſſimum Deus immittit, vnaque ex coſtis detracta, mulierem ex ea conſtruit. Hac Adamus deinde conſpecta, veriſſime vaticinans dixit: *Gen. 2. 23.* Hoc nunc demum os ex oſſibus meis eſt. Nam mulier minime deinceps eodem modo exiſtet e viro ſolo, ſed per amborum coniunctionem & coniugii legem procreabitur.

Hoc pacto conſopiuit Adamum Deus, ſumptaque coſta ipſius vna, Euam conſtruxit. Nam neceſſarium erat, Euam non itidem, vt in Adamo factum erat, e terra prouenire, ſed ex ipſa potius Adami eſſentia: quo hac ratione mutuus amor coniugibus inderetur. Et ſomnum ei grauem immittit, ne ſenſum aliquẽ doloris in ademptione coſtæ perciperet, quemadmodũ Chryſoſt. ait, *Chryſoſtom.*

Ταῦτα δὲ πάντως, ὥς ὁ Νύσσης φησὶ, καὶ ἀρχικὰ δοκεῖ εἶναι, καὶ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν ὑποσημαίνοντα. τὸ γὰρ μόνον ἐν τοῖς οὖσι τοιοῦτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασι πρὸς τὸ κάτω νενευκέναι τὰ σώματα, σαφῶς δείκνυσι τὴν τῆς ἀξίας διαφοράν.

Πρόσεχε, ἀγαπητέ. βουλόμενος ὁ Θεὸς τιμῆσαι τὸν ἄνθρωπον, φυτεύει παράδεισον πρότερον, καὶ οὕτω τίθησιν αὐτὸν ἐν αὐτῷ. *Περὶ παραδείσου.* Εἰ καὶ Πύρων ὁ χρονογράφος μετὰ ἡμέρας μ΄. τὸν Ἀδὰμ εἰσελθεῖν ἐν τῷ παραδείσῳ φησίν. ἀλλ' οὐκ οἶδα ποῦ διέτριβε πρότερον ὁ Ἀδὰμ, ἔξω τοῦ παραδείσου τεσσαράκοντα διάγων ἡμέρας. ὁ μὲν οὖν χρυσορρήμων Ἰωάννης καὶ ταύτην ἐκ μέσου τὴν ὑπόνοιαν ποιεῖ, λέγων. ἐξὸν ἦν τῷ Ἀδὰμ καὶ ἔξω τοῦ παραδείσου διάγειν. ἀλλ' οὐ τῇ οἰκήσει τοῦ ἀνθρώπου ἀφώριστο, ἀλλὰ τοῖς κτήνεσι καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. ἦν δὲ αὐτοῖς βασιλικὸν ἐνδιαίτημα ὁ παράδεισος· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ὡς κεχωρισμένα αὐτοῦ. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ τῷ Πύρωνι, ἀλλὰ τῷ χρυσορρήμονι πάρεχε τὰς σὰς ἀκοὰς, ὅτι καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος ὑποφήτης ὁ τοιοῦτος ὄντως ἐστί.

Μετὰ ταῦτα φησί. Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν· *Περὶ τῆς Εὔας.* τουτέστιν, αὐτῷ τε κατὰ πάντα ἐμφερῆ, καὶ τῇ φύσει αὐτοῦ· μὴ μέντοιγε καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα, ὅτι μηδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ τυγχάνουσι ταῦτα μέτοχα φύσεως. ἀλλ' ἐνταῦθα Μάνης ψεύστην τὸν Θεὸν εἶπεν, ὁμοίως καὶ Ἀκύλας. τὸ γὰρ κατ' αὐτὸν, ἐναντίως αὐτοὶ ἐξέδοντο. ἐπεὶ τάχα τὸν Ἀδὰμ αὕτη παραβῆναι πεποίηκε. κἀντεῦθεν ὁ βοηθὸς ἐπίβουλος γέγονε. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. κατὰ δὲ τὸν θειότατον Κύριλλον, τὸν Δαμασκηνόν τε Ἰωάννην, βοηθὸς αὕτη τῷ Ἀδὰμ εἰς τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους κεχρημάτικε σύστασιν. ἔκστασιν οὖν ἐπιβάλλει τῷ Ἀδὰμ, καὶ μίαν τῶν αὐτοῦ πλευρῶν ἐξελὼν, οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα. ἣν καὶ θεασάμενος ὕστερον ὁ Ἀδὰμ, τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, προφητικώτατα ἔφησεν. οὐδὲ γὰρ ἡ γυνὴ καὶ εἰσέτι τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξ ἀνδρὸς μόνου γεννήσεται, ἀλλ' ἐκ συναφείας ἀμφοτέρων καὶ νόμου γαμικοῦ.

Οὐκοῦν ἐπιβάλλει ὁ Θεὸς ἔκστασιν τῷ Ἀδὰμ, καὶ μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ λαβὼν, τὴν Εὔαν οἰκοδομεῖ. ἀναγκαῖον γὰρ ἦν μὴ καὶ τὴν Εὔαν ἀπὸ γῆς παραχθῆναι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀδὰμ, ὡς ἐντεῦθεν φίλτρον ἐντεθῆναι τοῖς ὁμοζύγοις. ἐπιβάλλει οὖν ἔκστασιν ἤτοι κάρον ἐντίθησι τῷ Ἀδὰμ, ὡς μὴ λαβεῖν ὀδύνης αἴσθησιν ἐν τῇ ἀφαιρέσει τῆς πλευρᾶς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησι,

κἀντεῦθεν ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι πρὸς τὴν ὁμόζυγον. ἀφαιρεῖται γοῦν μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. τίνος οὖν ἕνεκεν ἀνεπλήρωσεν; ἵνα μὴ ἔχῃ μετὰ τὴν τοῦ ὕπνου ἀπαλλαγὴν ἐκ τοῦ λείποντος αἰσθάνεσθαι τοῦ γεγονότος. εἰ γὰρ ἐν τῷ τῆς ἀφαιρέσεως καιρῷ ἠγνόησεν, ἀλλ' ὅμως ἔμελλε μετὰ ταῦτα ἐπιγινώσκειν τὸ γεγονός· ἐφ' ᾧ διὰ σαρκὸς τὴν τῆς πλευρᾶς ἀνεπλήρωσεν ἔλλειψιν.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ προσεκτέον κἀνταῦθα. φησὶ γὰρ ὅτι διπλῆ ἡ αὔξησις, ἡ μὲν σώματος, ἡ δὲ ψυχῆς. ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ σώματος αὔξησις ἡ ἀπὸ τοῦ μικροῦ εἰς τὸ καθῆκον μέγεθος ἀποκατάστασις. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς αὔξησις διὰ τῶν μαθημάτων προσεπιγίνεται. ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης περὶ ψυχῆς οὕτω φησίν· ὅτι ἅπαξ λαβοῦσα τὸ εἶναι παρὰ Θεοῦ πρὸς αὔξησιν, οὐκέτι καθὰ δὴ καὶ τὸ σῶμα χωρεῖ. πῶς καὶ γὰρ ἄποσος αὕτη καὶ ἀσχημάτιστος οὖσα, ὡς εἰκὼν τοῦ Θεοῦ; τελεία μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ νοερὰ ἔκτιστο ψυχή, εἰ καὶ μετὰ μικρὸν δοκεῖ συναύξειν τῷ σώματι. καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Νύσσης φησί. τὸ C τῆς ψυχῆς εἶδος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ὑποκειμένου ὀργάνου φαίνεται. ἡ γὰρ πρὸς τὴν ἐμπαθῆ καὶ ζωώδη φύσιν κοινωνία οὐκ εὐθὺς ἐκλάμπειν τῷ πλάσματι τὴν θείαν εἰκόνα ἐποίησεν, ἀλλ' ὁδῷ τινι ἀκολουθίᾳ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει τὸν ἄνθρωπον· οὐκ ἄλλης τῷ νηπίῳ, καὶ ἑτέρας τῷ τελείῳ ἐγγινομένης ψυχῆς, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς, ἐν ἐκείνῳ μὲν τὸ ἀτελές, ἐν τούτῳ δὲ δεικνυούσης τὸ τέλειον. τελεία μὲν οὖν ἡ ψυχή, καὶ ἐν βρεφικῇ ἡλικίᾳ· ἀδυνατεῖ δὲ τὴν ὅλην αὐτῆς δεικνύειν ἐνέργειαν. καθά- D περ γὰρ μουσικὸς ἄριστος ἐν μὲν μικροῖς αὐλοῖς στενόν τι καὶ ἔκτροπον μέλος ἀπήχησεν· ἡνίκα δὲ εὐρυπόρους εὕρῃ αὐλούς, τότε τὴν αὐτοῦ τέχνην ὅλην ὑπέδειξεν. οὕτω καὶ ψυχή, ὡς ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τοῖς ἐμμέτροις αὐτοῦ διέξεισιν ἔπεσι...... κατὰ γὰρ τὴν τοῦ ὀργάνου διάθεσιν οὕτω κἀκείνη τὴν ἐνέργειαν δείκνυσιν.

Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. πλὴν οὐ τῇ οἰκήσει, ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. οὐ γὰρ δήπου καὶ τὴν διακεκαυμένην

A eaque de cauſſa coniugem hoſtili quodam odio proſequeretur. Itidem coſtam vnam ſumit, de qua mulierem conſtruit, eiuſque locum carne complet. At quamobrem complet? Ne ſomno excitatus, per id, quod aberat, ſentire quod acciderat poſſet. Quamquam enim hoc ademptionis tempore ignoraſſet, tamen deinceps animaduerſurus erat. quapropter carne Deus coſtæ defectum ſuppleuit.

Dixit Deus: Augeſcite, multiplicamini, replete terram. Hoc in loco Baſilii verbis animum aduertito. Tradit enim duplex incrementum eſſe, quorum aliud ſit corporis, aliud animæ. Corporis incrementum eſt, de ſtatura parua conuenientem ad magnitudinem peruenire. At incrementum animæ per diſciplinas conſequimur. Etiam Chryſoſtomus de anima inquit, eam quum ſemel a Deo ſuam naturam & exiſtentiam nacta eſt, more corporis ad incrementum aliquod aliud nequaquam tendere. Nam qui fieri poſſet hoc in anima, quæ tanquam imago Dei tam quantitatis expers eſt quam figuræ? Quamobrem anima intelligentiæ vi prædita ſic eſt a Deo condita, vt ſtatim ab initio perfecta ſit: etiamſi paullatim vna cum corpore videatur incrementum aliquod ſumere. Perſpicuum hoc eſt ex hiſce Nyſſeni Gregorii verbis: Animæ forma pro inſtrumenti ſubiecti ratione conſpicitur. Cum enim particeps natura noſtra ſit eius ortus, qui & vitiis obnoxius, & animalium rationis expertium ortui adfinis eſt: fieri nequit, vt hominis in figmento ſtatim diuina imago eluceat, ſed via quadam ac ſerie hominem ad perfectionem peruenire neceſſe eſt: non quod alia infanti, alia matura ætate viro indatur anima: ſed vna eademque anima in illo quidem imperfectionem ſuam, in hoc perfectionem demonſtrante. De quo iam colligi poteſt, animam in ipſa etiam infantili ætate perfectam eſſe, verum facultatem ſuam & efficacitatem omnem declarare necdum poſſe. Quemadmodum enim muſicus præſtantiſſimus minutis in tibiis exile atque abſonum carmen canit: at quum tibias adeptus eſt amplas, tum ſcilicet artem ſuam totam demonſtrat: ſic & anima

—— debilibus cum membris debilis ipſa,
De validis elucet, & omnem denique mentem
Oſtentat:

quemadmodum Gregorius cognomento Theologus in commentationibus ſuis, quas verſibus eſt complexus, inquit. Nam prout inſtrumentum adfectum fuerit, ipſa quoque vim & efficacitatem ſuam declarat.

Augeſcite, inquit Deus, multiplicamini, replete terram: non eam quidem inhabitatione, ſed imperio veſtro, quemadmodum hæc verba magnus ille Baſilius interpretatur. Nec enim homines neceſſe habent

Gen. 1. 28. *Baſilius.* *Chryſoſtomus.* *Nyſſenus.* *Ex poemate Nazianzeni de Anima.* Qui terra cōpleatur a nobis. *Baſilius.*

vel perustam illam a sole terram, vel cultus omnis expertem, vel frigore nimio inutilem, vel inaccessam replere: sed hac voce Deus nobis ius replendæ terræ concessit. Nosque adeo replemus eam ex rationis arbitrio. Posteaquã enim perspeximus, quantum spatiũ terra perusta & inhabitabilis occupet, quantum aquilonale clima, quod nimii frigoris caussa nequit excoli, & est inutile: annon terram reliquam compleuimus? annon delecta eius vtili parte, quicquid habitationi hominum est inutile, relinquimus?

Gen. 1. 29. Dixit item Deus: En ego concessi vobis omnes frugiferas arbores, quibus ad alimoniam & vos vtamini, & omnes bestiæ terrestres.

Heic animum aduertito. Deus quidem piscium, & animalium reliquorum dominũ fecit hominem: verum vt iis vesceretur, non permisit. Nimirum hæc prima lex tantũ homini fructuum vsum concedebat, quum adhuc paradiso dignus esset. Itaque tam homines, quam aereæ volucres & terrestres bestiæ fructibus arborum, herbis, gramine vescebantur. Et quamquam hodie leo, pardalis, aliæ feræ cruentis mactationibus cibisque delectentur: tamen id temporis hæc etiam animalia legi naturæ subdita fructibus tantum alebantur. At posteaquam Deus hominem iam factum intemperantiorem vidit, altera lege post diluuium potestatem ei facit omnibus vescendi.

Gen. 9. 3. Cuncta vobis, ait, perinde fruenda concedo, vt herbarum olera. Propter hanc concessionem reliqua etiam animalia quibuslibet vesci cœperunt. Itaque leo carniuorus ab eo tempore fuit, & morticina vultures obseruant. Nec enim id temporis, quo primum oriebantur animalia, terram vultures circumspectabant, vt ad pastum cadauera consequerentur: sed in pratis alimoniam quærebant. Videmus & hodie canes medicamenti caussa gramine sæpenumero pasci, non quod hoc nutrimento velut idoneo vescantur: sed quia doctrina quadam naturæ, discendo non percepta, tendunt ad ea rationis expertes bestiæ, quæ ipsis vtilia sunt. Eiusmodi fuisse tunc animalia carniuora cogitabis, quæ gramine scilicet vesci consueuerint, non sibi inuicem insidiari. Facta est igitur fruitionis horum concessio post diluuium, sicut indicatum est hactenus. Enimuero sunt hodieque nonnulli, qui vitam suam ad imitationem vitæ paradisi (quantum eius fieri potest) instituentes, a nimium crassa illa ciborum fruitione abhorrent, ac tum fructibus, tum seminibus, & omnibus iis, quæ de arboribus proueniunt, vtuntur. Quæcumque scilicet præter hæc superuacanea sunt, tanquam non necessaria recusamus. Etenim nec abominabilia putari debent, propter creatorem; nec expetenda magnopere, propter carnis luxum, & ad delicias propensionem.

A καὶ ἀγεώργητον, καὶ τὴν κατεψυγμένην καὶ ἄβατον κατ' ἀνάγκης οἱ ἄνθρωποι πληροῦσιν· ἀλλὰ κυρίους ἡμᾶς ἐποίησε πληροῦν. καὶ πληροῦμεν αὐτὴν τῷ λογισμῷ. ὅταν γὰρ ἴδωμεν πόσον μέρος τῆς διακεκαυμένης καὶ ἀοικήτου, ὅταν ἴδωμεν πόσον τὸ κλίμα τὸ βόρειον, ὃ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ψῦξιν ἀγεώργητόν ἐστι καὶ ἄχρηστον· οὐκ ἐπληρώσαμεν τὴν γῆν, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον ἐκλεξάμενοι, τὸ ὅσον ἄχρηστον εἰς διαμονὴν ἀνθρώποις ἀπεπεμψάμεθα. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πᾶν ξύλον ὃ ἔχει καρπὸν ἐν ἑαυτῷ, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς,

Πρόσεχε οὖν. ἄρχοντα μὲν γὰρ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν λοιπῶν ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός· B οὐ μὴν δὲ καὶ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτῶν αὐτῷ συγκεχώρηκεν. ὥστε ἡ μὲν πρώτη νομοθεσία καρπῶν ἀπολαύειν ἐνδέδωκεν. ἔτι γὰρ ἐνομιζόμεθα ἄξιοι τοῦ παραδείσου εἶναι. καρπὸς λοιπὸν, καὶ χλόη, καὶ χόρτος ἡμῖν εἰς βρῶσιν, τοῖς πετεινοῖς τε τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. εἰ γὰρ καὶ νῦν αἵμασι χαίρουσιν ὅ, τε λέων καὶ ἡ πάρδαλις· ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑποτεταγμένα καρποῖς διετρέφετο. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Θεὸς ἐκδεδιῃτημένον εἶδε τὸν ἄνθρωπον, δευτέρῳ νόμῳ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν C πάντων αὐτῷ συγχωρεῖ τὴν ἀπόλαυσιν, ταῦτα πάντα ὡς λάχανα χόρτου φάγεσθε, εἰπών. ταύτῃ μὲν οὖν τῇ συγχωρήσει καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα τοῦ ἐσθίειν ἔλαβον ἄδειαν. ἐξ ἐκείνου δὲ λοιπὸν αἱμοβόρος ὁ λέων. ἐξ ἐκείνου καὶ γῦπες ἀναμένουσι θνησιμαῖα. οὐ δήπου γὰρ καὶ γῦπες ἅμα τῷ γεννηθῆναι ζῶα περιεσκόπουν τὴν γῆν, ὡς ἐκεῖθεν οὗτοι τραφῶσιν· ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοὺς λειμῶνας περιήρχοντο. καὶ νῦν γὰρ κύνας ὁρῶμεν θεραπείας ἕνεκεν πολλάκις ἄγρωστιν ἐπινεμομένους. οὐκ ἐπειδὴ συμφυής ἐστιν ἡ τροφή, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδιδάκτῳ D τινὶ φύσεως διδασκαλίᾳ ἐπὶ τὸ συμφέρον ἔρχεται τὰ ἄλογα. τοιαῦτα λόγισαι εἶναι, καὶ τότε τὰ αἱμοβόρα τῶν ζώων χόρτον ἑαυτοῖς εἰς τροφὴν ἐπινοεῖν, οὐ μὴν ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοντα. συγκεχώρηται οὖν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἡ ἀπόλαυσις, πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ζωῆς ἑαυτοῖς ἄγειν βουλόμενοι, φεύγοντες ταύτην τὴν πολύϋλον ἀπόλαυσιν τῶν βρωμάτων, ἐπ' ἐκεῖνον τὸν βίον καθὼς οἷόν τέ ἐστιν, ἑαυτοὺς ἀγόμενοι, καρποῖς καὶ σπέρμασι, καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἀκροδρύων εἰς διαγωγὴν χρώμενοι· τὸ δὲ περιττὸν τούτων, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον, ἀποστρεφόμεθα. οὐ γὰρ βδελυκτὰ διὰ τὸν κτίσαντα, οὐδὲ αἱρετὰ διὰ τὴν τῆς σαρκὸς εὐπάθειαν.

A

ΠΕΡΙ ΚΡΕΩΔΑΙΣΙΑΣ

ΟΙΔΑ δὲ ἀγαπητέ, ὅτι καὶ ἐπὶ τούτῳ ἠπόρηκας οὐ μικρῶς, λέγων· Εἰ κρεωδαισίας οὐκ ἦν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καιρός, τίνος ἕνεκεν ὁ Ἄβελ ποιμὴν προβάτων ἐγένετο; ἀλλ' εἰδέναι κἀνταῦθα ὀφείλεις, ὅτι περιβολαίων ἕνεκεν ἡ τῶν θρεμμάτων ἐπενοήθη φροντίς, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης εἰς τὴν ἑξαήμερον ἐννάτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ φησί. πειθέτω δέ σε * περὶ τούτου ἡ ἁγία γραφὴ περὶ τῶν πρωτοπλάστων οὕτω λέγουσα· Καὶ χιτῶνας δερματίνους ἐνέδυσεν αὐτούς. ἔκτοτε γὰρ ἔδειξεν ὁ Θεὸς τό, τε χρήσιμον ὁμοῦ τῆς περιβολῆς καὶ ἀπέριττον. ᾠκονόμησε γὰρ ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἐρίων τῶν προβάτων τὰ ἐνδύματα τοῖς ἀνθρώποις κατασκευάζεσθαι, οὐδενὸς ἑτέρου ἕνεκεν, ἢ ὥστε σκέπην γενέσθαι, καὶ μὴ τὸ λογικὸν τοῦτο ζῶον κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς ἀλόγοις ἐν γυμνότητι καὶ ἀσχημοσύνῃ διάγειν. ἡ τοίνυν τῶν ἱματίων περιβολὴ ὑπόμνησις ἡμῖν γινέσθω διηνεκὴς τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐκπτώσεως, καὶ τῆς τιμωρίας διδάσκαλος, ἣν διὰ * τὴν παρακοὴν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐδέξατο. καὶ εἶπε πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός· ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.

* ἴσ. περὶ τούτοις

* τῆς παρακοῆς

Carnibus homines ante diluuium non victitasse, tametsi Abelus opilio fuerit.

NOVI te, dilecte fili, hac etiam in parte non parum hæsitare. Si carnium, dices, ante diluuium non erat vsus: cur tandem Abelus erat opilio? Verum scire debes pecudum curam inuentam fuisse vestimentorum caussa, quemadmodum in oratione de sex dierum operibus IX Chrysostomus inquit. Eiusdem rei fidem tibi litteræ sacræ facient, de primum formatis hominibus ita loquentes: Et pelliceis tunicis eos B Deus induit. *Gen. 3. 21.* Nam hoc ipso Deus & vtilitatem huius amictus ostendit, & simplicitatem inelaboratam. Voluit enim certo consilio de lanis ouium vestes hominibus fieri, alia certe nulla de caussa, quam vt tegumentum haberent, neu rationis hoc particeps animal, brutorũ more, quadam cum deformitate ac inuerecundia nudum incederet. Et quidem hic vestimentorum amictus perpetua nobis sit commonefactio lapsus eius, quo tantis bonis excidimus, deque pœna nos erudiat, qua genus humanum propter inobedientiam adficitur. Cæterum hæc quoque Deus ad Adamum protulit: Omnibus paradisi arboribus vesceris, præter arborem scientiæ boni atque mali. *Gen. 2. 17.* Nam C ea quocumque die vescemini, morte multabimini.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΞΥΛΟΥ τοῦ γινώσκειν.

ἈΛΛ' ἐνταῦθα προσοχῆς, ἀγαπητέ, χρεία πολλῆς. διαφωνία καὶ γὰρ οὐ μικρὰ παρὰ πᾶσι σχεδὸν περί τε τῆς φύσεως τοῦ φυτοῦ ἐκείνου, καὶ τῆς βρώσεως αὐτοῦ. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ βρώσεως ἐμφορεῖσθαι λέγουσι τὸν Ἀδὰμ αἰσθητῆς, ποιεῖν τε καὶ πάσχειν ὅσα μετὰ τὴν βρῶσιν ἐξ ἀνάγκης τῇ θνητῇ φύσει πρέπεται. ὅθεν ἀναγκαῖον περὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ Ἀδὰμ διαλαβεῖν πρότερον. οὕτω γὰρ ἐπιγνωσόμεθα κατά γε τὸ ἐγχωροῦν, τίς τε ἡ βρῶσις ἣν αὐτὸς ἐν τῷ παραδείσῳ ἤσθιεν ὁ Ἀδάμ, καὶ τὸ φυτὸν ὡσαύτως τῆς γνώσεως ὁποῖον ἄρα τὴν φύσιν ἐτύγχανεν. Πρόσεχε οὖν. τὸν Ἀδὰν ἄλλοι μὲν θνητὸν ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναί φασιν· ἕτεροι δὲ μέσην αὐτὸν ἔχειν διϊσχυρίζονται τάξιν, τουτέστιν, ἀθανασίας εἶναι μέσον αὐτὸν καὶ θνητότητος. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, οὐκ ἂν ὑπέπεσε θανάτῳ μετὰ τὴν παράβασιν. ἀλλ' ἄφες αὐτούς, εἴγε καὶ μᾶλλον ὁ σοφὸς Σολομὼν ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτως εὕρηται λέγων. Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε

DE COGNITIONIS ARBORE.

ACCVRATE heic, dilecte fili, quid dicatur aduertito. Nam dissentio non exigua propemodum inter omnes est, tum de arboris huius natura, tum fruitione. Neque de hoc tantum, sed etiam nonnulli volunt Adamum cibo sensili fuisse satiatum, eaque tum fecisse, tum passum esse, quæ a pastu necessario naturæ mortali consueuerunt accidere. Quapropter ipsa requirit necessitas, vt de ipsius Adami na- D tura prius quædam exponamus. Nam ea ratione cognoscemus, quantum quidem eius fieri poterit, quis cibus ille fuerit, quo in paradiso vescebatur Adamus, & quæ arboris scientiæ natura exstiterit. Adamum alii quidem a Deo conditum fuisse mortalem dicunt: alii vero medio quodam loco constituunt, nimirum inter immortalitatem & mortalitatem. Etenim absque hoc foret, vt ipsi quidem inquiunt, non post transgressionem morti fuisset factus obnoxius. Enimuero tu hos missos facito, quãdo sapiens ille Solomo in sapientia sua tradit, *Sap. 1. 13. & 2. 23.* Deum mortem non condidisse, immo in statu interitus experte creauit hominem

ad imaginem æternitatis ſuæ. Verum deinceps inuidia Diaboli mors in mundum venit. Quare ſi Deus in ſtatu interitus experte ad imaginem æternitatis ſuæ condidit hominem: quo pacto dici a nobis poteſt, Adamum interitui mortalitatique vlla ex parte obnoxium fuiſſe? præſertim quum mortem, ceu dictum eſt, ab initio minime Deus condiderit. Nam ſi dicamus, Adami corpus illud interitui quodam modo ſubiectum fuiſſe: nihil aliud ſignificabimus, niſi auctore Deo ab initio ſtatim interitum ac mortem in nos imperium habuiſſe. Nequit autem hoc verum eſſe, nequit: quum mors a Deo, ſicuti diximus, profecta non fuerit. Quapropter omnis heic dubitatio tollatur. Nam ſi ſtatim, quum hominem conderet Deus, ad eum dixiſſet: Quacumque die veſcemini de hac arbore, morte multabimini: habuiſſent ſane, quod obiicerent, qui Adamum inter immortalitatem ac mortalitatem medium quaſi faciunt. At quum poſt creationem ipſius non exiguo interiecto ſpatio lex hæc promulgata fuerit, per quam mors occaſionem aduerſus nos arripuit: prorſus heic hæſitare non debebant, qui litteras ſacras & attente, nec ſine conuenienti perueſtigatione ſe legere profitentur. Igitur ab initio rerum Deus hominem in ſtatu interitus experte condidit, hoc eſt immortalem in ortum produxit, ad imaginem æternitatis ſuæ.

Anaſtaſii locus.

Nihil heic difficultatis obiici tibi patitor. Habes Anaſtaſium Sinaitem, virum diuinum, qui in oratione ſua de reſurrectione ſic inquit: Condidit hominem Deus, & quidem Dei ad imaginem eum condidit. Hæc prima fuit creatio, ſimplex, nullum coniugii vinculum habens, interitus expers. Quod ſi prima creatio fuit expers interitus, quemadmodum ſanctus hic vir ait: quid de homine primo dicemus? Nimirum Deus eum ſtatim ab initio expertem interitus condidit, & dono immortalitatis ornauit. Quæ quidem verba nequaquam mea ſunt, ſed vir eximius, Andreas antiſtes Cretenſis, in oratione ſua de iis, qui obdormierunt, in hunc modum loquitur: Quum hominem creaſſet Deus, hoc ei dignitatis largitus eſt, vt eſſet particeps rationis, intelligendi facultate præditus, immortalis, interitus expers. Quod ſi dignitatem hanc immortalitatis homini Deus conceſſit, qui fieri poteſt, vt eumdem pariter & mortalem & immortalem dicamus? vel obnoxium interitui pariter, & interitus expertem? Nequit hoc prorſus, mea quidem opinione, fieri. Nam immortali & interitus experti nequaquam poteſt vel morti vel interitui ſubiecta conditio tribui.

Andreæ Cretenſis locus.

A κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ. φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ, πῶς εἴπωμεν αὐτὸν ὑποκεῖσθαι φθορᾷ καὶ θνητότητι, καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ θάνατον, ὡς εἴρηται, μὴ ποιήσαντος ἀπ' ἀρχῆς; εἰ γὰρ εἴπωμεν ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο, καὶ φθορᾷ κατά τινα τρόπον ὑπέκειτο, οὐδέν τι παριστῶμεν ἕτερον, ἢ ὅτι παρὰ Θεοῦ τηνικαῦτα τὸ τοῦτο οὐκ ἔστιν. ὅτι μηδὲ θανάτου, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, ποιητὴς ὁ Θεός. ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐκ ἄξιον. εἰ μὲν B γὰρ ὅτε παρήγαγε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός, τότε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. εἶχον ἄν τι καὶ λέγειν οἱ μέσον αὐτὸν ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος λέγοντες. ἐπεὶ δὲ πολλῷ μετὰ τὴν αὐτοῦ παραγωγὴν ὕστερον ἐδίδοτο τὰ τῆς ἐντολῆς, ἀφ' ἧς ἄρα, καὶ χώραν ὁ θάνατος ἐλάμβανε καθ' ἡμῶν· Ἐὰν γὰρ φάγητε, φησί, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· ἀμφιβάλλειν ὅλως οὐκ ἔπρεπε τοὺς ἐπερχομένοις τέως ἐρευνητικῶς τὴν γραφήν. ἔκτισε μὲν οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρχῆς, C τουτέστιν ἄφθαρτον αὐτίκα παρήγαγε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ.

Ἀλλὰ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν. ἔχεις τὸν Σιναΐτην θεῖον Ἀναστάσιον ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτω λέγοντα· καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. πρώτη ποίησις αὕτη, ἁπλῆ, ἄζυγος, ἄφθαρτος. εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις ἄφθαρτος ἦν, ὡς ὁ διαληφθεὶς οὗτος ἔφη θεῖος ἀνήρ, περὶ τοῦ πρώτου ἐκείνου τί χρὴ καὶ λέγειν ἀνθρώπου; ἄφθαρτον μὲν γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς αὐτίκα παρήγαγεν, ὡς ἤδη προείρηται, D καὶ ἀθανασίᾳ τετίμηκε. καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα, ὁ θειότατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης ἐν τῷ εἰς κοιμηθέντας λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτως εὕρηται λέγων· πλάσας ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀξίωμα δέδωκεν αὐτῷ τὸ λογικόν τε καὶ νοερόν, καὶ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. εἴπερ οὖν ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀθάνατον ὁ Θεός, πῶς λοιπὸν αὐτὸν θνητὸν καὶ ἀθάνατον εἴπωμεν, ἢ φθαρτὸν ὁμοίως, καὶ ἄφθαρτον; ἀνένδεκτον, ὡς οἶμαι, τοῦτο καὶ λίαν ἐστίν· ὅτι μηδὲ προσήκει τῷ ἀθανάτῳ καὶ ἀνωλέθρῳ προσάπτειν ὅλως τὸ θνητὸν καὶ ἄφθαρτον.

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα, πόθεν ἐκεῖνοι λαβόντες τὰς ἀφορμάς, οὐ τὰ ἄμικτα μιγνύουσι μόνον, ἡνίκα δηλαδὴ τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο μέσον ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος λέγουσιν. ἀλλὰ καὶ πάθη φυσικὰ τὰ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἀπαθεῖ καὶ ἀφθάρτῳ προσάπτειν οὐ παραιτοῦνται, καὶ ταῦτα χωρὶς ἀποδείξεως γραφικῆς. ἀλλὰ μὴ δέδιθι τούτου ἕνεκεν. ὅτι μὲν γὰρ ὁ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ τοιαύτης ὑπῆρχε φύσεως ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἀφθάρτου δηλαδὴ καὶ ἀθανάτου. καὶ ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο καθ᾽ ὅλον δή τινα τρόπον οὐκ ἔπασχε, φθορᾶς ἁπάσης ἀνώτερον ὄν, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπὶ πλέον διδάξει σε σαφέστερον, ἅτε δὴ τὸν περὶ τούτου λόγον ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀνδριάντων ποιούμενος. ἐπεὶ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο φθαρτὸν διασύραντες ἦσαν ἐπὶ τοσοῦτόν τινες, ὥστε καὶ ἀνάξιον αὐτὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἀποκαλεῖν. ἔλεγον γάρ, ὡς εἴ γε πλάσμα τῶν θείων ὑπῆρχε χειρῶν, οὐκ ἂν οὕτω μυρίοις ὑπέκειτο πάθεσι· τοῖσδε πρὸς αὐτοὺς λόγοις ἐχρήσατο· μή μοι τὸν ἄνθρωπον τουτονὶ λεγέτω τις τὸν προσκεκρουκότα, τὸν καταδικασθέντα, τὸν ἠτιμωμένον; ἀλλ᾽ εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ὁποῖον ἐξ ἀρχῆς ἔπλασε τὸ σῶμα ἡμῶν ὁ Θεός, ἐπὶ τὸν παράδεισον ἔλθωμεν, καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ἄνθρωπον ἴδωμεν. οὐ γὰρ οὕτως τὸ σῶμα ἐκεῖνο φθαρτὸν καὶ ἐπίκηρον ἦν, ἀλλὰ καθάπερ τις χρυσοῦς ἀνδριὰς ἀπὸ χωνευτηρίου προσελθὼν ἄρτι, καὶ λαμπρῶς ἀποστίλβων, οὕτως πάσης φθορᾶς τὸ σῶμα ἐκεῖνο ἀπήλλακτο, καὶ οὔτε πόνος ἠνώχλει, οὔτε ἱδρὼς ἐλυμαίνετο· οὐ φροντίδες ἐπεβούλευον, οὐκ ἀθυμίαι ἐπολιόρκουν, οὐ ῥύπος, οὐ δάκρυον, οὐδ᾽ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐλύπει παθῶν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πρὸς τὸν εὐεργέτην ἐξύβρισε, Θεός τε γενέσθαι ἤλπισε, καὶ μείζω τῆς οἰκείας ἀξίας ἔλαβεν ἔννοιαν. τότε δὴ τότε σωφρονίζων αὐτὸν ὁ Θεός, φθαρτὸν αὐτὸν ἐποίησε καὶ θνητόν, καὶ ταῖς πολλαῖς ταύταις ἀνάγκαις *κατέδησε. ταῦτα μὲν οὖν ὁ θειότατος Ἰωάννης. ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἄφθαρτον ἐκεῖνο τὸ σῶμα δικαίως ὁ λόγος ἐκάλεσε. τὸ γὰρ οἱᾳδή τινι φθορᾷ μὴ ὑποκείμενον, ἄφθαρτον ὁμολογουμένως ἐστίν.

* κατέδυσε

Εἰ δὲ ἄφθαρτον, πῶς ἄρα καὶ τινὰ τρόπον ἔπασχε, τοῦτο μαθεῖν ἀξιοῦμεν. ἡμεῖς γὰρ ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἐννοῆσαι, πῶς ὑπέπιπτε πάθεσι σῶμα πάσης ἀπηλλαγμένον φθορᾶς, οὐκ ἐσμὲν ἱκανοί· καὶ διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν μαθεῖν. ὅτι δὲ ἄφθαρτον

Enimuero scire quidem nequeo, quibus hi caussis permoti, non modo non miscenda misceant, quum scilicet Adami corpus medio inter immortalitatem ac mortalitatem loco constituunt: sed etiam naturales adfectiones atque morbos ei tribuere non vereantur, qui ante peccatum tam illarum adfectionum, quam interitus expers erat, & quidem hoc ipsum citra demonstrationem aliquam, e sacris petitam litteris, faciant. Quapropter nihil heic tibi verendum est. Nam hominem ad imaginem Dei conditum, tali ab initio natura præditum fuisse, nimirum immortali & interitus experte: ac præterea corpus illud Adami nullo modo vlli passioni obnoxium fuisse, supra interitum scilicet omnem positum: Ioannes ille noster Chrysostomus & prolixius & clarius te docebit.* Etenim fuere nonnulli tam in hoc corpore interitui obnoxio carpendo & eleuando acerbi, vt etiam indignum dicerent, quod a Deo conditum existimetur. Si figmentum, aiebant, manuum Dei foret, non tot miseriis & ærumnis esset obnoxium. Aduersus hos ille in hunc modum disserit. Nemo mihi hominem hunc obiiciat, qui offendit, qui condemnatus est, qui adfectus ignominia: sed siquidem scire vultis, qualenam ab initio corpus nobis Deus formauerit, ad paradisum nosmet conferamus, & hominem illum principem intueamur. Nec enim corpus ipsius interitui obnoxium & caducum erat, sed instar aureæ statuæ recens eductæ de fornace, mirificeque splendentis, ab omni corpus illud interitu erat immune. Non illi molestus erat labor vllus, non a sudore lædebatur, non insidiabantur ei curæ, non mœrores ipsum oppugnabant, non sordes, non lacrymæ, non aliud quidquam eiusmodi adfectionum vexabat. Verum posteaquam aduersus beneficum erga se Deum petulanter gessit, & Deum se euasurum sperauit, & maiora quam ipsius dignitas ferret, animo concepit: tum vero castigans eum Deus, interitui mortique reddidit obnoxium, ac variis hisce necessitatibus adstrinxit. Hæc hominis illius diuini verba sunt, quorum auctoritate si corpus Adami dicamus interitus expers fuisse, recte id quidem facturi sumus. Nam quod nulli subiectum est interitui, haud dubie fatendum est interitus expers esse.

Chrysostomus.

Quod si expers interitus fuit, quo pacto tandem aliquid pati potuerit, scire cupimus. Etenim cogitare per nos ipsos, qui corpus ab omni liberum ac immune interitu sub adfectiones cadere potuerit, non satis possumus: ideoque per alios hoc ipsum expetimus cognoscere. Corpus quidem

illud expers interitus, & immortale fuisse, beatus etiam Cyrillus ostendit, in oratione sua de hominis creatione sic ad verbum disserens: De terra quidem factum erat Adami corpus, sed idem supra mortem & interitum omnem positum erat. Quippe vitam ei vitæ suppeditator & auctor inseuerat. Idem & a Basilio magno verbis his significatur: Quum formasset hominem Deus, æternæ vitæ fruitionem ei largitus est. Præter hos diuinus ille Barlaamus ad Ioasaphum in hanc sententiam scripsit: Hominem illum principem Deus voluntate libera præditum & ornatum immortalitate, vniuersarum rerum terrestrium regem constituit. ipsa denique sacrarum litterarũ verba mihi adspice, nec obiter pellege. Simul enim homo ad imaginem Dei condebatur, & tam arbitrio voluntatis libero, quam immortalitate diuinitus donabatur. Quo igitur pacto dicemus eum pariter immortalitatis ac mortalitatis participem? Abhorret hoc scilicet ab omni ratione. Quippe si nobiscum recte possemus expendere, quod hominem Deus terrestrium regem constituerit, ornatum ab se prius immortalitate, non heic mortalitatis quidquam immisceremus, non de condito ad imaginem Dei quidquam absurdi cogitaremus. Facit huc Ioannis Chrysostomi locus, qui in oratione XXI de sex dierum operibus exstat. Quum hominem, inquit, creasset Deus, voluit eum in res vniuersas adspectabiles imperium habere. Iccirco etiam ei naturam & essentiam animæ largitus est, quod eum perpetuo vellet immortalem esse. Ac tametsi per secordiam lapsus sit, mandatumque sibi præscriptum transgressus: non tamen ipsum prorsus auersatus est, sed immortalitate spoliatum, ac morte damnatum, propemodum in eodem imperio reliquit.

Cyrilli oratio de hominis creatione.

Basilius.

Barlaami ad Ioasaphum verba.

Chrysostomus.

Heic autem notandum, quod non solum Deus ipsum constituere voluerit adspectabilium regem, sed etiam hoc imperium ei concessum absolute fuisse, rebus ipsis declararit. Quippe ad ipsum animalia cuncta deduxit, tametsi quid sequuturum esset, non ignoraret. quo factum, vt omnia seruilem in modum ipsi adstantia suas per ipsum appellationes acceperint. Ita per mentem intelligentiæ vi præditam Deus hominem etiam immortalitate ornauit. Quanquam enim futuram non multo post exorbitationem non nesciret, tamen quum ob solum cogitationis institutum damnare non vellet, consentanea Deo ratione consilium suum perficit: adeoque mentis participem (vt diximus) animam ei largitur, vt omnino immortalis esset. Enimuero cur hominẽ statim ab initio regem terrestriũ, & immortalem condidit? Vt hinc discamus, etiam opificem illum nostri Deum cunctis illis supernis

A ἐκεῖνο τὸ σῶμα καὶ ἀθάνατον ἦν, ὁ μακάριος ἔδειξε Κύριλλος ἐν τῷ εἰς τὴν δημιουργίαν τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ αὐτοῦ, κατὰ λέξιν οὕτως εἰπών· Ἐπεποίητο μὲν ἀπὸ γῆς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδάμ, ἄμεινον δὲ θανάτου καὶ φθορᾶς ἦν. ἐνεφύτευσε γὰρ αὐτῷ τὴν ζωὴν ὁ τῆς ζωῆς χορηγός. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος αὐτὸ τοῦτο παριστῶν ἔλεγε· πλάσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός, αἰωνίου ζωῆς ἀπόλαυσιν αὐτῷ ἐχαρίσατο. πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ θειότατος Βαρλαὰμ οὕτω πρὸς Ἰάσαφ εὕρηται λέγων, τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον ὁ Θεὸς αὐτεξουσιότητι καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας, βασιλέα πάντων τῶν ἐπιγείων κατέστησεν. ἀλλ' ὅρα, καὶ μὴ παρέργως ἐπέρχου τὰ B τοιαῦτα θεῖα ῥητά. ἅμα μὲν γὰρ ὁ κατ' εἰκόνα παρήγετο, καὶ ἅμα τῆς αὐτεξουσιότητος ἠξίωτο καὶ τῆς ἀθανασίας ὑπὸ Θεοῦ. καὶ πῶς λοιπὸν αὐτὸν εἴπωμεν ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος μέτοχον; ἀσυλλόγιστον, ὡς οἶμαι, καὶ τοῦτο λίαν ἐστίν. εἰ γὰρ ἐννοῆσαι εἴχομεν, ὅτι βασιλέα κατέστησεν τῶν ἐπιγείων αὐτόν, ἀθανασίᾳ τιμήσας αὐτὸν πρότερον, οὐκ ἂν ἐκεῖσε καὶ θνητότητα παρεμιγνύομεν, οὐκ ἂν ἀσυλλόγιστα τὰ τοιαῦτα διενοούμεθα περὶ τοῦ γεγενημένου κατ' εἰκόνα Θεοῦ. ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης αὐτὸ τοῦτο παρίστησι, διεξιὼν οὑτωσὶ κατὰ λέξιν ἐν τῇ εἰς τὴν ἑξαήμερον κα΄. ὁμιλίᾳ αὐτοῦ· δημιουργήσας C τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός, ἠβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο, βουληθεὶς εἶναι αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἰς τὸ διηνεκές. ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ ῥαθυμίαν ὤλισθε καὶ παρέβη τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολήν, οὐδὲ οὕτως ἀπεστράφη τέλεον αὐτόν· ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀφῆκε σχεδὸν εἶναι * ἀρχήν.

* ἀρχῆς

Ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν ἄξιον. οὐδὲ γὰρ ἠβουλήθη μόνον ὁ Θεὸς βασιλέα καταστῆσαι τῶν ὁρωμένων αὐτόν, ἀλλὰ καὶ ἔργοις αὐτοῖς ἀπηρτισμένην ἔδειξε τὴν ἀρχήν. ἤγαγε γὰρ τὰ ζῶα πάντα τηνικαῦτα πρὸς αὐτόν, καίτοιγε τὸ μέλλον οὐκ ἀ- D γνοῶν. καὶ οὕτω τὰ πάντα δουλικῷ παριστάμενα σχήματι, παρ' αὐτοῦ τὰς ἐπωνυμίας ἐδέχοντο. οὕτω μὲν οὖν ἔφθασε διά γε τῆς νοερᾶς ψυχῆς καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας αὐτόν. εἰ γὰρ καὶ τὴν γενησομένην αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ παρεκτροπὴν οὐκ οὖν ἀγνοῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ καταδικάζειν ἐκ μόνης οὐ θέλει προαιρέσεως, τὴν ἑαυτοῦ βουλὴν ἐπ' αὐτῷ θεοπρεπῶς ἐκπληροῖ, καὶ ψυχῆς αὐτῷ, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μεταδίδωσι νοερᾶς, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀθάνατον εἰς τὸ διηνεκές. ἀλλὰ γὰρ τίνος ἕνεκεν ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων ἐποίησε, καὶ ἀθάνατον αὐτίκα τὸν ἄνθρωπον; ἵνα μάθωμεν ἐντεῦθεν ὅτι καὶ ὁ ποιήσας ἡμᾶς Θεὸς πασῶν ἄρχει τῶν

ἄνω

ἄνω δυνάμεων, καὶ ὅτι ἀθάνατός ἐστι καὶ ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος. ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ περιλαβὼν χοῦν ἔλεγε· κατ' οἰκείαν εἰκόνα ποιήσωμεν τὸν ἄνθρωπον. ὃ δὴ καὶ ὁ Σολομὼν εἰδώς· ὁ Θεὸς, ἔλεγε, θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ. πλὴν εἰ καὶ θανάτῳ κατεδίκασε μετὰ ταῦτα τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ἀπαραμύθητον εἶναι μέχρι πολλοῦ. μετατίθησι γὰρ τὸν Ενὼχ, καὶ τηνικαῦτα τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ἡμῶν ἀθανασίαν ἐκείνην ἐκδέχεσθαι, ἧς ἐξέπεσε διὰ τὴν παράβασιν. καὶ ἄκουε τί περὶ τούτων φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ. θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοήν. λύων δὲ ὅμως τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς, ἐλπίδα εὐθὺς ἀθανασίας ἀνέτειλε τῷ γένει, καὶ τὸν Ενὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει. κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ὅρους ἀθανασίας ἅμα ἐκδέχεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ἐπιβεβαιοῦσι καὶ οἱ μαθηταὶ Χριστοῦ λέγοντες, ὅτι τὴν ἀπαφθάρτησιν ἡμῶν καὶ πολυζωΐαν τὰ κατὰ τὸν Ενὼχ καὶ Ηλίαν ἐναργῶς παρίστα* καὶ οὗτοι μὲν οὕτως.

Ο δὲ χρυσοῤῥήμων Ιωάννης ἀριδηλότερον ἔδειξεν, ὅτι τὴν ἀπαφθάρτησιν ταύτην ὁ πρῶτος ἐκεῖνος εἶχεν ἄνθρωπος, οὕτω κατὰ λέξιν εἰπών· εὐηρέστησεν Ενὼχ τῷ Θεῷ, καὶ μετατίθεται. καὶ ὅρα δεσπότου ἀγαθότητα. εὑρὼν γὰρ ἄνδρα τὴν ἀρετὴν κατωρθωκότα, οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς ἀξίας, ἣν τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, τί χρὴ καὶ λέγειν; εἰ γὰρ ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ἄνθρωπος τὴν ἀπαφθάρτησιν εἶχε ταύτην, ἣν ἐκδέχεσθαι τὴν θνητὴν φύσιν ἐδίδασκε μετατεθεὶς ὁ Ενὼχ, φαίνεται πάντως ὅτι τοιοῦτος ὑπὸ Θεοῦ παρήχθη κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος, ὁποῖον αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι τὰ θεῖα φάσκουσι λόγια. μὴ οὖν ἀπίστει τοῖς λεγομένοις. ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ τὸν περὶ τούτου λόγον ἀριδηλότερον ποιεῖται, καὶ οὕτω φησί. τοιοῦτον ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται τὸ σῶμα τὸ πεσὸν, ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἀποβαλλόμενον ἅπαν ὅπερ ἔφθασε διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπισυμβῆναι αὐτῷ. πρόσεχε οὖν. εἰ γὰρ τοιοῦτον ἐγήγερται ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς. τὸ δὲ ἐγειρόμενον ἐκεῖνο σῶμα τότε θανάτου καὶ φθορᾶς ἄμεινον ἐγερθῆναι ὁμολογεῖται. καὶ βεβαιοῖ τὸν λόγον ὁ πάμμεγας Παῦλος οὕτω λέγων· δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. εὔδηλον πάντως, ὅτι καὶ τὸ σῶμα ἐκεῖνο. λέγω δὴ τὸ πρώτως ὑπὸ Θεοῦ ποιηθὲν, ἀθάνατον ἀληθῶς ὑπῆρχε καὶ ἄφθαρτον, ὡς ἤδη πολλάκις εἰρήκαμεν. αὐτὸ τοῦτο παρίστησι καὶ Νυσσαεὺς θεῖος Γρη-

A potestatibus cum imperio præesse, necnon eumdem esse immortalem, omnisque expertem interitus. Nam ea de caussa puluere sumpto inquit, Faciamus hominem ad imaginem nostram. quod quum Solomo non ignoraret: Deus ait, mortem non condidit, sed in statu interitus experte ad imaginem æternitatis suæ hominem creauit. Ac tametsi deinceps eum ad mortem damnauit, non tamen diu consolationis egere permisit. Nam transfert Enochum, eaque re naturam nostram condocefacit, vt immortalitatem illam exspectet, qua propter inobedientiam excidit. Audi quid hac in parte magnus ille Athanasius in oratione sua de Assumptione tradat. *Athanasius.* Mors quidem B intrauit per inobedientiam, verum nihilominus suæ comminationis vigorem laxans Deus, statim humano generi spem immortalitatis oriri facit, dum Enochum e medio rapit, eoque pacto nos docet, metas immortalitatis exspectandas nobis esse. Confirmant hæc & Christi discipuli, quum dicunt ea, quæ Enocho & Eliæ acciderint, repræsentare nobis insigniter liberationem nostri ab interitu, & vitam illam perpetuam.* Ac de his quidem in hunc modum illi disseruerunt. **Vide Notas.*

Ioannes autem Chrysostomus exposuit etiam illustrius, hominem primum hac ab interitu immunitate præditum fuisse, idque per hæc ipsa verba. *Chrysostomus.* C Placuit Enochus Deo, propterea transfertur. Heic mihi Domini bonitatē intuere. Quum enim reperisset hominem egregia virtute prēditum, non ea dignitate spoliat ipsum, quam ante mandati violationem homini primum formato largitus fuerat. Quod si ita est, quid verbis est opus? Nam si primus homo immunitatem illam ab interitu habuit, quam vt homines exspectent, Enochus translatus docuit: omnino perspicuum est, quod a Deo talis conditus ab initio fuerit, qualem ex mortuis resurrecturum oracula diuina tradunt. His tu fidem derogare noli. Nam & Anastasius ille Sinaites in oratione sua de resurrectione, *Anastasii locus.* verbis his eadem apertissime tractat. Tale D suscitatum est ex mortuis corpus, dudum collapsum, quale ab initio erat: reiectis atque depositis omnibus, quæ prius ei per peccatum accidere. Velim his mihi verbis animum aduertas. Si tale suscitatum est, quale ab initio erat, etsi corpus illud, quod excitatur, sic suscitari constat, vt supra mortem interitumque positum sit, quod ipsum magnus ille Paulus confirmat hisce verbis: Oportet hoc corruptibile incorruptibili natura, & hoc mortale immortalitate indui: *1. Cor. 15. 53.* plane perspicuum est, etiam corpus illud, quod est omnium primo factum a Deo, reuera immortale ac interitus expers fuisse, sicuti iam sæpe diximus. Idem & Nyssensis ille Gregorius *Gregorius Nyssenus.*

Eccleſ. 1. 9. tradit, vbi dictum illud Eccleſiaſtæ declarat, cuius hæc verba ſunt: Quid eſt, quod fuit? idem illud, quod erit. Quid factum? Idem illud quod fiet. Inquit enim hoc loco, manu Dei factum hominem, non quod nunc propter peccatum eſt, nimirum mutationi & interitui obnoxius, ab initio fuiſſe: ſed quod deinceps efficietur, expers ſcilicet mutationis & interitus. Quapropter ſi Deus in ſtatu interitus experte condidit hominem, ad imaginem æternitatis ſuæ, quemadmodum Solomo loquitur: ſi honorem ei proprium detulit, communicata cum ipſo anima intelligentiæ vi prædita, quo perpetuo immortalis eſſet, quemadmodum Chryſoſtomus ait: ſi æternæ vitæ fruitionem largitus eſt homini ab initio Deus, vt magnus ille Baſilius loquitur: ſi Adami prima creatio interitus erat expers, vt Anaſtaſius ille Sinaites inquit: ſi dignitatem hanc ab initio Deus homini dedit, vt immortalis & incorruptibilis eſſet, vt vir diuinus Andreas dixiſſe reperitur: ſi hominem Deus libertate voluntatis donatum & exornatum immortalitate, regem omnium terreſtrium conſtituit, quemadmodum vir beatus Barlaamus prædicat: quo tandem ore pariter eum mortalem ac immortalem a Deo conditum dicemus? nequit hoc vllo pacto fieri, quando peritiſſimus ille rerum diuinarum Gregorius eiuſmodi nos de homine illo principe imaginari non ſinit. Quum enim illum nullo vel tegumento, vel veſtitu indiguiſſe tradit, clare demonſtrat, ornatu immortalitatis amictum fuiſſe. Enimuero his contradicere velle, iniquum fuerit. Nam vel corpus illud adfectionibus hiſce naturalibus ſubiectum erat, & pro confeſſo ſtatuetur, obnoxium corruptioni fuiſſe: vel ſupra omnes adfectiones erat poſitum, quemadmodum oratione ſuperiori eſt declaratum. Itaque de incorruptibilitate ipſius minime dubitandum eſt, quum manifeſto pareat, interitui nulli reapſe ſubiectum fuiſſe.

Repetitio teſtimoniorum & rationum omnium.

Eodem modo, dilecte fili, corpus etiam Domini noſtri Ieſu Chriſti corruptibile fuiſſe fatemur ante paſſionem, quum adfectionibus naturalibus ſubiectum fuerit: ac rurſum poſt paſſionem & reſurrectionem incorruptibile. Nam adfectiones eiuſmodi prorſus depoſuit, ex mortuis ſuſcitatum. Qua ipſa de cauſſa nudum e ſepulcro exſiliit, relictis in eo cunctis ſepulcralibus exuuiis. Quippe iam factum incorruptibile, ceu diximus, non tegumenti vllius egebat. Quid multis verbis opus eſt? Si primus ille Adamus pariter mortalis erat, & immortalis: * ſi naturalibus adfectionibus obnoxius erat, vt multi opinantur: omnino neceſſarium eſt ſtatua-

* *Vide Notas.*

A γόρειος, ἡνίκα καὶ μᾶλλον εὕρηται τὸ τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ ῥητὸν ἐπεξηγούμενος, τὸ διαλαμβάνον οὕτως ἐν λέξεσι· τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον. καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον. λέγει γὰρ ὅτι, χειρὶ Θεοῦ πεποιημένος ἄνθρωπος, οὐχ ὃ νῦν ἐστι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἤγουν τρεπτὸς καὶ φθαρτός, τοῦτο ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἀλλ᾽ ὃ ποιηθήσεται ὕστερον, ἄτρεπτος δηλονότι καὶ ἄφθαρτος. εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ᾽ ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε, κατ᾽ εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ, καθά φησι Σολομών· εἴπερ οὖν ἔδειξε τὸ οἰκεῖον φιλότιμον μεταδοὺς αὐτῷ ψυχῆς νοερᾶς, ὥστε εἶναι καὶ ἀθάνατος εἰς τὸ διηνεκές, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησίν· εἴπερ οὖν ζωῆς B αἰωνίου ἀπόλαυσιν ἐχαρίσατο τῷ ἀνθρώπῳ κατ᾽ ἀρχὰς ὁ Θεός, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις τοῦ Ἀδὰμ ἄφθαρτος ἦν, ὡς ὁ Σιναΐτης φησὶ θεῖος Ἀναστάσιος. εἴπερ οὖν ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ κατ᾽ ἀρχὰς ὁ Θεὸς τὸ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον, ὡς ὁ θεῖος Ἀνδρέας εὕρηται λέγων. εἴπερ αὐτεξουσιότητι καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς βασιλέα πάντων τῶν ἐπιγείων κατέστησε, καθάπερ ὁ μακάριος φησὶ Βαρλαάμ· πῶς λοιπὸν θνητὸν αὐτὸν ὁμοῦ καὶ ἀθάνατον ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναι εἴπωμεν; ἀνένδεκτον ὡς οἶμαι τοῦτο καὶ λίαν ἐστί. καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἀνένδεκτον, εἴγε C καὶ ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος οὐκ ἐᾷ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου τοιαῦτα φαντάζεσθαι. παντὸς γὰρ ἐπικαλύμματος, καὶ περιβλήματος ἀνενδεᾶ τὸν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐκεῖνον εἰπὼν εἶναι, ἔδειξε προφανῶς, ὅτι στολὴν ἀθανασίας ἠμφιεσμένος ἦν ὁ πρῶτος ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος. ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτοις ἀντιλέγειν οὐ θεμιτόν. ἢ γὰρ ὑπέκειτο τὸ σῶμα ἐκεῖνο πάθεσι φυσικοῖς, καὶ φθαρτὸν ὁμολογουμένως ἦν. ἢ παθῶν παντοίων ὑπέρτερον ἦν, ὡς ὁ λόγος ἤδη διείληφε. καὶ περὶ ἀφθαρσίας ἀμφιβάλλειν οὐ χρή. φαίνεται γάρ, ὅτι φθορᾷ οἱαδήποτε μὴ ὑποκείμενον, ἀληθῶς ἄφθαρτον ἦν.

Ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἄφθαρτον ἔκτισαι παρὰ τοῦ Θεοῦ.

Οὕτω μὲν οὖν, ἀγαπητέ, καὶ τὸ σῶμα τοῦ κυ- D ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ φθαρτὸν ὡμολόγηται πρὸ τοῦ πάθους, ἐπειδὴ πάθεσι φυσικοῖς ὑπέκειτο, καὶ ἄφθαρτον αὖθις μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν. καὶ τοιαῦτα γὰρ ἀπέθετο πάθη παντάπασιν ἐκ νεκρῶν ἐγερθέν. ἐντεῦθεν τοι καὶ γυμνὸν ἐκ τάφου ἐξέθορεν, ἐκεῖσε παντάπασι καταλιπὼν τὰ ἐντάφια. καὶ γὰρ ἄφθαρτον, ὡς εἴρηται, γεγονός, ἐπικαλύμματος οἱουδήτινος οὐκ ἦν ἐνδεές. Ἀλλὰ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἴπερ οὖν ὁ πρῶτος ἐκεῖνος Ἀδὰμ θνητὸς ὁμοῦ καὶ ἀθάνατος ἦν. εἴπερ οὖν φυσικοῖς ὑπέκειτο πάθεσι, κατά γε τὴν τῶν πλειόνων ὑπόληψιν, ἀνάγκη πᾶσα

καὶ τὰ ἡμέτερα μετὰ ταῦτα τοιαύτης ἐπιτεύξεσθαι λήξεως, εἴπερ πρὸς ἐκεῖνον ἔχουσι τὴν πρὸς τὸν Ἀδὰμ δηλαδὴ τὴν ἐπάνοδον. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τούτοις τοιοῦτόν τι λέγειν οὐδίκαιον εἴγε καὶ πρὸ τοῦ λόγου πείθειν ἡμᾶς ἱκανὰ καὶ λίαν αὐτὰ τυγχάνει τὰ πράγματα. εἰ γὰρ ὁ φθορᾷ ὑποκείμενος οὗτος ἄνθρωπος χωννύμενος τῇ γῇ, καὶ σηπόμενος, ἄφθαρτος ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται καὶ ἀθάνατος. καὶ πιστοῖ τὸν λόγον ὁ μακάριος Παῦλος, οὕτω περὶ τούτου λέγων· σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. εὔδηλον πάντως, ὅτι καὶ ὁ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἐκεῖνος Ἀδὰμ τοιοῦτος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἄφθαρτος δηλαδὴ καὶ ἀθάνατος. καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν, εἴγε καὶ σπέρμα τῇ γῇ καταβαλλόμενον τοιοῦτον ἀναδιδόναι εἴωθεν, ὁποῖον ἄρα καὶ πρότερον ἐτύγχανεν εἶναι. εἴτε γὰρ σίτου κόκκον εἴποις, εἴτε κρίθης, εἰ ἕτερον σπέρμα οἱονδήποτε, ἐκεῖσε πάντως ἐπανέρχεσθαι πέφυκεν, ὅθεν δηλονότι ἐκπέπτωκεν.

Ἀλλὰ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα. ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀποδεῖξαι θέλων, ὅτι ἐξ ἀφθάρτου φθαρτοὶ γεγόναμεν, καὶ ὅτι ἀπὸ φθαρτοῦ πάλιν ἄφθαρτοι ἀνιστάμεθα, τῷ τοῦ κόκκου ὑποδείγματι καὶ μάλα προσφυῶς ἐχρήσατο, πρὸς Ἀντίοχον οὕτως εἰπών· ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κόκκου στάχυν ἐποίησεν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεός, τοῦ δὲ στάχυος συντριβέντος γέγονεν ὁ κόκκος, καὶ πάλιν ὁ κόκκος σπειρόμενος ἀναβλαστάνει στάχυν· οὕτως ὑπὸ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος γέγονεν ἄφθαρτος, εἶτα δὲ διὰ τῆς παρακοῆς συνετρίβη καὶ φθορᾷ περιέπεσε. σπειρόμενος δὲ διὰ τοῦ θανάτου, καὶ τῇ γῇ καταχωννύμενος, ἀναβλαστάνει, καὶ γίνεται, ὥσπερ ἦν, ἄφθαρτος ἀπ' ἀρχῆς. καὶ μή μοι λέγε, ὡς εἴγε τέως ἀθάνατος ἦν, πῶς ὑπέπεσε μετὰ ταῦτα φθορᾷ καὶ θνητότητι; ἄφες τὸ πῶς. Θεὸς ἦν ὁ εἰπών· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. καὶ σὺ λέγεις ὅτι, πῶς ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός; ἄφες καὶ πῶς.

Ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῷ εἰς τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδὰμ λόγῳ αὐτοῦ, τὴν ἀπορίαν ἐπιλύσει σοι ταύτην, οὕτω λέγων· παρέβη τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδάμ, ἔφαγεν ἀφ' οὗ παρηγγέλθη μὴ φαγεῖν· καὶ τούτου χάριν ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός· ἄφες τὸ πῶς, ἵνα μὴ καὶ ἐπὶ τῷδε τῷ θνητῷ σώματι πλείονι συσχεθεὶς ἀπορίᾳ, πῶς ἀναστήσεται, λέγων, ἀθάνατον ἐκ νεκρῶν, εἴγε θνητόν ἐστι καὶ φθαρτόν; ὁ γὰρ ἀμφιβάλλων ἐπ' ἐκείνῳ, πῶς ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός, ἐξ ἀνάγκης ἂν ἀπορήσειε καὶ ἐπὶ τούτῳ. οὐκοῦν ἄφες τὸ πῶς. ὁ Θεὸς ὅπου, ἐκεῖσε χώραν οὐκ ἔχει τὸ πῶς. ἔπλασε μὲν γὰρ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός, ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων πάντων κατέστησε, διηνεκῆ δὲ δέδωκε

A mus, nostra quoque corpora deinceps conditionis eiusdem futura, si quidem ad statum primi illius Adami reuertentur. Id vero dici nefas fuerit, quando etiam oratione deficiente fidem facere nobis ipsæ res abunde possunt. Quippe si homo hic obnoxius interitui, posteaquam defossus in terram fuerit, & computruerit, incorruptibilis & immortalis ex mortuis suscitatur, beato Paulo hoc ipsum verbis hisce comprobante, Seritur in mortalitate, suscitatur in immortalitate: *1. Cor. 15. 42.* clarissime patet, etiam Adamum ante peccatum talem ab initio fuisse, nimirum incorruptibilem & immortalem. Neque mirum hoc tibi videatur, quando etiam coniectum in terram semen, tale con-
B sueuit oriri, quale prius erat. Nam siue tritici granum appelles, siue hordei, siue aliud quoduis semen, illud ipsum e terra prodit, quod in eam coniectum fuerat.

Hæc fabulosa tibi nequaquam videantur. Etenim magnus etiam Athanasius ille *Athanasius ad Antiochum.* probare volens, nos ex incorruptibili natura corruptibiles factos esse, ac vicissim ex corruptibili resurrecturos incorruptibiles, grani similitudine quam aptissime vsus est, in hunc modum ad Antiochum disserens: Quemadmodū grano spicam ab initio Deus adiunxit, & contrita spica granum consitum, rursus spicam producit: sic homo diuinitus incorruptibilis factus est, deinde
C per inobedientiam attritus interiit. Verum vbi per mortem seritur, & terra defoditur, repullulat & incorruptibilis fit, qualis ab initio erat. Noli hoc loco mihi obiicere: Si erat antea immortalis, quo pacto deinceps interitui mortalitatique factus est obnoxius? Hanc tu mihi vocem, quo pacto, missam facito. Nam Deus erat, qui dixerat: *Gen. 2. 17.* Quocumque die vescemini hac arbore, morte multabimini. Et audes tu mihi obiicere, quo pacto mortalis factus sit, qui immortalis erat? Desine, quo pacto, interrogare.

Ioannes ille Chrysostomus in oratione *Chrysostomi oratio de Adami exsilio.* sua de Adami exsilio dubitationem hanc tibi soluet. Transgressus est, inquit mandatū
D Adamus, comedit a quo iussus erat abstinere: propterea qui immortalis erat, mortalis factus est. Quonam id pacto percunctari desine, ne forte de hoc mortali corpore magis etiam hęsites, & quonā pacto resurrecturum sit ex mortuis immortale quæras, cum mortale sit & corruptibile. Nam qui de eo dubitat, quo pacto qui immortalis erat, mortalis factus sit: necessario de hoc etiam dubitauerit, nec resuscitationem ipsius ex mortuis facile admittendam existimauerit. Quamobrem illud tuum, quo pacto, missum facito. Vbi Deus, ibi quo pacto locum non habet. Condidit enim Deus hominum ad statum interitus expertem, omnium terrestrium principem constituit, perpetuam ei largitus

est immortalitatem, vti supra declaratum est, ipsum denique quod attinet, habiturus hanc erat homo sæculis æternis, quum munera Dei sint irreuocabilia: sed quia videbat eum ad peccatum delabi, ac propterea sublimi illo vitæ genere, quod Angelorum vitæ par erat, excidere: ipso concedente mors aduersus eum occasionẽ arripit. Quippe ne quidem expediebat, hominem ex eo tempore immortalem esse. Nam nisi tale quiddam accidisset, nisi condonatio deinceps facta fuisset ex beneuolentia, ne malum perpetuum foret: nequaquam permisisset Deus, vt mors ad hominem primum, in statu experte interitus conditum ad imaginem æternitatis Dei accederet: nec corpus illud supra mortem & interitum omnem prius positum, corruptioni factum fuisset obnoxium. Quæ quum ita sint, quo tandem pacto dicemus eum mortalem pariter, & immortalem esse conditum a Deo? Quanquam enim non seruato mandato, sibi præscripto, in mortem incidit, tamen hoc ipsum referri debere ad posteriorem illam administrationem, vti superius indicatum est, reperiemus: si quidem seriei sacrarum litterarum aduertere animum volemus. Non enim tum, quum conderet hominem Deus, vt antea dicebamus, his ad ipsum verbis vsus est: Quacumque die vescemini hac arbore, morte multabimini: sed aliquanto post eius creationem interiecto tempore. Posteaquam enim regem ipsum constituerat, posteaquam animalia cuncta deduxerat ad eum, posteaquam diuinum de ipso consilium ad exitum perductum erat: tum demum hac eum voce compellat. Simul aduersus ipsum id temporis mors locum inuenit. Quamobrem hoc? ne si mansisset immortalis post transgressionem, necessario peccatum quoque cum ipso sine fine maneret.

Gen. 2.17.

Vide Notas.

Et vero immortalem futurum fuisse hominem etiam post peccatum, nisi dispensatio diuina quædam accessisset, ne ipsi quoque perpetuis pœnis subiiceremur, vt Angelis lapsis accidit: diuinus ille vir, Gregorius antistes Nyssenus ostendit. Posteaquam, ait, homines illi principes vetita commiserunt, ac beatitate sua nudati sunt: pelliceis tunicis, hoc est, animalium mortalitate, certo quodam consilio & dispensatione Deus naturam ad immortalitatem conditam induit, ne malum perpetuo duraret. Quibus in verbis præclare dictum, fecisse Deum hoc certo quodam consilio & dispensatione. Nam sollicitus de nobis, ne forte perpetuo peccaremus, neu tristis hæc & ærumnosa vita duraret æternum, vti Ioannes etiam Chrysostomus inquit: morti potestatem facit immortalem inuadendi, atque hoc modo mortalis fit, qui immortalis erat, & corruptibilis, qui nulli erat interitui obnoxius.

Gregorius Nyssenus.

Chrysostomus.

τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ, καθάπερ ἄνω διείληπται· καὶ εἶχε μὲν εἰς αἰῶνας οὕτω κατ' αὐτόν· ὅτι καὶ ἀμεταμέλητα τὰ θεῖα χαρίσματα. ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς ἁμαρτίαν αὐτὸν ἑώρα κατολισθαίνοντα, κἀντεῦθεν ἐκπίπτοντα τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης καὶ ἰσαγγέλου διαγωγῆς, παραχωρεῖ διὰ τοῦτο καὶ λαμβάνει κατ' αὐτοῦ χώραν ὁ θάνατος, ὅτι μηδὲ συνέφερεν ἔκτοτε διηνεκῆ προσεῖναι τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ. καὶ γὰρ εἰ μὴ γέγονέ τι τοιοῦτον, εἰ μὴ συγχώρησις ἐκεῖθεν ἐδίδοτο φιλανθρωπίας ἕνεκεν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακὸν, οὐκ ἂν ἐκείνῳ τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ, τῷ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντι κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ, προσήγγισε θάνατος· οὐκ ἂν ὑπέπεσε φθορᾷ τὸ σῶμα ἐκεῖνο τὸ φθορᾶς καὶ θανάτου ἄμεινον ὑπάρχον τὸ πρότερον. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς ἀθάνατον αὐτὸν ὁμοῦ καὶ θνητὸν ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναι εἴπωμεν; εἰ γὰρ καὶ θανάτῳ ὑπέπεσε, μὴ φυλάξας τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολὴν, ἀλλ' ὕστατον τῆς οἰκονομίας, ὡς ἤδη προείρηται, τοῦτο πάντες εὑρήσομεν. εἴγε τῇ ἀκολουθίᾳ προσέχειν αἱρούμεθα τῆς ἁγίας γραφῆς. οὐδὲ γὰρ ὅτε παρήγαγε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ὡς ἄνω διείληπται, τότε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. ἀλλὰ πολλῷ μετὰ τὴν αὐτοῦ παραγωγὴν ὕστερον. μετὰ γὰρ τὸ καθίσαι βασιλέα, μετὰ τὸ ἀναχθῆναι τὰ ζῶα πρὸς αὐτὸν, μετὰ τὸ εἰς πέρας ἐπ' αὐτῷ δέξασθαι τὰ τῆς θείας βουλῆς, τότε πρὸς αὐτὸν ἡ τοιαύτη γέγονε θεία φωνή. τότε δὴ τότε καὶ χώραν ὁ θάνατος ἐλάμβανε κατ' αὐτοῦ. διὰ τί δὲ ταῦτα, καὶ τίνος ἕνεκεν; ἵνα μὴ ἀθανάτου μείναντος αὐτοῦ μετὰ τὴν παράβασιν, μείνῃ σὺν αὐτῷ καὶ τὸ κακὸν ἐξ ἀνάγκης ἀθάνατον.

Περὶ θανάτου.

Ὅτι δὲ ἀθάνατος ἔμελλε μεῖναι μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ γέγονέ τις οἰκονομία θεία, ὥστε μὴ καὶ ἡμᾶς ἀθάνατα πάσχειν κατὰ τοὺς ἐκπεσόντας ἀγγέλους, ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος τοῖς ἀμαθέσι δίδωσι τέως ἡμῖν ἐννοεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἀπηγορευμένοις, φησὶ, γεγόνασιν οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, καὶ τῆς μακαριότητος ἐκείνης ἀπεγυμνώθησαν, χιτῶνας δερματίνους, ἤγουν τὴν ἀπὸ τῶν ζώων νεκρότητα, οἰκονομικῶς ἐνέθηκε τῇ εἰς ἀθανασίαν κτισθείσῃ φύσει, ἵνα μὴ τὸ κακὸν ἀθάνατον ᾖ. καλῶς δὲ εἶπεν οἰκονομικῶς ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ. κηδόμενος γὰρ ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν ἀθάνατα, καὶ ὥστε μὴ συμπαραμένειν εἰς αἰῶνας τῇ ἐπωδύνῳ ταύτῃ καὶ μοχθηρᾷ βιοτῇ, καθὰ δὴ καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησι, παραχωρεῖ τῷ θανάτῳ κατὰ τοῦ ἀθανάτου χωρῆσαι, καὶ γέγονε τούτῳ τῷ τρόπῳ θνητὸς ὁ ἀθάνατος, καὶ φθαρτὸς ὁμοίως ὁ ἄφθαρτος.

καὶ πειθέτω ἡμᾶς ἐπιπλέον ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω περὶ τούτου λέγων. Οὐκ ἐκώλυσε δὲ τὸν θάνατον ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἡμῖν τὴν ἀῤῥωστίαν τηρήσῃ. ἐπὶ κέρδει λοιπὸν ὁ θάνατος, καὶ ἐπ' εὐεργεσίαν ἡ τιμωρία δίδοται, κατὰ τὸν ἐν θεολογίᾳ μέγαν Γρηγόριον. ἐφ' ᾧ καὶ σκυθρωπάζειν ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. εἰ γὰρ καὶ εἰς γῆν ὅθεν ἐλήφθημεν ἀποστρεφόμεθα, κατὰ τὴν ἀρὰν ἐκείνην τὴν οὕτω λέγουσαν. γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ἀλλ' ἐκεῖθεν, ὡς ὁ χρυσοῤῥήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ αὖθις ἀναλαμβανόμεθα, κἀντεῦθεν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταστοιχειούμεθα, καὶ τοιοῦτοι γινόμεθα πάλιν, ὁποῖοι καὶ πρότερον ἦμεν, τουτέστιν ἄφθαρτοι καὶ ἀθάνατοι.

Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐ δίκαιον, εἴγε καὶ μᾶλλον οἱ θεῖοι πατέρες οὐδὲν ἡμῖν ἕτερον ἐπαγγέλλεσθαι λέγουσι τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἢ τὴν πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν. καὶ προάγες, εἰ βούλει, περὶ τῶν ἄλλων τῷ θειοτάτῳ Ἀναστασίῳ περὶ τούτων οὕτως λέγοντι· καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. πρώτη ποίησις αὕτη, ἁπλῆ, ἄζυγος, ἄφθαρτος· πρὸς ἣν δὴ ποίησιν ἀφορᾷ καὶ ἡ τῶν σωμάτων ἀνάστασις. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; ἡ ἐν εὐαγγελίοις τοῦ πλανωμένου προβάτου παραβολὴ, καὶ ἡ τῆς ἀπολλυμένης ὡσαύτως δραχμῆς, αὐτὴν ὑπεμφαίνουσι πάντως τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ πλάνην καὶ ἔκπτωσιν, καὶ τὴν εἰς τὸ πάλιν ἐπιστροφὴν καὶ ἀνάκλησιν. ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ κλίνας οὐρανοὺς ὁ Θεὸς, καταβέβηκε, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, ἵνα τοὺς ἐκπεσόντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν καὶ πρώτην ἐπαναγάγῃ τιμήν. καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐπιστρέψας ὁ ἄσωτος ἤκουσεν· ἐνδύσατε αὐτὸν τὴν πρώτην στολήν. εἰ δὲ καὶ λέγουσί τινες, πλασθῆναι μὲν ἀθάνατον ὑπὸ Θεοῦ τὸν Ἀδὰμ, δυνάμει δὲ θνητὸν εἶναι, τουτέστι δύνασθαι θνητότητι περιπεσεῖν αὐτὸν, εἴγε μὴ φύλαξ ἔσοιτο τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς. δεχόμεθα μὲν τὸν λόγον αὐτῶν, εὐπαράδεκτος γὰρ εἶναι δοκεῖ, καὶ μάλιστα τοῖς μὴ θέλουσι τὰς τῶν ἁγίων πατέρων ἐμμελετᾶν γραφαῖς. πάσχειν δὲ ὅλως αὐτὸν, τουτέστιν οἱαδήτινι φυσικῷ πάθει πρὸ τῆς παραβάσεως ὑποκεῖσθαι, οὐδαμοῦ τοῦτο καταδεχόμεθα. πῶς γὰρ, εἴγε τινὰ τῶν ἁγίων πατέρων τοιοῦτόν τι περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου διεξιόντα οὐχ εὕρομεν; μᾶλλον μὲν οὖν ἀπαθῆ λέγουσι τὸν τοιοῦτον εἶναι, καὶ σωματικῶν πασῶν ὑπέρτερον ἀνάγκης.

Αὐτίκα γὰρ ὁ θεῖος Ἰωάννης Δαμασκηνὸς ἄκραν ἔχειν ἀπάθειαν τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως ἄνθρωπον ἔλεγε. πεῖνα γὰρ καὶ δίψα, κόπος καὶ ὕπνος καὶ ἱδρὼς, ὡς

A Idem nobis etiam Baſilius perſuadeat, cuius hæc verba ſunt: Mortem Deus non prohibuit, ne infirmitas ac morbus ille noſter æternum duraret. Quo fit, vt in lucro mors poni debeat, & hæc pœna beneficii loco haberi, quemadmodum Gregorius ille cognomento Theologus ſcripſit: adeoque nos iccirco mœrere non conuenit. Quamuis enim in terram, vnde ſumpti ſumus, reuertimur, iuxta imprecationem illam Dei: Terra es, & in terram redibis: tamen indidem, vti Chryſoſtomus ſcripſit, ſuſcitamur, ac meliorem ad conditionem transformamur, ita vt tales rurſum euadamus, quales eramus prius, hoc eſt, interitus expertes & immortales. *Baſilius.* *Gregorius Nazianzenus.* *Gen. 3. 19.* *Chryſoſtomus.*

B Nihil igitur heic hæſitandum, quando patres illi diuini reſurrectionem ex mortuis nihil aliud nobis polliceri tradunt, quam lapſorum in integrum & conditionem priſtinam reſtitutionem. Vide, ſi placet, quid præ cæteris diuinus ille vir Anaſtaſius in hac parte dicat: Fecit, inquit, hominem Deus, & quidem eum ad imaginem Dei fecit. Hæc prima hominis creatio fuit, ſimplex, expers coniugii, expers interitus: ad quam creationem corporum reſurrectio reſpicit, vti quæ ſit lapſorum ad priſtina reuerſio. Quid multa proferri opus eſt? Expoſita in Euangeliis de oue aberrante ſimilitudo, itidemque altera de drachma perdita, prorſus ipſam hominis tam deer- C rationem atque lapſum, quam ad priſtinum ſtatum reuerſionem declarant. Nam illam ob cauſſam relictis cœlis Deus in terram deſcendit, & homo factus eſt: vt nos, qui lapſi eramus, ad priſtinum adeoque primum illum honorem reduceret. Cæteroqui reuerſus filius ille prodigus, non audiſſet: Induite ipſum priore ſtola. Quod ſi qui dicunt, Adamum quidem a Deo conditum fuiſſe immortalem, verum nihilominus talem exſtitiſſe, qui mortalis eſſe poſſet, hoc eſt, qui mortalitati poſſet obnoxius fieri, ſiquidem mandatum ſibi præſcriptum non obſeruaret: hanc nos quidem ipſorum orationem admittimus, vtque admitti poſſe videatur, præſertim iis, qui altius ſacro- D rum Patrum ſcripta perueſtigare nolunt: non tamen eum quidquam fuiſſe paſſum, id eſt, vlli adfectioni naturali ante transgreſſionem ſubiectum fuiſſe, concedimus. Quo enim id pacto concederemus? quum tale quiddam de Adamo traditum ab vllo ſanctorum Patrum, nuſquam reperiamus. Quin potius aiunt eum adfectionum expertem fuiſſe, ſupraque cunctas neceſſitates corporales poſitum. *Anaſtaſius Sinaita.* *Luc. 15. 8.* *Luc 15. 22.*

Primum diuinus vir, Ioannes ille Damaſcenus, hominẽ ante lapſũ dicit ab adfectionibus vniuerſis immunitate ſumma præditũ fuiſſe. Nam fames, ſitis, fatigatio, ſomnus & ſudor, quemadmodum tradit idem capite *Ioan. Damaſcenus.*

LXIV, post transgressionem primum vitam humanam inuaserunt. *Anastasius Sinaita.* Præter hunc Anastasius Sinaites in oratione sua de resurrectione, has expertes vitii, quæque vituperari non merentur adfectiones, vna cum peccato exortas in nobis vna cum pelliceæ tunicæ amictu dicit. Etenim illa naturæ rationis participi, tanquam brutis animalibus, naturaliter non adhærebat: sed deinceps accessit, vt ei pœnæ loco foret, qui quum esset in honore, animum tamen non aduertit: quo per ipsam scilicet admoneretur, quibus bonis excidisset. *Chrysostomus.* Ioannes item Chrysostomus ostendens hominem primum expertem adfectionum fuisse, verbis hisce vtitur: Considera mihi beatitatis abundantiam, quo pacto supra res corporeas omnes positi fuerint homines illi principe loco formati a Deo: quo pacto terram sic incoluerint, ac si cœlum incolerent, quo pacto in corporibus existentes, quæ propria corporum sunt non pertulerint. Nec enim vel tecto vel laqueari, vel indumentis, vel alia quapiam tali re indigebant. *Gregorius Nazianzenus.* Consimiliter Gregorius ille Theologus hominem primum nec tegumento, nec vestitu indiguisse dicit. Habebat enim corpus, quod neque frigori, nec æstui foret obnoxium. quippe si eiusmodi quæpiam adfectio læsisset ipsum, etiam necessario tam tegumento, quam vestitu indiguisset. de quo colligitur, diuinum hunc virum existimasse, nihil omnino tale vllo pacto corpus illud hominis primi perpessum esse. Imo tradit idem, Adamum carnem hanc crassiorem & morti obnoxiam, a qua ipsa proficiscuntur huiusmodi adfectiones, vna cum amictu pelliceæ tunicæ induisse. Quo indicare voluit, ante amictum eiusmodi, fuisse hominem adfectionum expertem: vt qui carne subtiliore, immortali, & incorruptibili prius indutus esset. quæ voces exhibere tibi molestiæ nihil debent. Nam de Chrysostomi sententia, corpus illud ab interitu erat immune: quam ob causam merito incorruptibile dicitur. Quod si erat incorruptibile, planum est, etiam immortale fuisse. Nam quum morbi atque mortes tam ex abundantia, quam defectu quatuor humorum oriri consueuerint, adsentiente nobis in hoc ipso etiam Chrysostomo; & vero corpus Adami expers adfectionum fuerit, eodem modo scilicet adfectum perpetuo: (non enim mutationem vllam admittebat, quod in nobis vsuuenire cernimus, tanquam supra omnes adfectiones positum) perspicuum prorsus est, etiam particeps immortalitatis fuisse, quemadmodum iam multoties est indicatum. Et fuisse hominem id temporis supra omnes adfectiones positum, *Basilius.* magnus ille Basilius in Asceticis suis ostendit, vbi ad verbum hæc exstant: Quemadmo-

A ὁ θεῖος ἐστὶν ἀνὴρ ἐν ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ λέγων εὕρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν. ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ, τὰ ἀδιάβλητα ταῦτα πάθη τῇ τῆς κακίας εἰσόδῳ συνεπακολουθῆσαι ἡμῖν ἔλεγεν, ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ. οὐδὲ γὰρ συμπεφυκὼς οὕτως τῇ λογικῇ φύσει κατὰ τοῖς ἀλόγοις ἐγένετο. ἀλλ' ὕστερον ἐπετέθη, κολάζων ἐκεῖνον τὸν ἐν τιμῇ μὲν ὄντα, μὴ συνιέντα δέ· κἀντεῦθεν εἰς ὑπόμνησιν ἄγων ὧν ἐξέπεσεν ἀγαθῶν. ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης τὸ τοῦ πρώτου B παριστῶν ἀπαθὲς, ἔλεγεν. ἐννόησόν μοι μακαριότητος ὑπερβολήν, πῶς ἀνώτεροι πάντων τῶν σωματικῶν οἱ πρωτόπλαστοι ἦσαν· πῶς καθάπερ τὸν οὐρανόν, οὕτω τὴν γῆν ᾤκουν, καὶ ἐν σώματι τυγχάνοντες, τὰ τῶν ἀσωμάτων οὐχ ὑπέμειναν. οὔτε γὰρ στέγης, οὔτε ὀρόφου, οὔτε ἱματίων, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἐδέοντο, ἀλλὰ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἐπικαλύμματος καὶ περιβλήματος μὴ δέεσθαι λέγων τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον, τὰ αὐτὰ τῷ χρυσορρήμονι πάντως ἐνέφηνε. σῶμα γὰρ μήτε κρυμοῖς ὑποπίπτον, μήτε θάλπεσιν. εἰ γὰρ ἐλύπει τοιοῦτόν τι πάθος αὐτό, καὶ σκεπάσματος ἂν ἐξ ἀνάγκης καὶ C περιβλήματος ἐπιδεὲς ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸν πάσχειν ᾠήθη κατά τι ὁ θεῖος ἐστὶν ἀνήρ. εἴγε καὶ μᾶλλον τὴν παχυτέραν σάρκα καὶ θνητήν, ἀφ' ἧς ἄρα καὶ τὸ πάσχειν ἡμῖν, ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ τὸν Ἀδὰμ ἐνδύσασθαι ἔλεγεν. ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι πρὸ τῆς τοιαύτης περιβολῆς ἀπαθὴς ὁ ἄνθρωπος ἦν, ἅτε δὴ σάρκα λεπτοτέραν ἐνδεδυμένος, ἀθάνατόν τε καὶ ἄφθαρτον. ἀλλ' ἐπὶ ταύταις ταῖς λέξεσι χαλεπαίνειν οὐ χρή. κατὰ γὰρ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην, πάσης ἀπήλλακτο τὸ σῶμα ἐκεῖνο φθορᾶς. ἐφ' ᾧ καὶ ἄφθαρτον αὐτὸ δικαίως ὁ λόγος ἐκάλεσεν. εἰ δὲ ἄφθαρτον, εὔδηλον ὅτι D καὶ ἀθάνατον ἦν. εἰ γὰρ ἐπάγεσθαι εἰώθασι καὶ νόσοι καὶ θάνατοι ἔκ τε πλεονεξίας καὶ ἐλλείψεως τῶν τεσσάρων χυμῶν, καθὰ δὴ τῷ χρυσορρήμονι δοκεῖ, τὸ δέ γε σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐν ἀπαθείᾳ διῆγε, καὶ ὡσαύτως εἶχεν ἀεί. οὐδὲ γὰρ ἀλλοίωσιν ἐδέχετο τινὰ παραπλησίως ἡμῖν, ἅτε δὴ παθῶν παντοίων ὑπέρτερον ὄν. φαίνεται πάντως ὅτι καὶ ἀθανασίας ὑπῆρχε μέτοχον, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν. Ὅτι δὲ φυσικῶν παθῶν ἀνώτερος ὁ ἄνθρωπος ἦν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καὶ ὁ μέγας ἔδειξε Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὑτωσί.

ὥσπερ εἰ ἦμεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, οὐκ ἂν ἐπινοίας καὶ μόχθου γεωργικοῦ προσεδεήθημεν. οὕτως εἰ ἦμεν ἐν ἀπαθείᾳ κατ' ἐκεῖνο τὸ πρὸ τοῦ παραπτώματος ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα, οὐδενὸς ἂν τῆς ἐξ ἰατρικῆς πρὸς παραμυθίαν ἐχρήζομεν. εἴπερ οὖν ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα εἶχε πρὸ τοῦ παραπτώματος ἀπαθείας ὁ ἄνθρωπος...... ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Μάξιμος τὰ πάθη ταῦτα, λύπην, ἡδονήν, ἐπιθυμίαν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πρόσεστι τήμερον, ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων ἔλεγε μοίρας ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἰσδραμεῖν. ἐπεὶ γὰρ ὁμοιωθῆναι κατεδικάσθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι κατὰ γένεσιν, ἐκεῖθεν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ πάθη ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. οὐδὲ γὰρ προηγουμένως συνεκτίσθη ταῦτα τῷ ἀνθρώπῳ, καθὼς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ἔλεγεν. διὰ δὲ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν ὑπεισῆλθε τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς εἴπωμεν ἐν αὐτῇ τῇ τελειότητι πάσχειν ὅλως τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἄνθρωπον; δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν, ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως οἱῳδήτινι φυσικῷ οὐχ ὑπέκειτο πάθει ὁ ἄνθρωπος, ἅτε δὴ τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιρῶν. εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔπασχεν; εἰ γὰρ ἔπασχεν, καὶ θνητῆς ἂν ἐξ ἀνάγκης φύσεως ἦν καὶ φθαρτῆς. ἀλλ' ἡμᾶς οὕτω φρονεῖν ἐπὶ τούτοις κωλύει μὲν καὶ ὁ τῶν διαλαμφθέντων ἁγίων χορός.

Κωλύει δὲ πλέον καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα σύνοδος ἐν ἑκατοστῷ ἐννάτῳ κανόνι αὐτῆς οὕτω λέγουσα. εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθοράν, ἤτω ἀνάθεμα. ταύτῃ τοι καὶ παράγειν ἐνταῦθα τὸν θεολόγον Γρηγόριον οὐκ εὐπρεπὲς ἡμῖν οὐδὲ ὅσιον ἥγηται. εἰ γὰρ καὶ λέγειν ἔοικε τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον ἐπίγειον εἶναι τὸ σῶμα, καὶ οὐράνιον τὴν ψυχήν, πρόσκαιρον ὁμοίως καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον μεγέθους, καὶ ταπεινότητος, πνεῦμα καὶ σάρκα τὸν αὐτόν. τὸ μὲν ἵνα μένῃ καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην· τὸ δὲ, ἵνα πάσχῃ, καὶ πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος. ἀλλ' οὐχ οὕτω δοκεῖ περὶ τούτου καὶ ἡμῖν. ὅτι μηδὲ τὰ θεῖα ταῦτα ῥητὰ τοῦ πρώτου χάριν ἀνθρώπου λελέχθαι νομίζομεν. πῶς γὰρ, εἴγε καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ θεολόγου λέγοντες ἀλλαχοῦ κατὰ λέξιν οὕτως ἠκούσαμεν.

A dum si essemus in paradiso deliciarum, non vel consideratione vel labore agricultionis indigeremus. ita si essemus in statu adfectionum experte, secundum illam gratiam, quæ nobis erat ante lapsum in creatione concessa, nihil arte medica nostrum ad vsum egeremus. Quod si ergo gratiam hanc ante lapsum in creatione habuit homo, quo tandem ore dicemus, eum vlli adfectioni naturali obnoxium id temporis fuisse, quum prorsus expers adfectionum foret? Quinetiam magnus ille Maximus adfectiones hasce, mœstitiam, voluptatem, appetitum, aliasque tales, quæ hodie insunt humanæ naturæ, de sorte brutorum in hominem traslatas esse dicit. *Maximi locus.*

B Posteaquam enim condemnatus est, vt ortu brutis iumentis consimilis sit, necessario quoque tales adfectiones inde nactus est. Non enim illæ prius erant in homine conditæ, quemadmodum diuinus hic vir in iis, quæ ad Thalassium scripsit, inquit: sed propter amissionem perfectionis furtim velut ingressæ sunt, parti naturæ nostræ magis aliquanto brutæ adhærescentes. Quæ quum ita sint, qui dicemus, in ipsa perfectione primum illum hominem huiusmodi quidquam perpessum esse? Quapropter multis iam demonstratum est, ante transgressionem nulli prorsus adfectioni naturali hominem obnoxium fuisse, vt

C qui concessæ per gratiam immortalitatis minime fuerit expers. Quo posito, qui pati vel adfici potuit? Nam si passus est, etiam necessario naturam mortalem ac interitui obnoxiam habebat.

Enimuero ne hac in parte sic sentiamus, non modo sanctorum hominũ a nobis indicatorum cœtus vetat, sed etiam Synodus illa, quæ Carthagine conuenit. Eius enim hæc verba sunt, canone CIX: Si quis dicit, Adamum a Deo cõditum esse mortalem, ac non post peccatum prolapsum esse in interitum, exsecrabilis esto. Quo fit, vt minime mihi vel cõuenire, vel pium esse videatur, ad conuellendã hanc sententiam Gregorii Theo- *Concilii Carthaginensis verba.*

D logi verba producere. Quanquam enim is dicere videtur, hominem illum principem fuisse terrenum corpore, cœlestem animo: caducum pariter, & immortalem: adspectabilem, & intellectilem: medium inter magnitudinem & humilitatem: eumdem tam spiritum, quam carnem: spiritũ propter gratiam, carnem ob superbiam: illud quidem vt maneat, suumque benefactorem celebret: hoc vero vt patiatur, ac patiens commonefiat, propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac erudiatur: non tamen ita nos statuendũ esse censemus, quando diuina istæc verba nequaquã debere primum ad hominem referri existimamus. qui enim hoc faciamus? quum Theologũ ipsum alibi audiamus ad verbum ita loquentem: *Exstat locus in oratione de Christi natiuitate.*

Quandoquidem ob inuidiam diaboli mors ingessa est mundum, hominemque dolo circumscripsit: iccirco Deus homo factus passione nostra vexatur & adficitur. Quæ sane verba considerari attente cupio. Nam si mors (vti noster hic Theologus loquitur) hominem dolo circumscripsit atque surripuit, omnino paret existimasse diuinum hunc virum ante fraudem illam corporis etiam ratione hominem immortalem fuisse. Quod si demus, quo tandem pacto dixit: Vt patiatur, & patiens commonefiat, propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac erudiatur? Quippe quod est immortale, nequaquam sic comparatum est, vt vllo modo pati possit. Quid multis verbis opus est? si passionibus homo fuit ante peccatum obnoxius, etiam necessario sequitur eum fuisse fluxum & caducum: si fluxus erat, perspicue patet mortalem quoque fuisse: si erat mortalis ab initio, restat interitum atque mortem ex inobedientia non esse ortam. Id vero, mea quidem opinione, nemo rationis compos dixerit: quando sic sentientes indicata Synodus exsecrationi subiicit. Quod si Gregorius Adamum ante transgressionem putabat caducum fuisse, qui fit vt ei deinceps mortem lucri cuiusdam instar accessisse dicat? sic enim loquitur: Ne malum perpetuum foret, Adamo Deus concessit, vt per mortem extingueretur. Quæ ipsa quoque verba considerari attentius merentur. Nam ex eis apparet, fuisse hominem ante peccatum immortalem. Qui enim malum perpetuum futurum erat, si homo post deceptionem non eodem modo, quo prius, victurus erat in immortalitate: Itaque permittitur immortali, ceu iam ante diximus, vt per mortem interiret, ne malum perpetuum foret: quod ipsum Gregorius etiam lucrum appellauit. Nolim vero te hac disputatione perturbari. Nam si Adamus tam ante transgressionem, quam post eam mortalis erat: quando tandem supplicio mortis est adfectus? quando pelliceas illas tunicas induit? Quapropter intelligi non obscure potest, Gregorium de communi hominum natura disserentem, dixisse hominem corpore caducum, animo immortalem esse. Nam eo respiciens, ait ipsum pati commonefactionis castigationisque caussa. Cæteroqui vero qui passionibus obnoxium esse corpus illud potuisset, quod tegumento vestituque nullo indigebat? hoc ipso nobis argumentum suppeditante, quod passionum expers fuerit. Itaque non conuenit hac in parte quemquam nobis diutius aduersari. Si enim caducus fuisset ab initio, si ante peccatum mortalis: non eximius ille Paulus mortem esse peccati stipendium dixisset: quibus verbis significauit, hominem ante peccatum fuisse immortalem. Quod

Rom. 6, 23.

A ἐπεὶ δὲ φθόνῳ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ ὕφειλε διὰ τῆς ἀπάτης τὸν ἄνθρωπον, διὰ τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ πάθει Θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος. ἀλλὰ προσέχειν ἐνταῦθα παρακαλῶ. εἰ γὰρ ὕφειλε τὸν ἄνθρωπον, ὡς ὁ θεολόγος φησὶ, διὰ τῆς ἀπάτης ὁ θάνατος, φαίνεται πάντως ὅτι πρὸ τῆς ἀπάτης ἀθάνατον εἶχε κατὰ τὸ σῶμα τὸν ἄνθρωπον ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ. εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔλεγεν· ἵνα πάθῃ, καὶ πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται; τὸ γὰρ ἀθάνατον οἵῳ δή τινι τρόπῳ πάσχειν οὐ πέφυκε. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, εἴγε καὶ πάθεσιν ὑπέκυπτε πρὸς τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος, B καὶ ῥευστὸς ἐξ ἀνάγκης ἦν; εἰ δὲ ῥευστὸς ἐκεῖνος, εὔδηλον ὅτι καὶ θνητός. εἰ δὲ θνητὸς ἀπ' ἀρχῆς ἦν, οὐ διὰ παρακοῆς λοιπὸν ἥ, τε φθορὰ καὶ ὁ θάνατος. ἀλλ' οὐκ ἄν, ὡς οἶμαι, τοῦτο εἴποι τις λογισμοῦ κύριος ὤν. πῶς γάρ, εἴγε καὶ ἀναθέματι τοὺς οὕτω φρονοῦντας ἡ διαληφθεῖσα καθυποβάλλει ἁγία σύνοδος. ἄλλως τε εἰ πρόσκαιρον εἶναι πρὸ τῆς παραβάσεως ᾔδει τὸν Ἀδάμ, πῶς αὐτὸν ἐπὶ κέρδει λαβεῖν ἔλεγε τὸν θάνατον ὕστερον; ἵνα γὰρ μὴ τὸ κακὸν ἀθάνατον ᾖ, διὰ τοῦτό φησι θανάτῳ τὸν Ἀδὰμ συγχωρηθῆναι πεσεῖν. ἀλλὰ κἀνταῦθα προσέχειν C ἄξιον. φαίνεται γὰρ ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν. ἐπεὶ πῶς ἀθάνατον ἔμελλε μεῖναι τὸ κακόν, εἰ μήγε καὶ μετὰ τὴν ἀπάτην ὁ ἄνθρωπος ἀθανασίᾳ συζῆν ἔμελλε, καθὰ δὴ καὶ τὸ πρότερον; συγκεχώρηται λοιπὸν ὁ ἀθάνατος, ὡς ἤδη προείρηται, θανάτῳ περιπεσεῖν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν. ὃ δὴ καὶ κέρδος ὁ θεολόγος ἐκάλεσεν. ἀλλὰ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν. εἰ γὰρ θνητὸς ὁ Ἀδὰμ καὶ πρὸ τῆς παραβάσεως ἦν, θνητὸς δὲ καὶ μετὰ τὴν παράβασιν, πότε λοιπὸν ἐδέξατο τοῦ θανάτου τὸ ἐπιτίμιον; πότε δὲ καὶ τοὺς δερματίνους ἠμφιάσατο χιτῶνας; εὔδηλον οὖν ὅτι περὶ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως τὸν λόγον ποιούμενος, D τῷ σώματι μὲν ἔλεγε πρόσκαιρον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀθάνατον δὲ τῇ ψυχῇ. κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ πάσχειν αὐτὸν ἔλεγε χάριν ὑπομνήσεως, καὶ παιδεύσεως. ἐπεὶ πῶς ἂν ὑπέπιπτε πάθεσι τὸ σῶμα ἐκεῖνο, τὸ μὴ δεόμενον ἐπικαλύμματος; κἀντεῦθεν ἀπαθὲς γνωριζόμενον. ἀντιλέγειν οὖν ἐπὶ πλέον οὐκ εὔλογον; εἰ γὰρ πρόσκαιρος ἦν ὁ Ἀδὰμ ἀπ' ἀρχῆς, εἰ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπῆρχε θνητός, οὐκ ἂν ὁ μέγας Παῦλος ἔλεγεν· ὀψώνιον τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν. εἰ δὲ

δὲ τούτου, καὶ πασῶν λοιπὸν σωματικῶν ἀναγκῶν ὁ τοιοῦτος ὑπέρτερος.

Ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἄγευστος ἦν ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν ἐσθίειν ἐπέτρεψε τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεός, ἀλλ' οὐ μὴν οὖν ἐκεῖσε καὶ βρῶσις ἦν αἰσθητὴ καὶ ῥευστή. καὶ τοῦτο προϊὼν ὁ λόγος ἀριδηλότερον δείξειε. εἰ γὰρ, ὡς ὁ μέγας φησὶ πρὸς Ἀντίοχον Ἀθανάσιος, ἄφθαρτά εἰσι τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ φυτὰ, καὶ πῶς ὀδοῦσιν ἐτέμνοντο; πῶς ἐβιβρώσκοντο; τὸ γὰρ ἄφθαρτον οὔτε τέμνεσθαι πέφυκεν, οὔτε βιβρώσκεσθαι. εἰ φθαρτὰ ἐν τῷ παραδείσῳ, καθά τινες ὑποπτεύουσι, καὶ πῶς αὐτὰ τροφὴν ὁ Ἀδὰμ ἐποιεῖτο; δότωσαν ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. εἰ γὰρ τὸ προσὸν αὐτῷ τηνικαῦτα σῶμα διαπνεόμενον ἦν, ἅτε φθορᾷ καὶ ῥεύσει ὑποκείμενον, καὶ πεινᾶν ἐξ ἀνάγκης ἦν. εἰ ἀδιάπνευστον ἔμενεν, ὡς ἄρρευστον ὑπάρχον καὶ ἄφθαρτον. καὶ τί τὸ καταναγκάζον αὐτὸν αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως; ἀλλ' οὐκ ἔχοιεν ἄν τι καὶ λέγειν.

. . . . . .
. . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς. καὶ μὴ τοῖς ἔνθεν κἀκεῖθεν εὑρισκομένοις, καὶ ἄλλα τε διηγουμένοις ἀπερισκέπτως ὑπανοίγε τὰς ἀκοάς. ἀποστρέφου δὲ μᾶλλον αὐτὰ, καὶ οὐδὲν ἡγοῦ, καὶ ἀπόρριπτε, καθὰ δὴ πρὸ ὀλίγου καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ εὕρομεν καὶ ἀνέγνωμεν, καὶ μετὰ τῶν μύθων ἐτάξαμεν. εἴγε καὶ μᾶλλον ἕτερα δι' ἑτέρων ἡ ἁγία πολλάκις διδάσκει γραφή. ὁποῖον δὴ καὶ τό· ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ τό· ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. καὶ τό· περιεπάτει ὁ Θεὸς ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὸ δειλινόν. ταῦτα μὲν γὰρ ἀνοίκεια τῷ ἀσωμάτῳ πάντως Θεῷ· λέγει δὲ ὅμως ἡ ἁγία ταῦτα γραφὴ ταῖς ἡμῶν ἀσθενείαις συγκαταβαίνουσα. καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο δώσομεν, πολλὰ ἡμῖν ἐπακολουθήσει τὰ ἄτοπα. στόμα γὰρ αὐτῷ περιθήσομεν, χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ γὰρ εἰ μὴ χεῖρας εἶχε, πῶς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον; εἰ μὴ στόμα εἶχε, πῶς ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; εἰ μὴ πόδας εἶχε, πῶς ἡ γραφὴ λέγει, περιπατεῖν αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ

A ſi verum eſſe concedimus, ſequitur eumdem omnibus corporeis neceſſitatibus ſuperiorem exſtitiſſe.

De quo porro colligitur, hominem ab initio cibum ſenſilem non deguſtaſſe. Quanquam enim Deus Adamo poteſtatem in paradiſi quaſlibet arbores largitus eſt: non tamen inde ſequitur, eſum iſtic ſenſilem ac fluxum fuiſſe, quemadmodum tibi clarius indicabitur, vbi nonnihil progreſſa fuerit oratio. Nam vti magnus ille Athanaſius ad Antiochum diſſerit, vel interitus expertes putari debent arborum paradiſi fructus: & quo pacto dentibus ſecabantur? qui comedebantur? quum res interitus expers neque diuidi, neque comedi poſſit: vel B interitui obnoxii, quemadmodum nonnulli exiſtimant: & qui Adamus eos pro nutrimento vſurpabat? Ad hæc nobis reſpondeant. Quippe corpus illud, quod tunc habebat, vel erat perſpirabile, tanquam interitui ac fluxioni ſubiectum, ideoque neceſſario eſuriebat: vel non perſpirabile manebat, tanquam fluxionis & interitus expers. quo conceſſo, quænam vrgebat ipſum neceſſitas, vt cibum ſenſilem ſumeret? Enimuero nihil heic habituri ſunt, quod dicant. [Potius exiſtimandum, hominem ad imaginem Dei conditum ſupra corporeas neceſſitates omnes poſitum fuiſſe, quemadmodum Chryſoſtomus loqui- C tur. Nam fames, ſitis, fatigatio, ſomnus, dolor, interitus, ſicut & antea monuimus, poſt tranſgreſſionem hominum vitam occuparunt.]

Cibus hominis ante lapsũ qualis fuerit.

Athanaſii locus.

Quamobrem hæc tibi prudenter conſideranda ſunt, nec hinc inde congeſtis, & quæuis exponentibus, aures citra iudicium adhibendæ: ſed potius ea velut aſpernanda proque nihilo ducenda reiicies, quemadmodum & nos paullo ante fecimus. Nam huiuſmodi complura reperta lectaque a nobis inter fabulas retulimus. [quamobrem iſtuc? quod a recta doctrinæ patrum ſentẽtia procul ea recedere iudicaremus. Quare noli cibum in paradiſo fluxum exiſtimare, nec ſcriptis adeo ieiunis animum aduer- D te] quando litteræ ſacræ ſæpius alia per alia declarant atque docent. Eius generis ſunt hæ voces: Formauit hominem Deus, ſumpto de terra puluere. Item illa: Adflauit in faciem eius ſpiritum vitalem. Et hæc: Inambulabat a meridie Deus in paradiſo. Nam iſtæc prorſus Deo corporis experti non conueniunt, quæ tamen ita litteræ ſacræ, imbecillitati noſtræ ſemet accommodantes, protulerunt. Niſi enim hoc demus, abſurda multa conſequentur. Nimirũ os Deo tribuemus, & manus, & pedes, aliaque talia. Nam ſi manibus carebat, qui fingebat hominem? ſi ore carebat, qui adflabat in faciẽ eius? ſi pedibus carebat, cur aiunt litteræ ſacræ in pa-

Gen. 2. 7.
Gen. 3. 8.

radiso eum a meridie inambulasse? At enim A hæc omnino locum non habent. Nam sacrorum ille patrum cœtus superuenit, qui huiusmodi dicta enarraret, nosque doceret, quo illa pacto sint accipienda: ne pro arbitrio lubituque nostro oberrantes, per præcipitia collaberemur, ac procul a via recta deflecteremus.

Sic ergo de arbore cognitionis existimare te par est, licet opinionum diuersitas quædam incidat. Diuinus quidem ille vir,
Isidorus Pelusiensis. Isidorus Pelusiensis, ita de hac re disserit. Christus ficum exsecratur, vt Iudæis ostenderet, se etiam adficere supplicio posse. Subest autem huic rei quædam arcana ratio, quam a senibus sapientissimis accepimus: nimirum illud transgressionis lignum fuisse, cuius foliis transgressores pro tegumento vtebantur. Hoc lignum benigna quadam ex B adfectione Christus exsecrabatur, ne videlicet amplius fructum, qui foret delicti caussa, ferret.
Damascenus. Ioannes autem Damascenus, rerum ille diuinarum peritissimus, cibum paradisi vocat agnitionem diuinam. Largitur enim Deus quidem Adamo potestatem in omnes paradisi arbores: verum non cibi caussa, sed vti hoc modo ad ipsum opificem deduceretur. Quippe de magnitudine ac venustate creatorum, vt Sapiens ait, opifex
Sap. 13. 5. eorum agnosci consueuit. Ac vide mihi obsecro, qui diuinus hic Ioannes dicta de paradiso accipiat, & quid de iis tradat. Aiunt sacræ litteræ: omnibus paradisi arboribus C vesceris. Per omnia creata scilicet ad me opificem conscendens, vnicumque de omnibus fructum percipies, nimirum me, qui reapse vita sum. Omnia tibi vitæ fructum proferant, adeoque quod existis nihil esse putabis aliud, quam mei fruitionem. Atque hæc illi tradiderunt.

Gregorius Nyssenus. Nysseni autem Gregorii leguntur hæc ipsa verba. Lignum illud, de quo ne vescerentur interdictum erat, nec ficum fuisse, quod quidam volunt, nec aliam fructiferam arborem persuasi sumus. Quamquam D enim spectator ille Dei Moses de sensili cibo heic loqui videtur, ego tamen dum sacras litteras audio, non tantum corpoream quamdam escam agnosco: sed etiam nutrimentum aliud esse scio, cuius fruitio solam ad animam pertinet. Hortatur enim
Prou. 9. 5. hisce verbis esurientes Sapientia: Vescimini meo pane, vinumque bibite, quod vobis miscui. Quinetiam Dominus Samaritanorũ salutem indicans: Cibum, inquit, habeo
Io. 4. 32.
Io. 7. 37. quo vescar, vobis haud cognitum. Item alibi: Qui sitit, ad me veniat ac bibat. Quamobrem consitioni Edenis (quæ vox delicias denotat) conueniens quidam fructus accommodandus est, quo pasci ho-

κατὰ τὸ δειλινόν; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. ἔφθασε γὰρ ὁ τῶν ἁγίων πατέρων χορὸς ἐπελθεῖν τὰ τοιαῦτα θεῖα ῥητὰ, καὶ διδάξαι ἡμᾶς ὅπως ἐκλαμβάνειν αὐτὰ χρὴ, καὶ μὴ τῷ οἰκείῳ θελήματι παρασυρομένους ἄλλεσθαί τε κατὰ κρημνῶν, καὶ τῆς εὐθείας πόῤῥω που φέρεσθαι.

Οὕτω μὲν οὖν καὶ περὶ τοῦ φυτοῦ ἐκείνου, τοῦ ξύλου δηλονότι τῆς γνώσεως, διανοεῖσθαί σε ἄξιον. εἴγε καὶ διαφωνίαν ἐπὶ τούτοις τινὰ περιεμπίπτουσαν ἔχομεν. αὐτίκα γὰρ ὁ θειότατος Ἰσίδωρος ὁ Πηλουσιώτης οὕτως εὔρηται περὶ τούτου διεξιών. Καταρᾶται μὲν τὴν συκῆν ὁ Χριστὸς, ἵνα δείξῃ τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι καὶ κολάζειν δύναται. ἅμα δέ τις τούτῳ καὶ ἀπόῤῥητος συμπέπλεκται λόγος, παρὰ γερόντων σοφῶν εἰς ἡμᾶς διαφοιτήσας, ὅτι τὸ ξύλον τῆς παραβάσεως τοῦτο ἦν, οὗ καὶ τοῖς φύλλοις οἱ παραβάντες εἰς σκέπην ἐχρήσαντο. καὶ κατηράθη παρὰ Χριστοῦ φιλανθρώπως, μηκέτι ἐνεγκεῖν αἴτιον ἁμαρτίας. Ὁ δὲ τὰ θεῖα σοφὸς Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς βρῶσιν ἐπὶ παραδείσου τὴν θείαν εἶπεν ἐπίγνωσιν. δίδωσι γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἐξουσίαν πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν, πλὴν οὐ βρώσεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα πρὸς αὐτὸν ἐντεῦθεν τὸν δημιουργὸν ἐπαναγάγηται. ἀπὸ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ὥς που φησὶ Σολομών, ὁ δημιουργὸς αὐτῶν ἐπιγινώσκεσθαι εἴωθεν. καὶ ὅρα πῶς ἐκλαμβάνει περὶ παραδείσου ὁ θεῖος οὗτος Ἰωάννης, καὶ τί φησιν ἐπ' αὐτοῖς. ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃς. διὰ πάντων, λέγω, τῶν κτισμάτων ἐπ' ἐμὲ τὸν ποιητὴν ἀναβιβάσθητι, καὶ ἕνα καρπὸν ἐκ πάντων καρπῶσαι, ἐμὲ τὴν ὄντως ζωήν. πάντα σοι ζωὴν καρποφορείτω, καὶ τὴν ἐμὴν μέθεξιν ποιοῦ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως σύστασιν. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως.

Ὁ δὲ θειότατος Γρηγόριος ὁ Νύσσης οὕτω κατὰ ῥῆμα διέξεισιν. ὅτι τὸ ἀπηγορευμένον ἐκεῖνο τῇ βρώσει ξύλον οὔτε συκῆν, ὥς τινές φασιν, οὔτε τι τῶν ἀκροδρύων ἕτερον εἶναι πεπείσμεθα. εἰ γὰρ καὶ *βρώσεως αἰσθητῆς ἐνταῦθα δοκεῖ λέγειν ὁ θεόπτης Μωσῆς, ἀλλ' ἐγὼ, φησὶ, τῆς ἁγίας ἀκούων γραφῆς, οὐ μόνον σωματικὴν ἐπίσταμαι βρῶσιν, ἀλλά τινα καὶ ἑτέραν οἶδα τροφὴν, ἧς ἡ ἀπόλαυσις ἐπὶ μόνην τὴν ψυχὴν διαβαίνει. φάγετε καὶ γὰρ τὸν ἐμὸν ἄρτον, ἡ σοφία τοῖς πεινῶσι παρακελεύεται. καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν. Ἀλλὰ καὶ ὁ κύριος τὴν σαμαρειτῶν ὑπεμφαίνων σωτηρίαν ἔλεγε· βρῶσιν ἔχω φαγεῖν ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. καὶ ἀλλαχοῦ ὁ διψῶν ἐρχέσθω πρὸς μὲ, καὶ πινέτω. οἰκοῦν τῆς φυτείας τῆς ἐν Ἐδέμ. (τρυφὴ δὲ ἡ Ἐδὲμ ἑρμηνεύεται·) ἄξιόν τινα καρπὸν ἐννοῆσαι προσήκει, καὶ τρέφεσθαι διὰ τούτου, μὴ ἀμφι-

* περὶ βρώσ.

βάλλειν τὸν ἄνθρωπον· καὶ μὴ πάντως τὴν περιοδικὴν, καὶ ἐπίρρυτον τοιαύτην τροφὴν ἐπὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς ἐννοεῖν. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος νοερὰν εἶναι βούλεται τὴν βρῶσιν ἐκείνην, οὐ μὴν αἰσθητήν τε καὶ σαρκικήν. εἰ γὰρ τοιαύτην ἐσήμανε βρῶσιν τὰ θεῖα ῥητὰ, καὶ σαρκικῶς ἀπέθνησκον οἱ ταύτης ἀπογευσάμενοι, νοερῶς δ᾽ οὖν ἡμαρτηκότες τὸν τῆς ψυχῆς αὐτίκα δέχονται θάνατον.

Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος τὸ φυτὸν ἐκεῖνο, τὸ ξύλον δηλονότι τῆς γνώσεως, θεωρίαν εἶναι ἔφησεν, τουτέστι γνῶσιν τελεωτέραν τινὰ, ἧς ἐπιβαίνειν οὐκ ἀσφαλὲς τοῖς γε λιχνοτέροις τὴν ἔφεσιν. πρόσεχε οὖν. δέδεικται γὰρ ἐκ πολλῶν, ὅτι βρώσεως αἰσθητῆς ἐν τῷ παραδείσῳ οὐκ ἦν ἐνδεὴς ὁ Ἀδάμ. ἀθάνατος γὰρ ὑπὸ Θεοῦ παραχθεὶς, οὐκ ἦν οὐδενὸς ἐνδεής. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἰ καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν Ἀγγέλων ἐν τῇ ἀναστάσει ζήσεται ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἔσονται γὰρ φησὶ πάντες ὡς Ἄγγελοι Θεοῦ. ἡ δὲ τῆς ἀναστάσεως χάρις οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν κατά γε τοὺς θείους πατέρας, ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασις. εὔδηλον πάντως ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως ἰσάγγελον εἶχε τὴν ζωὴν ὁ Ἀδάμ, μήτε βρώσει, μήτε πόσει, καθάπερ εἴρηται, χρώμενος. ὅτι μηδὲ παρὰ τοῖς Ἀγγέλοις αὖθις τοιοῦτόν τι τεθεώρηται. μὴ τοίνυν ἐν παραδείσῳ τὸν ἄνθρωπον αἰσθητῆς ἐμφορεῖσθαι νόμιζε βρώσεως, ὅτι μηδὲ χρείαν εἶχε ταύτης ἐκεῖσε διά γε τὴν αὐτῷ τηνικαῦτα προσοῦσαν ἀπάθειαν. ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτοις ἀμφιβάλλειν οὐκ ἔπρεπεν. ἐπεὶ γὰρ τὰ φυσικὰ ταῦτα πάθη, πεῖνα λέγω καὶ δίψα, κόπος, ὕπνος, ὀδύνη, λύπη, καὶ τὰ λοιπὰ, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐγνώρισεν, φαίνεται πάντως ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἶχε τὸ καταναγκάζον αὐτὸν αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἴ γε τροφῆς ἦν ἐνδεὴς ὁ ἄνθρωπος ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὥς τινες ὑπειλήφασι, καὶ πεινῶν ἂν ἐξ ἀνάγκης ἦν, καὶ ῥιγῶν, καὶ κοιμώμενος. εἰ δὲ τοιοῦτος ἐκεῖνος ἦν, εὔδηλον πάντως ὅτι θνητὸς ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ φθαρτός. ἀδύνατον γὰρ ἄφθαρτον διαμένειν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, τὸν αἰσθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γινόμενον. ἀλλ᾽ ἄφες αὐτούς. ἡ γὰρ ἀναγεγραμμένη ἁγία σύνοδος οὕτω περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου φρονεῖν οὐδαμοῦ συγχωρεῖ. διέξεισι γὰρ οὕτω κατὰ λέξιν. εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθορὰν, ἤτω ἀνάθεμα. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Glycæ Annal.

A minem non dubitemus: nequaquam vero cogitandum, in paradisi vita fuisse nutrimentum aliquod transitorium, quodque per vices ingereretur. Eodem modo diuinus vir Anastasius cibum illum vult intellectilem fuisse, non sensilem atque carnalem. *Anastasius.* Nam si cibum eiusmodi litteræ sacræ designarent, etiam carnaliter primi homines illo degustato mortem obiissent. At vero mentis ratione quum deliquerint, iccirco mox animæ mortem oppetunt.

Eodem modo Gregor. etiam Theologus *Gregorius Nazianzenus.* arborē illam, scientiæ videlicet lignum contemplationem ait esse, hoc est, perfectiorem quandam cognitionem, ad quam contendere velle non tutum est iis, quorum B cupiditas plus æquo est auida. Igitur animaduertas, esse probatum complurium auctoritate, non eguisse Adamum in paradiso cibo quodam sensili. Quippe quum immortalis a Deo conditus esset, rei nullius indigebat. Et quid hæc ego prolixius tracto? Si ad Angelorum similitudinem in resurrectione victurus est homo, quemadmodum perscriptum legimus: Erunt omnes tanquam Angeli Dei: *Matth.22.30.* & vero si resurrectionis beneficium de sententia diuinorum patrum nihil est aliud, quam lapsorum ad conditionem pristinam restitutio: intelligi perspicue potest Adamum ante transgressionem vitam angelicæ parem egisse, nec cibo nec potu, ceu diximus, vsum, quando quid eiusmodi C nec in Angelis locum habet. Quapropter existimare noli, hominem in paradiso sensili nutrimento se satiasse, quandoquidem istic eo non indigebat propterea, quod omnis tum adfectionis esset expers. Enimuero neminem hac in parte ambigere conueniebat. Nam quum adfectiones illæ naturales, fames inquam, & sitis, & fatigatio, & somnus, & dolor, & mœror, & cæteræ, post transgressionem primum vitam humanam inuaserint, vt superiori oratione docuimus: paret omnino, ante peccatum hominem caussæ nihil habuisse, quæ ipsum ad sumendum sensilem quendam cibum cogeret. Quid prolixa indicatione opus est? Si ho- D mo ab initio nutrimenti egebat, de quorundam opinione: nimirum necessario sequitur, etiam ipsum esuriisse, frigus pertulisse, dormiisse. Si talis erat, manifestum est etiam ab initio fuisse mortalem & interitui obnoxium. Nequit enim fieri, quemadmodum Ioannes Damascenus ait, vt expers interitus maneat, qui cibo sensili fruitur. *Io. Damascenus.* Missos igitur illos facies, quando superius indicata Synodus ita nos de homine sentire non patitur, cuius hæc expressa verba sunt: Si quis dicit, Adamum a Deo conditum esse mortalem, ac non post peccatum prolapsum esse in interitum, exsecrabilis esto. Ac de his quidem in hunc modum disputatum esto.

A Cæterum nihilominus ſeuit eiuſmodi arborem Deus in paradiſo, de qua veſci Adamum vetuit. Quamobrem iſtuc? vt hinc tantorum bonorum ſuppeditatorẽ agnoſceret, ſeque Domino ſubiectum ſciret, (lubet enim cum Chryſoſtomo loqui) neu quid ei tale accideret, cuiuſmodi lapſo Lucifero vſuuenit, qui conceſſam ſibi gloriam ac ſplendorem ferre non potuit. At enim quid ſecundum hæc factum? Mandatum tranſgreditur Adamus, ex arbore decerpit, illico nudus efficitur, interitui fit obnoxius, paradiſo eiicitur, cum Eua cubat, tres filios gignit, Cainum, Abelum, Sethum.

Chryſoſtomus.

Lapſus hominis.

B Atque heic mihi prudenter animum aduertito, dilecte fili, neue tranſuerſum agi te ab iis patitor, qui huiuſmodi proferunt: Si norat Deus Adamum mandato non pariturum, ideoque paradiſo eiiciendum, quamobrem ipſum condidit? Etenim vel eum condere non debebat, vel prohibere, ne conditus cibum illum vetitum attingeret. Has opiniones qui ſequuntur, miſſos facito, ac Gregorio potius Nyſſæ præſuli fidem adhibeto, cuius hæc verba ſunt: Deus ille, qui omnia nouit, haud ignorabat, e bono exorbitaturum hominem: neque tamen hoc impediuit. Quemadmodum enim exorbitationem proſpiciebat, ſic & reuocationem eius ad bonum cognitam habebat. C Quid ergo? præſtabatne prorſus naturam noſtram in ortum non producere, quando norat hominem Deus a bono aberraturum: an conditum & in morbum prolapſum rurſus ad primam gratiam per pœnitentiam reuocare? Præferendum omnino hoc alterum, præſertim quum conſtet, Deum voluiſſe ſuæ bonitatis cauſſa genus humanum in ortum producere, quamuis in confeſſo ſit, eum quoque deflexionem hominis a curſu recto præuidiſſe. Quod ſi hanc ob cauſſam hominem condidit, ſequitur de Ioannis Damaſceni ſententia, bonitatem diuinam a prauitate noſtra victam eſſe. Quippe Deus omnia, quæ facit, bona facit: quum D noſtrum quilibet arbitratu & electione propria vel ad bonum, vel ad malum deflectat. Quanquam enim Dominus dicat, Præſtabat illi homini, non eſſe natum: non tamen hoc ita profert, quaſi proprium opificium vituperet: ſed indicare vult eam vitioſitatem, quæ opificio diuino deinceps ipſiuſmet voluntate acceſſit. Quippe in hoc homine propriæ voluntatis nequitia fecerat, vt ei beneficium opificis non prodeſſet.

G. Nyſſeni locus.

Matth. 26. 24.

Licet id etiam in noſtris rebus conſpicere, ac (ſiquidem lubebit) animum exemplo, quod indicabimus, aduertito. Fac eſſe regem quendam, qui aliquem e ſubditis beneficentia ſingulari conhoneſtare volens,

Exemplum illuſtre.

A Φυτεύεται δὲ ὅμως ἐν παραδείσῳ καὶ τοιοῦτον φυτόν, ἀφ' οὗ κεκώλυται μὴ φαγεῖν ὁ Ἀδάμ. τίνος ἕνεκεν; ὡς ἐντεῦθεν ἐπιγινώσκειν τὸν τοσούτων ἀγαθῶν προχέα, καὶ ὡς ὑπὸ δεσπότην αὐτός ἐστι, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ μὴ τοιοῦτον παθεῖν ἐξ ἀπονοίας, ὁποῖον ἔπαθεν ὁ πεσὼν Ἑωσφόρος, τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ λαμπρότητα μὴ δυνηθεὶς ἐνεγκεῖν. ἀλλὰ γάρ τίνα τὰ μετὰ ταῦτα; παραβαίνει τὴν ἐντολήν, ἅπτεται τοῦ φυτοῦ, γυμνοῦται τηνικαῦτα, φθορᾷ περιπίπτει, τοῦ παραδείσου ἐκβάλλεται, γινώσκει τὴν Εὔαν, γεννᾷ τρεῖς υἱούς, τὸν Κάϊν, τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Σήθ.

B Πρόσεχε δὲ ἀγαπητέ, καὶ μὴ συναρπάζου τοῖς οὕτω λέγουσιν. Εἴπερ ᾔδει ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ τὴν ἐντολήν τε παραβαίνοντα, καὶ τοῦ παραδείσου τηνικαῦτα ἐκπίπτοντα, τί δήποτε παρήγαγεν αὐτόν; ἢ γὰρ ἔδει μὴ παραγαγεῖν αὐτόν, ἢ παραχθέντα κωλῦσαι τῆς ἀπηγορευμένης ἐκείνης βρώσεως. ἄφες αὐτούς, εἴγε τὰ τοιαῦτα φρονοῦσι. πείθου δὲ μᾶλλον τῷ θειοτάτῳ Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης οὕτω λέγοντι· ὅτι μὲν ἐκτραπήσεται τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἠγνόησεν ὁ τὰ πάντα εἰδὼς Θεός. οὐκ ἐκώλυσε δέ. ὥσπερ γὰρ τὴν παρατροπὴν ἐθεάσατο, C οὕτω τὴν ἀνάκλησιν αὐτοῦ πάλιν τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν κατενόησε. τί οὖν; ἄμεινον ἦν καθόλου μὴ ἀγαγεῖν τὴν φύσιν ἡμῶν εἰς γένεσιν, ἐπειδὴ τοῦ καλοῦ διαμαρτόντα προέγνω τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραχθέντα καὶ νενοσηκότα πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς χάριν διὰ μετανοίας ἐπανακαλέσασθαι πάντως τὸ δεύτερον· ἄλλως τε διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα παραγαγεῖν ὁ Θεὸς ἠθέλησε τὸ ἀνθρώπινον. Ὁμολογουμένως δὲ προεῖδε, καὶ τὴν γενησομένην αὐτοῦ παρεκτροπήν. Εἴπερ οὖν οὐ παρήγαγε διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον, ἐνίκα δὲ λοιπὸν ἡ κακία ἡμῶν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φη- D σί, τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. πάντα μὲν οὖν καλὰ ποιεῖ ὁ Θεός, ὅσα δὴ καὶ ποιεῖ. ἕκαστος δὲ ἡμῶν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἐκκλίνει πρός γε τὸ καλὸν ἢ τὸ κακόν. Εἰ γὰρ καὶ συνέφερε τῷ ἀνθρώπῳ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, φησὶν ὁ κύριος, ἀλλ' οὐ τὴν οἰκείαν δημιουργίαν κακίζων ἔλεγεν, ἀλλὰ τὴν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἐπιγινομένην τῷ κτίσματι αὐτοῦ κακίαν. ἡ γὰρ τῆς οἰκείας γνώμης ῥαθυμία ἄχρηστον αὐτῷ τὴν τοῦ δημιουργοῦ εὐεργεσίαν ἐποίησε.

Ὥσπερ οὖν καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐστιν ἰδεῖν. Καὶ πρόσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. εὐεργετῆσαι θέλων ὁ βασιλεὺς τῶν ὑπὸ χεῖρά τινα,

μεγίστην αὐτῷ ἐγχειρίζει ἀρχήν. καὶ ὃς αὐτίκα πρὸς τὸ ὕψος ἀπιδὼν τῆς ἀρχῆς, καὶ μὴ δυνάμενος ἐνεγκεῖν, ἐπαίρεται καθ' ἑαυτόν, ἡσυχῇ καθῆσθαι οὐκ ἀνέχεται· φαντάζεται τὰ ὑπὲρ αὐτόν, τυραννίδι κέχρηται, καὶ εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ. τί τὸ ἐπὶ τούτοις; ἄχθεται ὁ βασιλεὺς οὐ μικρῶς ἐπὶ τῷ πράγματι, δυσχεραίνει. τί τοῦτο; λέγει πῶς ὁ ἀχάριστος τὴν ἐπελθοῦσαν αὐτῷ δόξαν εἰς ἀδοξίαν μετέστρεψε; καὶ θέλει μὲν μὴ καθελεῖν τὸν ἀγνώμονα, καταφρονῆσαι δὲ ὅμως τῆς τυραννίδος οὐ δύναται, χειροῦται τὸν ἀποστάτην λοιπόν, τῆς ἀξίας ἀπογυμνοῖ καὶ δριμείαις ὑποβάλλει ποιναῖς. ἐνίοτε δὲ καὶ τῆς προσούσης ὑπεξάγει ζωῆς. συνέφερε λοιπὸν αὐτῷ μὴ δέξασθαι παρὰ βασιλέως ἀρχήν, εἴπερ ἀπονοίας αὐτοῦ τοιαῦτα παθεῖν ἐκινδύνευσε.

Πρόσεχε οὖν ἀγαπητέ, καὶ μὴ συναρπάζου τοῖς ἐπιχειροῦσι ταῖς θείας οἰκονομίας πολυπραγμονεῖν. οὐ γὰρ ἡ εὐεργεσία τοῦ Θεοῦ πρόξενος ἡμῖν γέγονε τῶν δεινῶν, ἀλλ' ἡ ῥαθυμία πάντως ἡμῶν, καὶ ἡ κατὰ γνώμην ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁρμή. ἀλλ' οὐδὲ κωλῦσαι τὸν ἄνθρωπον ἔπρεπεν, ἡνίκα τὸ φυτὸν ἐπεχείρει φαγεῖν. πῶς γάρ, εἴπερ αὐτεξούσιος ἦν, εἰ γὰρ ἀνασπᾶν ἔμελλε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός, ἡνίκα τοῦτον ἑώρα τῆς εὐθείας ὁδοῦ πόρρω φερόμενον, ποῦ λοιπὸν ἐθεωρεῖτο τὸ προσὸν αὐτῷ λογικόν; ποῦ δὲ τὸ αὐτεξούσιον. εἴ γε τῆς ἀλόγου φύσεώς ἐστι τὸ ἀβουλήτως ὧδε κἀκεῖσε περιάγεσθαί τε καὶ μεταφέρεσθαι, εἴπερ ἐκωλύετο μὴ ἁμαρτάνειν ὁ ἄνθρωπος, ποῦ λοιπὸν ἡ ἀρετή; ποῦ δὲ καὶ οἱ διὰ ταύτην διδόμενοι στέφανοι; κατὰ τί δὲ καὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἔπαθλον αὐτῷ πρόκειται, εἴγε μὴ σπουδῇ καὶ βίᾳ καὶ ἀγαθῇ προαιρέσει τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο μέτοχος; οὐκ ἔδει κωλύειν αὐτόν, ἵνα μὴ τοῖς ἀλόγοις ὁ λογικὸς ἐναρίθμιος γένηται, ἅτε δὲ μὴ κεκτημένος τὴν χάριν τῆς αὐτεξουσιότητος.

Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω φησίν. ὁ λέγων, ἵνα τί μὴ κατεσκεύασεν ἀναμαρτήτους ἡμᾶς ὁ Θεός, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἄλογον φύσιν τῆς λογικῆς προτιμᾷ, καὶ τὴν ἀκίνητον καὶ ἀνόρμητον τῆς προαιρετικῆς καὶ ἐμπράκτου. παραχωρεῖται λοιπὸν ὁ Ἀδάμ. ἅπτεται τοῦ φυτοῦ, γυμνοῦται, παραχρῆμα παραδείσου ἐξόριστος γίνεται. τί τὸ ἐπὶ τούτοις; οἱ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διανοίγονται ὀφθαλμοί, κἀντεῦθεν ὁρᾷ καθαρῶς, οἷον ἀγαθόν ἐστιν ἡ τῆς ἐντολῆς φυλακή, καὶ ὅσον αὐ-

A magistratum ei maximum tradat. Ille mox ad præfecturæ suæ sublimitatem respiciendo, quum eius molem sustinere nequeat, apud semetipsum animo efferri, quiete viuere non posse: maiora se cogitatione concipere, tyrannidem vsurpare, ad defectionem progredi. Quid secundum hæc? rex indignari, rem non parum moleste ferre, secum ipse dicere: Quid hoc? itane homo ingratus gloriam, quam a nobis est consequutus, cum infamia commutauit? Simul eo præditus est animo, vt immemorem beneficii perdere nolit: neque tamen vsurpationem tyrannidis omnino negligere possit. Quapropter desertorem suam in potestatem redigit, dignitate spoliat, pœnis grauibus subiicit. Nonnunquam & vitam ei adimit. Eiusmodi homini expediat, magistratum potius a rege non accepisse: quam insania propria talibus se malis & periculis exponere. B

Fac igitur considerate agas, dilecte fili, nec abripi te cum illis patere, qui consilia diuina curiose perscrutari conantur. Nam Dei beneficentia nequaquam mala nobis conciliat, sed omnino secordia nostra, spontaneaque ad vitium inclinatio. Nec conueniebat Deum hominem impedire, quum vesci de arbore conabatur. Cur enim id faceret, qui hominem libertate voluntatis præditum creauerat? Quippe si retrahere decreuerat hominem, quamprimum C cerneret eum de via recta deflectere: quanam re vis rationis inditæ homini declarare se potuisset? qua item libera voluntatis facultas? præsertim quum naturæ brutæ sit, ac ratione carentis, præter animi voluntatem huc & illuc circumduci & transferri. Consimiliter si homo fuisset impeditus, quominus delinqueret: quis virtuti locus fuisset reliquus? quis coronis, quæ propter hanc conceduntur? Cur regnum cœleste homini ceu præmium propositum sit, siquidem necesse non habet, vt eius studio suo, vi, præclaro animi proposito particeps fiat? Impediendus scilicet homo non erat, neque rationis erat compos, brutorum in numerum D referretur, quum libertatis in agendo beneficium possideret.

Eandem sententiam magnus Basilius verbis hisce differit: quicumque rogat, cur nos Deus non ita condiderit, vt peccare non possemus? is nihil facit aliud, quam quod naturam brutam rationis participi & ex præscripto virtutis agenti præfert. Quamobrem Adamus arbitrio suo relinquitur, arborem attingit, continuo nudus efficitur, deque paradiso expellitur. Quid inde sequitur? aperiuntur animi eius oculi, quo facto quantum bonum esset obseruatio mandati perspicit, quantumque con- *Basilius.*

Iosephus & Neme sius de ligno scientiæ. tra malum, eiusdem violatio. Nec enim arbor illa, quemadmodum Iosephus & Nemesius antistes Emesenus declarant eiusmodi naturam habebat, vt ex se decerpentibus inderet prudentiam, qua bonum ac malum agnoscerent. tametsi nimirum litteræ sacræ illam scientiæ lignum nuncupant, non iccirco dicendum nobis est, talem ei vim adfuisse: sed quia mandati transgressio in eo facta est, de quo consequuta porro est peccati agnitio atque pudor, iccirco nomen hoc meruit. Consueuerunt enim litteræ sacræ de rerum euentis nomina etiam indere. Audi quid hac in parte Chrysostomus dicat. *Chrysostomus exemplo rem declarat.* Vnus quiddam in solitudine fons, aduersationis aqua est nuncupata, non quod eiusmodi naturam haberet, *Num. 20. 13.* vt ex se haurientes in mutuas aduersationes excitaret. Nam si res ita comparata fuisset, etiam ipse Moses, hausta fontis huius aqua, Deo contradixisset. Quemadmodum ergo fons ille non sua natura, sed propter diffidentiam populi, quam erga Deum declarauerat, aduersationis aqua nuncupatus est: sic & arbor illa cognitionis mali atque boni vocatur, non quod ipsa scientiam habuerit, sed quia quicumque peccat, cognitionem adsequitur intelligendi, quod obtemperare Deo bonum sit, delinquere malum. Hinc appellationem hanc habuit, ab euentu nimirum posteriore.

Cæterum posteaquam Adamus post transgressionem iam interitui ac mortalitati factus erat obnoxius, ait Deus: En factus est Adamus quasi vnus de nobis. Heic animum, dilecte fili, aduertito. Nonnulli tradunt, Deum hæc per ironiam protulisse. Quippe Diuinitatis desiderio flagrans Adamus, etiam iis bonis, quorum erat particeps, misere exciderat, & immortalis antea, mortalis iam factus erat. *Prolepsis vsitata sacris litteris.* Alii dictum intelligi volunt per præceptionem temporis, quæ sacris litteris est familiaris. En factus est Adamus quasi vnus de nobis, hoc est, tandem aliquando de nobis vnus homo fiet, Adamo similis. Consueuerunt enim litteræ sacræ peculiari quodammodo ea, quæ futura sunt, sic efferre, quasi si præsentia forent, aut iam accidissent. Consimile quiddam proferri de matre hominum illa primæua videmus. Nam quum ipsa necdum creata foret, hæc nihilominus dicuntur: Fecit hominem Deus: & quidem marem ac fœminam eos fecit. *Anastasii locus.* Diuinus autem vir Anastasius dictum hoc alio quoque sensu cepit. Nam in oratione de resurrectione verba ipsius hæc reperiuntur: Duplex est naturæ nostræ structura. prior ad numinis similitudinem conformata, & altera sexuum discrimine distincta, quæ quidem opificio nostro postremum accessit.

A θις κακὸν ἡ ταύτης παράβασις. οὐδὲ γὰρ τὸ φυτὸν ἐκεῖνο, καθά φησιν Ιώσηππος καὶ Νεμέσιος ὁ Εμμέσης ἐπίσκοπος, τοιαύτην εἶχε φύσιν, ὥστε τοῖς ἀπτομένοις αὐτοῦ φρόνησιν ἐνιέναι τοῦ τὸ καλὸν εἰδέναι καὶ πονηρόν. εἰ γὰρ ξύλον αὐτὸ γνώσεως ἡ ἁγία κατονομάζει γραφή, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ τοιαύτην* αὐτῷ κεκτῆσθαι δύναμιν εἴπωμεν. Αλλ' *αὐτὴ ἐπειδὴ περὶ αὐτοῦ γέγονε τῆς ἐντολῆς ἡ παράβασις, καὶ ἐξ ἐκείνου λοιπὸν ἐπεισῆλθε τῆς ἁμαρτίας ἡ γνῶσις καὶ αἰσχύνη, διὰ τοῦτο τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἐδέξατο. ἔθος γὰρ τῇ ἁγίᾳ γραφῇ ἐκ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων ἐπιτιθέναι καὶ τὰ ὀνόματα. καὶ ἄκουε τί φησιν ἐπὶ τούτοις ὁ B χρυσορρήμων Ιωάννης. ἐν ἐρήμῳ μία πηγὴ ὕδωρ ἀντιλογίας ἐκλήθη. οὐχ ὅτι τοιαύτην εἶχε φύσιν, ὥστε τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀρυομένους εἰς ἀντιλογίας εὐθὺς μετατρέπεσθαι. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, καὶ ὁ αὐτὸς Μωσῆς ἐξ ἐκείνης πιὼν ἀντεῖπεν ἂν τῷ Θεῷ. καθάπερ οὖν ἡ πηγὴ ἐκείνη οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, παρὰ δὲ τὴν ἐπ' αὐτῇ γινομένην ἀπείθειαν τοῦ λαοῦ, ὕδωρ ἀντιλογίας ἐκλήθη· οὕτω καὶ τὸ φυτὸν ἐκεῖνο τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, οὐ γνῶσιν εἶχεν, ἀλλ' ὅτι πᾶς ἁμαρτάνων εἰς γνῶσιν ἔρχεται τοῦ εἰδέναι ὅτι καλὸν μὲν τὸ ὑπακούειν, κακὸν δὲ τὸ παραβαίνειν ἐστίν. ὅθεν καὶ τοιαύτην ἐπωνυμίαν, ὡς ἔφημεν, ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ συμβεβηκότων ἔλαχεν ὕστερον. C

Τοῦ Αδὰμ δὲ φθορᾷ καὶ θνητότητι περιπεσόντος μετὰ τὴν παράβασιν, εἶπεν ὁ Θεός· ἰδοὺ γέγονεν Αδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. πρόσεχε δὲ ἀγαπητέ. ἄλλοι μὲν εἰρωνικῶς ἔφασαν τουτονὶ τὸν λόγον εἰπεῖν τὸν Θεόν. Θεώσεως γὰρ ἔρωτα χὼν ὁ Αδάμ, καὶ ὧν ἀγαθῶν μέτοχος ἦν ἀθλίως ἐξέπεσε, καὶ θνητὸς ὁ ἀθάνατος γέγονεν. ἕτεροι δὲ προληπτικῶς τὸ τοιοῦτον ῥητὸν κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς γραφῆς ἐξέλαβον, λέγοντες· ἰδοὺ γέγονεν Αδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. τουτέστιν, ὀψέποτε γενήσεται εἷς ἐξ ἡμῶν ἄνθρωπος ὅ- D μοιος τῷ Αδάμ. τοῦτο προληπτικῶς, ὡς ἔφημεν, εἴρηται κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς γραφῆς, εἴ τις εἴωθε τὰ μέλλοντα γενέσθαι ὡς ἤδη παρόντα, ἢ καὶ γεγονότα διαγορεύειν· καθὰ καὶ ἐπὶ τῆς προμήτορος εἰρημένον εὑρίσκομεν. μήπω καὶ γὰρ αὐτῆς παραχθείσης λέγει, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. εἰ καὶ καθ' ἕτερον νοῦν ὁ θειότατος Αναστάσιος τὸ τοιοῦτον ἐνόησε θεῖον ῥητόν. ἐν γὰρ τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τούτων λέγων εὕρηται. διπλῆ τίς ἐστιν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή, * εἴτε πρὸς τὸ *ἥ τε θεῖον ὡμοιωμένη, καὶ ἡ πρὸς τὴν διαφορὰν ταύτην τῶν σχημάτων διῃρημένη τελευταῖον κατασκευασθεῖσα

καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἁγίαν ἐπιφέρει γραφὴν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, ὥστε τὸ δόγμα τοῦτο γενέσθαι σαφέστερον. λέγει γάρ· καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. πρώτη ποίησις αὕτη, ἁπλῆ, μονότροπος, ἄζυγος, μὴ ἔχουσά τινα διαφοράν. καὶ κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. δευτέρα δὲ ποίησις· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, δῆλον ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῶν. ἐκεῖ μὲν εἶπεν αὐτόν, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ἐνταῦθα δὲ εἶπεν αὐτούς· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. πρόσεχε δέ. ἐπεὶ ἡ ἁγία γραφὴ προλαβοῦσα εἶπε· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· εἶτα μετὰ τὴν αὐτοῦ δηλαδὴ ποίησιν, ἐπήγαγεν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. ἔδειξε προφανῶς, ὅτι ἄλλη ποίησις ἐκείνη· καὶ ἑτέρα ποίησις αὕτη. ἡ μὲν τὸ τοῦ δημιουργοῦ παριστῶσα φιλότιμον. κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἡ δὲ τὴν τῶν σχημάτων ὑπεμφαίνουσα διαφοράν. ἄρσεν γὰρ καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. δοκεῖ μὲν οὖν ὁ λόγος οὑτοσὶ φορτικὸς, ἀλλὰ τοῖς ἑπομένοις τῷ ἰδίῳ λογισμῷ. τοῖς γὰρ ἐκζητοῦσι τὰς ἱερὰς τῶν πατέρων γραφὰς, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι καὶ σαφὴς ὁ τοιοῦτός ἐστι. καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Ἀναστάσιος. τοῖς γὰρ προειρημένοις καὶ τάδε προσέθετο, σαφηνίσαι θέλων ἐκ πολλῶν τὸ λεγόμενον. δευτέρα κτίσις ἐστὶ τοῦ τε ἄρρενος, καὶ τοῦ θήλεως προκατασκευασθεῖσα τῷ πλάσματι, τῷ κατὰ τὴν πρώτην δηλονότι γεγενημένῳ κατ' εἰκόνα Θεοῦ. ἐν ᾧ διαφορὰ σχημάτων οὐκ ἦν, ὅτι μηδὲ ἐν τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ εἰκόνι τοιοῦτόν τι ἐπινενόηται. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, λέγειν οὖν εὔλογον, ὅτι ἐκ προγνώσεως ὁ Θεὸς τοιαύτην ἀπ' ἀρχῆς κατασκευὴν δέδωκε τῷ Ἀδάμ, εἴ γε τῆς δευτέρας ἐστὶ κτίσεως ἡ τοιαύτη τῶν σχημάτων διαφορά, ἣν δή, καὶ ἀναγκαίως ἐπήγαγε μετὰ τὴν πρώτην, εἰς εἴρηται, ποίησιν. οὐδὲ γὰρ ἠγνόει τὸ συμβησόμενον. Καὶ πρόσεχες, εἰ βούλει, τῷ Δαμασκηνῷ Ἰωάννῃ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου λέγοντι. εἰδὼς δὲ ὁ προγνώστης Θεὸς ὅτι ἐν παραβάσει γενήσεται, καὶ ὅτι φθορᾷ ὑποπεσεῖται, διὰ τοῦτο παράγει τὸ θῆλυ ἐξ αὐτοῦ. ὥστε εἰ μὴ τῆς ἀγγελικῆς ἐξέπιπτε βιοτῆς, οὐκ ἂν ἡ τῶν σχημάτων αὕτη προκατεσκεύαστο διαφορά, ὅτι μηδὲ χρείαν εἶχε ταύτης ὁ κατ' εἰκόνα γεγενημένος Θεοῦ, πρός γε τὴν ἐκ διαδοχῆς τοῦ γένους σύστασιν ἅτε κατὰ τοὺς Ἀγγέλους, ὡς ἄνω διείληπται, μέλλων πληθύνεσθαι. ἀλλ' ἐπαναληπτέον κἂν αὖθις τὸν λόγον.

A Neque tantum hæc Anastasius profert, sed etiam litteras sacras allegat, quo doctrinam hanc clariorem efficiat. Sic enim ait: Fecit hominem Deus, & quidem eum ad imaginem Dei fecit. Hæc prima nostri est creatio, simplex, vniformis, expers societatis, discrimen nullum habens. Quippe ad imaginem Dei fecit eum. Succedit altera formatio: Marem ac fœminam fecit eos. Quæ quidem ita se omnino habere, de verbis ipsis est perspicuum. Nam istic ait numero vnitatis, ad imaginem Dei fecit eum: heic vero numerus multitudinis vsurpatur. Consideres igitur, quod quum litteræ sacræ prius dixissent, ad imaginem Dei fecit eum: deinde sub- B iecerit, post hominis nimirum formationem, Marem ac fœminam fecit eos. quibus verbis clarissime ostendit, aliam esse formationem illam priorem, aliam hanc posteriorem. Nam illa dignitatem opificis repræsentat, de qua scilicet dicitur, ad imaginem Dei fecit eum: hæc sexuum discrimen denotat, hisce verbis comprehensum, Marem ac fœminam fecit eos. Videtur autem hæc oratio parum tolerabilis, sed iis, qui rationem propriam sequuntur. Nam cæteris, sacra Patrum scripta peruestigantibus, omnino digna existimatur, quæ recipi debeat, præsertim quum aperta sit atque plana. Quid C idem Anastasius dicat, audi. Nam hactenus expositis, hæc etiam adiecit, pluribus id quod protulerat, declarare volens. Secunda creatio est maris ac fœminæ formatio, quæ figmento Dei accessit, quod ratione creationis primæ ad imaginem Dei factum erat, nec sexuum discrimen habebat, quando nec in diuina illa beataque imagine quid eiusmodi existit. Quæ quum ita sint, a ratione non abhorret, dicere, Deum ex præscientia talem ab initio structuram Adamo concessisse: quum hoc sexus discrimen a secunda creatione profectum fuerit, quam necessario priori, ceu di- D ctum est, adiecit. Nec enim quid futurum esset, ignorabat. Et animum si libet, aduerte Ioannis Damasceni de homine primo verbis. *Ioannes Damascenus.* Quia Deus futurorum præscius norat, hominem mandato non pariturum, ac interitui futurum obnoxium: iccirco fœminam ex eo producit. Adeoque si homo vita angelica non excidisset, sexuum discrimen nullum factum fuisset: quippe cuius haud eguisset ad generis propagationem is, qui ad imaginem Dei factus erat. Nam more Angelorum (vt indicatum est supra) semet amplificaturus fuerat. Sed enim ad institutam orationem redeundum est.

DE SERPENTE.

Gen. 3. 14.

HÆc est illa Dei ad serpentem post hominis lapsum oratio: In pectus ac ventrem ambulabis. hoc est quandoquidem cor decepisti, & ventri persuasisti, vt cibum illum decerperet, iccirco in pectus ac ventrem ambulabis. Non enim propterea Deus inambulaturum ventri serpentem pronunciat, quasi prius ille pedes habuisset, vt Iosephus & paruus ille de rerum ortu liber aiunt: sed quia de sententia Chrysostomi prius facultatem habens erecto corpore conueniendi Euam, & cum ea colloquendi, nunc damnatus fuerit, ac merito quidem, vt humi serperet. Nam tametsi ab initio serpens ita conditus erat a Deo, pedibus vti careret: tamen orbibus quibusdam factarum inferius conuolutionum erectus, iis ipsis extenso pectore velut inequitabat. Iccirco videmus & hodie serpentem iratum semet erigere, ac in orbes conuolutum progredi. quo facto, quasi veteris incessus memoria nobis in mentem reuocata, rursum iuxta diuini pronuntiati legem semet demittit. Cæterum prudenter obseruabis, æque graue esse, quempiam alios ad peccandum impellere, ac si delinquat ipse. Propterea grauior serpentis pœna fuit, quam Euæ: rursumque grauior Euæ, quam Adami: quod Adamum Eua decepisset, Euam serpens.

Parua Genesis. Iosephus.

B

C

Manichæorũ error de brutorum anima.

Existimarunt autem Manichæi, hac ratione moti, bruta quoque prædita esse anima mentis ac intelligentiæ vi participe. Nam absque illo sit, inquiunt, Deus supplicio serpentem non adfecisset. Atenim hoc minime verum esse, de verbis hisce Dauidicis perspicue patet: Nolite consimiles equis & mulis fieri, quæ intelligentia carent. Alioqui si propterea putant brutas bestias animæ intelligentiæ vi præditæ participes esse, quia supplicio serpens adfectus fuerit: nihil est omnino, quod impediat, quominus eadem in arboribus quoque valeat opinio: quando ficum exsecrationi Christus subiecit, quum esuriens fructum in ea nullum reperiret. Deiicit ergo serpentem in terram Deus, vt tametsi quis haud cernat, quid diabolo acciderit: nihilominus serpentem, qui de sententia Chrysostomi olim erectus stabat, humi repentem intuens, secum ad animum reuocet, quod quum facinoris huius administer multetur, multo magis existimandum sit principem mali auctorem puniri.

Psalm. 31. 8.

D

Cæterum supplicio serpentem adficiens Deus, eiusmodi quid facit, quale liberum amans pater. Non tantum enim is

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΦΕΩΣ.

ΘΕΙΑ μετὰ τὴν παράβασιν πρὸς τὸν ὄφιν ἀπόφασις· ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύσῃ. ἐπειδὴ καρδίαν ἠπάτησας, καὶ κοιλίαν ἔπεισας ἅψασθαι βρωμάτων, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύσῃ. οὐδὲ γὰρ ὡς πόδας κεκτημένου τοῦ πρότερον Ἰώσηππός τέ φησι καὶ ἡ λεγομένη λεπτὴ γένεσις, νῦν ἀποφαίνεται τὸν ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ περίπατον. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ χρυσορρήμονα Ἰωάννην, ἀπὸ τοῦ *ὀρθρίου σχήματος τοιαύτην ἄδειαν εἶχεν, ὥστε πρὸς τὸ οὖς τῇ Εὔᾳ πλησιάσαι, καὶ περὶ τοιούτων διαλεχθῆναι, τῇ γῇ καὶ πάνυ δικαίως ἐπισύρεσθαι κατεδικάσθη. Εἰ γὰρ καὶ ἄπους ἐξ ἀρχῆς διεπέπλαστο, ἀλλὰ κύκλοις τισὶ κάτωθεν ἑλιγμῶν ἐνορθούμενος, τεταγμένοις τοῖς στήθεσιν ἵππευσε. διὸ καὶ νῦν ὁ ὄφις πολλάκις θυμούμενος ἀνίστησιν ἑαυτόν, καὶ κυκλικῶς ἑλισσόμενος τρέχει. προβὰς δὲ ὅσον δεῖξαι τοῦ παλαιοῦ βαδίσματος τὴν μνήμην, πάλιν τῷ τῆς ἀποφάσεως καταβάλλεται νόμῳ. ὅρα δὲ νουνεχῶς. Ὅτι τοσοῦτόν ἐστι βαρὺ τὸ τινὰ καθ' ἑαυτὸν ἁμαρτάνειν, ὅσον ἄρα τὸ καὶ ἑτέροις ἐνάγειν εἰς ἁμαρτίαν. κατὰ τοῦτο καὶ βαρυτέραν ὑπέστη τῆς Εὔας τὴν κόλασιν. ἡ Εὔα πάλιν τοῦ Ἀδάμ· ὅτι τὸν Ἀδὰμ ἐπάτησεν ἡ Εὔα, καὶ τὴν Εὔαν ὁ ὄφις.

*ὀρθίου.

Ἀλλ' ἐκ τούτου νοερᾶς μετέχειν ψυχῆς καὶ τὰ ἄλογα οἱ Μανιχαῖοι ἐνόμισαν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, οὐκ ἂν ἐτιμώρησε τὸν ὄφιν ὁ Θεός, οὐκ ἂν ἀρᾷ καθυπέβαλεν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ προφήτης λέγει Δαβίδ· μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. ἄλλως τε εἰ διὰ τὸ τιμωρηθῆναι τὸν ὄφιν δοκοῦσι, καὶ τὰ ἄλογα νοερᾶς μετέχειν ψυχῆς, τὸ κωλῦον πάντως οὐδέν, μὴ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν φυτῶν τὸ τοιοῦτον δόγμα κρατεῖν· εἴ γε τὴν συκῆν ἀρᾷ καθυπέβαλεν ὁ Χριστός, ἡνίκα πεινάσας οὐχ εὗρεν καρπὸν ἐν αὐτῇ. ὑποβάλλει τοίνυν ὁ Θεὸς τὸν ὄφιν κατάρᾳ, ἵνα κἂν τὸν διάβολον οὐ βλέπῃ τις τί ἔπαθε, τὸν ὄφιν ἀεὶ βλέπων συρόμενον τὸν ποτε διανεστηκότα, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησίν, ὑπόμνησιν λάβῃ, ὅτι εἰ ὁ ὑπουργὸς τῆς κακίας ἐπὶ τοσοῦτον κολάζεται, περὶ τοῦ πρωταιτίου τί χρὴ καὶ λέγειν.

Τιμωρεῖται τὸν ὄφιν ὁ Θεός, τοιοῦτόν τι ποιῶν, ὁποῖον δὴ καὶ φιλόστοργος πατήρ. οὐ μόνον

γὰρ

γὰρ τὸν φονέα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τιμωρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ φόνου ὄργανον συνθλάττει τε καὶ εἰς πολλὰ κατατέμνει. αὐτός σου τηρήσει τὴν κεφαλήν. οὐκέτι, φησί, πρὸς ἐπιβουλὰς, τῷ ὄφει, ἀνθρώπων παῤῥησιάσῃ καθὰ δὴ καὶ τὸ πρότερον, ἀλλὰ σὺ μὲν τοσοῦτον ἕξεις τῶν ἀνθρώπων τὸν φόβον, ὥστε περιπατούντων καὶ ἐκείνων ἀκούων φωλεοῖς ἐγκατακρύπτειν ἑαυτόν. ὁ μὲν οὖν μέγας Μακάριος ἐν ἐπιστολαῖς αὐτοῦ περὶ τοῦ διαβόλου φησὶν, ὅτι ἅμα τῷ ἐκπεσεῖν τῇ γεέννῃ παραδοθῆναι ἔμελλεν. ἀλλ' εἰάθη πολεμεῖν, ἵνα φανῶσιν οἱ τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται. ἀντιδίκου γὰρ μὴ προκειμένου, οἱ γνήσιοι στρατιῶται τοῦ βασιλέως οὐ φανεροῦνται. ὅθεν ὡς καταδικώτερος σφοδροτέραν εὑρήσει τὴν κόλασιν.

Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ καὶ τάδε περὶ τοῦ διαβόλου διέξεισι. τάχα γὰρ πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἄνθρωπον, τόπον τῆς μετανοίας καὶ τῷ διαβόλῳ ὑπελείπετο, καὶ ἠδύνατο ὁ τῦφος, εἰ καὶ ἀρχαιότερον νόσημα ἦν, ὅμως διὰ τῆς μετανοίας ἑαυτὸν ἐξιασάμενος, ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς. Ἀφ' οὗ δὲ τοῦ κόσμου ἡ κατασκευὴ, καὶ τοῦ παραδείσου, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ, καὶ ἐντολὴ καὶ φθόνος τοῦ διαβόλου, καὶ φόνος τοῦ τετιμημένου, ἀπέκλεισται αὐτῷ καὶ ὁ *τρόπος τῆς μετανοίας. εἰ γὰρ ὁ Ἠσαῦ μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε, τὰ πρωτοτόκια ἀποδόμενος, τίς τόπος ὑπολέλειπται μετανοίας τῷ τὸν πρωτόπλαστον ἀποκτείναντι Ἀδὰμ, καὶ ἐκείνου τὸν θάνατον εἰσενεγκόντι; ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος εἰς ἐπιστροφὴν, ὡς ἔοικεν, ἕλκων καὶ τοὺς λίαν ἀπεγνωσμένους, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα φησίν. εἰ Μανασσῆν ὁ Θεὸς διὰ μετανοίας ἐδέξατο, τάχα τολμῶ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸν διάβολον μετανοοῦντα ὁλοψύχως δέξεται. καλῶς δὲ εἶπεν, ὅτι τολμῶ εἰπεῖν. ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης οὐ δίδωσι τῷ διαβόλῳ μετάνοιαν. λέγει καὶ γὰρ, ὅτι ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς Ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις. μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια· ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ θάνατον. οὐκ ἐνεδόθη δὲ καὶ τοῖς ἐκπεσοῦσιν Ἀγγέλοις μετάνοια. ὡς ὁ Νεμέσιός φησιν, ὅτι καὶ ἀσώματος ἡ φύσις αὐτῶν. ὁ γὰρ ἄνθρωπος διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν τῆς μετανοίας ἔτυχεν. ἀλλ' ἔμοιγε τέως ὁ λόγος οὗτος ὁ ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ οὐκ ἔστιν ἀποδοχῆς ἄξιος. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ σωματικῶν ἐπιθυμιῶν ἡττηθεὶς ὁ Ἀδὰμ εὑρέθη παραβάτης τῆς ἐντολῆς. Ἄπαγε τῆς Ὠριγένους φρενοβλαβείας, ὅτι μηδὲ χώραν εἶχον αὗται πρὸ τῆς παραβάσεως ἐν αὐτῷ. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; αὐτὸς ὁ Ἀδὰμ ἐκβληθεὶς τοῦ παραδείσου, καὶ ἀπέναντι

*τόπος

A de interfectore filii sui supplicium sumit, sed ipsum etiam cædis instrumentum confringit, ac multas in partes lacerat. Secundum hæc Deus ait: Obseruabit ille caput tuum. *Gen. 3. 16.* Non iam amplius, inquit, audebis tu serpens hominibus insidias struere, quod hactenus fecisti: sed tantus erit metus tantaque formido tua, vt ambulantibus illis temet in latebras tuas sis abditurus. Tradit enim suis in epistolis magnus ille Macarius, de diabolo, futurum fuisse, vt statim a lapsu gehennæ traderetur: sed ei concessisse Deum, vt humanum genus oppugnaret, quo Christi milites sese probarent ac declararent. *Macarii locus ex epistolis.* * Eamdem ob caussam magis B etiam damnabilis, supplicio grauiori multabitur.

Basilius in Esaiæ vatis enarratione huiusmodi quædam de diabolo protulit. *Basilius de pœnis diaboli.* Fortassis ante creationem hominis diabolo quoque pœnitentiæ locus relictus fuisset, ac potuisset superbus ille, quanquam malum inueteratum foret, per pœnitentiam adhibito sibi remedio pristinam ad conditionem seipsum restituere. Verum posteaquam sequuta est mundi creatio, itemque paradisi, ac homo in paradiso existere cœpit, & mandatum, & inuidia diaboli accessit, & hominis ornati a Deo cædes: ex eo scilicet tempore modus ei pœnitentiæ nullus est relictus. Quippe si Esaus pœnitentiæ locum non inuenit, quum primigeniorum iura vendidisset: quis ei re- C lictus sit pœnitentiæ locus, qui Adamum illum principem humani generis interfecit, eiusque morti caussam præbuit? Diuinus autem vir, Anastasius ille Sinaites, quo vehementer desperatos homines (vti quidem videtur) ad conuersionem inuitet, hæc ad verbum profert: *Anastasii Sinaitæ locus.* Si Manassem Deus per pœnitentiam recepit, ausim dicere, quod etiam diabolum toto pectore atque animo resipiscentem in gratiam recepturus fuerit. Quibus verbis recte illud inseruit, Audeam dicere. Nam & Damascenus ille Ioannes diabolo pœnitentiam nullam tribuit, cuius hæc *Damascenus.* D verba sunt: Quod mors est hominibus, hoc Angelis est lapsus: quippe post lapsum nulla restat eis pœnitentia, quemadmodum nec post mortem hominibus. Et quidem pœnitentia lapsis Angelis propterea non est concessa, sicut Nemesius ait, quia corporis expers est eorum natura. *Nemesius.* Homo enim propter imbecillitatem corporis pœnitentiam consequutus est. Quæ tamen extrema verba, quod Adamum attinet, equidem admittenda non puto. Nec enim ille corporeis a cupiditatibus victus, mandati violator factus est. Apage sis cum istac Origenica insania. quippe nullum illæ locum habebant in ipso ante transgressionem. Quid multis hæc verbis indicemus? Adamus paradiso eiectus, & eius ex aduerso collo-

A catus, omnem vitam plorando exigit. quapropter Deus flectitur, eiusque caussa nihil non facit ac patitur. Diabolus autem lapsus non modo non casum suum deplorauit, verumetiam Dei figmentum furenter aggressus, Deum ipsum aduersus Adamum criminatus est. quo quidem pacto quum adfectus a delicto fuerit, nequit omnino accidere, particeps vt pœnitentiæ fiat.

ΓΕΝΝΑ τοίνυν ὁ Ἀδὰμ τὸν Κάϊν, τὸν Ἄβελ, τὸν Σήθ. θυγατέρας δὲ δύο, καθά φησι Γεώργιος. τὴν Ἀζούραν, ἣν ὁ Κάϊν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα· καὶ τὴν Ἀσουάμ, ἣν ἔλαβεν ὁ Σήθ. ὁ γὰρ Ἄβελ φονευθεὶς παρὰ τοῦ Κάϊν διὰ φθόνον, ἀπῆλθε παρθένος. ἐφθόνει δὲ τῷ Ἄβελ ὁ Κάϊν, ὅτι προσεῖχε ταῖς αὐτοῦ θυσίαις ὁ Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς τοῦ Κάϊν, ἀπεστρέφετο δὲ παρὰ τοῦ Κάϊν τὰ προσαγόμενα, οὐχ ὅτι καρποὶ ἦσαν ἀπὸ τῆς γῆς, καθά φησιν ὁ παράφρων Ἰουλιανός, τὴν ζωοθυσίαν εὐμεθόδως εἰσάγων· ἀλλ' ὅτι ἄχρηστα ἦσαν. * προσεῖχε λοιπὸν τοῖς τοῦ Ἄβελ ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων. καὶ γὰρ ταῦτα, τουτέστι τῶν ἐξαιρέτων, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησί. τὴν προαίρεσιν λοιπὸν καὶ ἀποδέχεται, καὶ αὖ ἀποστρέφεται, οὐ μὴν οὖν αὐτὰ τὰ προσαγόμενα.

*προσεῖχε

DE ADAMO.

SECVNDVM hæc Adamus Cainum, Abelum, Sethumque genuit, & filias duas, vti Georgius memoriæ prodidit: Azuram videlicet, quæ cum Caino nupta fuit: & Asuam, quam Sethus vxorē accepit. Etenim Abelus per inuidiam a Caino necatus, exsors coniugii ac virgo decessit. Caussa, quam obrem Abelo Cainus inuideret, hæc erat, quod sacrificiis eius magis Deus esset propitius, quam
B Cainicis, quæ omnino auersabatur: non quia terræ fructus ille offerret, quemadmodum vesanus ille Iulianus scripsit, animalium mactationes hoc argumento comprobare volens: sed quod inutilia prorsus essent. Itaque Deus Abeli sacrificia respiciebat, quæ ille de pecorum suorum, & quidem eximiorum primigenis offerebat: hoc est, vt Chrysost. verbis vtar, institutum animi vel probat vel improbat, non res ipsas, quæ offeruntur.

Georgius Syncellus de Adami liberis.

Iulianus Imp. pro animaliū mactatione.

Secundum hæc vt Adamum Deus consolaretur, qui tum propter amissionem paradisi, tum Abeli cædem, magnopere adflictaretur, præstantem ei virtute filium Sethum dedit. quamobrem his Eua verbis est vsa : Deus mihi sobolem alteram *Gen. 4. 25.* in locum Abeli a Caino perempti reposuit.

DE CAIANITARVM SECTA.

Epiphanius. SCIRE debes, magnum illum Epiphanium inter ceteras, Caianitarum quoque sectam commemorare. Colebant illi Cainum, ceu quandam potestatem, aiebantque bonum & malum in hominibus a voluntate non pendere ac proficisci, sed a natura. Iidem & Iudam honore prosequuntur, vt qui Seruatorem prodendo præclari operis, nostræ nimirum salutis, auctor exstiterit. Circumfertur apud eosdem liber, Anabatianus liber Caianitarum. quem Anabatianum (ab adscensu) vocant. Continentur hoc ea, quæ Paulus id temporis conspexerit, quo in cœlum tertium adscendit. Retinent hunc illi librum, non animaduertentes, Paulum profiteri, se tum verba quædam audisse, quæ linguis humanis efferri sit nefas. Atque illa certe verba nec prolata fuisse vnquam, nec a mortalium *Gregorius Nazianzenus.* quoquam cognita, Gregorius etiam Theologus in oratione, quæ est de recta disserendi de Deo ratione, verbis hisce demonstrat: Quod si Paulo licuisset effari ea, quorum ipsi cognitionem cœlum tertium, & vsque ad illud progressio suppeditauit: fortasse de Deo nobis aliquid amplius constaret. *Io. Chrysostomus.* Consimiliter Ioannes ille Chrysostomus in orationibus illis, quibus opera sex dierum enarrauit, his verbis vtitur: Si magnus ille Paulus, quem eo dignatus est honore Deus, vt audiret ineffabilia verba, nulli ad hunc *1. Cor. 9. 27.* vsque diem alii mortalium audita, dicere non dubitauit, se corpus suum contundere ac subigere: quid nos tandem de nobis dicere par est? Ac de his quidem hactenus.

Chronographiæ initium vnde sumendum. Adamus autem eiectus e paradiso, (hinc enim temporum annotatio inchoatur) cum annos nongentos ac 30. viuendo explesset: in Iudæa mortuus est, ibidemque sepultus. *Epiphanius. Basilius.* Vnde id constet, audi. Epiphanius in Panariis, & Basilius in Esaiæ vatis enarratione tradunt, traditionem quandam non scriptam in ecclesia retineri, Adamum de para- Vbi Adamus exsul vixerit atque mortuus sit. diso eiectũ mox in Iudæam peruenisse, quo damni facti solatium aliquod haberet. Nam eius terræ solum pingue sacris in litteris appellatur, in qua deinceps quum vixisset ibidem quoque sepultus fuit. Et videbatur eius caput, vbi iam carnes defluxissent, mirum quoddam intuentibus esse spectaculũ, præ-

A Μετὰ δὲ ταῦτα παραμυθούμενος τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός, τῇ ἀπὸ τοῦ παραδείσου τε ἀδημονοῦντα ἐκπτώσει, καὶ τῷ τοῦ Ἄβελ θανάτῳ, ἔδωκεν αὐτῷ τὸν ἐνάρετον Σήθ. κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ Εὔα ἔλεγεν· ἐξανέστησέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ τοῦ Ἄβελ ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν.

ΠΕΡΙ ΚΑΙΑΝΙΤΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΣ.

ΓΙΝΩΣΚΕ δὲ ὅτι πρὸς ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι καὶ τὴν λεγομένην τῶν Καϊνιτῶν αἵρεσιν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἔγραφεν. οὗτοι μὲν οὖν B Κάϊν ἐτίμων ὡς δύναμίν τινα. ἔλεγον δὲ ὅτι τὸ καλὸν καὶ τὸ κακὸν μὴ κατὰ γνώμην εἶναι ἀνθρώποις, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. τιμῶσι δὲ καὶ τὸν Ἰούδαν. διὰ γὰρ τοῦ προδοῦναι τὸν κύριον, ἔργον καλόν, ἤγουν τὴν ἡμῶν σωτηρίαν εἰργάσατο. καὶ βιβλίον δὲ παρ' αὐτοῖς Ἀναβατιανὸν λεγόμενον, περιέχον ἃ εἶδεν ὁ Παῦλος καθ' ὃν ἀνέβη καιρὸν εἰς τρίτον οὐρανόν. βιβλίον δὲ τὸ τοιοῦτόν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ὅτι οὐ προσέχον τῷ μεγάλῳ Παύλῳ, ῥήματα μὲν ἀκοῦσαι λέγοντι κατ' ἐκεῖνο καιρῷ· μὴ ἐξεῖναι δὲ ταῦτα γλώσσαις ἀνθρώπων λαλῆσαι. ὅτι δὲ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα οὔτε ἐλαλήθησαν, οὔτε τινὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐγνώσθησαν, καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος C ἐν τῷ περὶ θεολογίας λόγῳ αὐτοῦ δείκνυσιν οὕτως εἰπών. εἰ μὲν οὖν ἐκφορὰ γέγονεν ἃ τῷ Παύλῳ παρέσχεν ὁ τρίτος οὐρανός, καὶ ἡ μέχρι ἐκείνου πρόοδος· τάχα ἂν περὶ Θεοῦ πλέον ἐγνώκαμεν. ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὴν ἑξαήμερον αὐτοῦ ὁμιλίαις οὕτω φησίν. εἰ ὁ μέγας Παῦλος ὁ τῶν ἀρρήτων ἐκείνων ῥημάτων ἀκοῦσαι καταξιωθείς, ὧν μέχρι τῆς σήμερον οὐδεὶς ἄλλος ἤκουσε, γράφων ἔλεγεν· ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ. τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς; καὶ περὶ τούτων οὕτως.

D Ὁ δὲ Ἀδὰμ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου· (τηνικαῦτα γὰρ ἄρχεται ἡ χρονογραφία·) ζήσας ἐννακόσια ἔτη πρὸς τοῖς τριάκοντα, τελευτᾷ ἐν Ἰουδαίᾳ, κἀκεῖ τέθαπται· καὶ πῶς, ἄκουε. ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐν τοῖς πανααρίοις, ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ λέγει, ἄγραφον παράδοσιν περισώζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς εὐθὺς μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθεῖν, χάριν παρηγορίας ὧν ἀπώλεσεν. αὕτη καὶ γὰρ γῆ πίων καλεῖται. ἐκεῖσε λοιπὸν ἐνδιέτριβε, ἐκεῖσε καὶ τέθαπται. θέαμα οὖν ἐδόκει τοῖς ὁρῶσιν ἡ ἐκείνου κεφαλὴ τῆς σαρκὸς διαρρυείσης. ὅτι καὶ πρῶτον ἐκεῖ-

νον

νον Ἰουδαία νεκρὸν ἐδέξατο. ἐν τόπῳ λοιπὸν τινὶ καταθέμενοι τὸ τοιοῦτον κρανίον, τόπον κρανίου τὸν τόπον ἐκεῖνον ὠνόμασαν. ἐκεῖσε οὖν σταυροῦται ὁ Κύριος, ἵνα διὰ ξύλου ζωώσῃ τὸν διὰ ξύλου ἔχοντα τὴν νέκρωσιν. Φλυαροῦσι λοιπὸν οἱ Τατιανοὶ, μὴ σωθῆναι τὸν Ἀδὰμ λέγοντες. περὶ μέν τοι τοῦ ἐλθεῖν τὸν Ἀδὰμ ἐν γῇ τῇ Ἰουδαίᾳ, κἀκεῖσε ταφῆναι, διαλαμβάνει ὁ Ἰώσηππος ἀπὸ Ἑβραϊκῆς ἱστορίας τοῦτο μαθών.

Διαφωνοῦσι δὲ κατὰ τοὺς χρόνους οἱ τὰ τοιαῦτα συγγραφόμενοι. κατὰ γὰρ τοὺς ἑβδομήκοντα, εὑρίσκονται ἐν ταῖς ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Νῶε δέκα γενεαῖς ἔτη ͵βσμβʹ. κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν ἐπὶ ταύταις ταῖς ιʹ. γενεαῖς ἔτη ͵αχνϛʹ. παρὰ Σαμαρείταις ἔτη ͵ατζʹ. λέγεται δὲ ὅτι ὁ ἐν τοῖς ἄστρασι τεταγμένος Ἄγγελος, ὁ θειότατος δηλαδὴ *Οὐριήλ, πρός γε τὸν Σὴθ καὶ τὸν Ἐνὼχ κατιὼν, ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὡρῶν, μηνῶν, τροπῶν, καὶ ἐνιαυτῶν διαφοράς. κατὰ δὲ τὸν Γεώργιον, πρῶτος ἐξεῦρεν ὁ Σὴθ γράμματα Ἑβραϊκὰ, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς τροπὰς τῶν ἐνιαυτῶν, καὶ τοὺς μῆνας, καὶ τὰς ἑβδομάδας. καὶ τοῖς ἄστροις, καὶ τοῖς πέντε πλανήταις ἐπέθηκεν ὀνόματα, ὥστε γνωρίζεσθαι.

*Οὐριήλ

Ὁ μέν τοι Σὴθ ἔτη ζήσας ἐννακόσια δώδεκα, τελευτᾷ, Θεὸς εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ νομιζόμενος, καὶ διὰ τὸ πρῶτος εὑρηκέναι τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα καὶ τὰς τῶν ἀστέρων ὀνομασίας. τοῦτον ὁ Σὴθ γεννᾷ τὸν Ἐνὼς, Θεὸν καὶ αὐτὸν διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ νομιζόμενον. οὗτος ζήσας ἔτη ἐννακόσια πέντε, τελευτᾷ. ἐγέννησε δὲ τὸν Καϊνᾶν. οὗτος ἔτη ζήσας ἐννακόσια δέκα, τελευτᾷ. ἐγέννησε δὲ τὸν Μαλελεήλ. οὗτος ζήσας ωϟεʹ. τελευτᾷ. ἐγέννησε δὲ τὸν Ἰάρεδ. οὗτος ἔτη ζήσας ἐννακόσια ἑξήκοντα δύο, τελευτᾷ. ἐγέννησε δὲ τὸν Ἐνώχ. οὗτος γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα. ζήσας δὲ ἔτη τξεʹ. οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός.

Δὶς δέ φησιν ἡ γραφὴ, ὅτι ἐγέννησεν Ἐνὼχ τὸν Μαθουσάλα. ταύτῃ τοι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις οὕτω διέξεισιν. οὐκ ἔστι γάμος ἐμποδὼν τοῖς εὐαρεστεῖν ἐθέλουσι τῷ Θεῷ. διὰ γὰρ τοῦτο ἅπαξ καὶ δὶς ἡ θεία λέγει γραφὴ, ὅτι μετὰ τὸ γεννῆσαι τὸν Μαθουσάλα, εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ. εὑρὼν γὰρ ἄνδρα κατωρθωκότα τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς ἀξίας ἧς τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς. ὅτι δὲ τοὺς θνητότητι διὰ τὴν ἁμαρτίαν πεσόντας παραμυθού-

fertim quum Iudæa primum omnium cadauer ipsius excepisset. Itaque loco quodam hac ipsius caluaria condita, locum ipsum caluariæ locum dixere: quo loco deinceps in crucem Dominus agitur, vt in ligno eum restitueret vitæ, qui per lignum mortaliti factus fuerat obnoxius. Qua de caussa nugas agere Tatianos est necesse, quum Adamum salutem consequutũ negant. Eumdem, ceu diximus, in Iudæam delatum, ibidem terræ mandatum esse; Iosephus etiam, de Hebraica perceptum historia, memoriæ prodidit.

Caluariæ locus quis. — *Tatianorum error.* — *Iosephus.*

Cæterum in annotatione temporum scriptores hoc loco dissentiunt. Nam ex septuaginta interpretum auctoritate, reperiuntur in decem ab Adamo ad Noam ætatibus anni CIↃ CIↃ CCXLII. Iudæorum Hebraica lectio tradit in iisdem ætatibus annos CIↃIↃCLVI. Libri Samaritanorum Hebraici annos CIↃCCCVII habent. Perhibetur etiam, diuinum Angelum Vrielum, cuius est inter astra statio, descendisse ad Sethum & Enochum, eosque de temporum anni, mensium, conuersionum, ipsorumque annorum adeo discriminibus erudiisse. Georgius tradit, Sethum primum inuenisse litteras Hebraicas, signa cœlestia, conuersiones annorum, menses, septimanas: eumdem sideribus & stellis septem erraticis indidisse nomina, de quibus agnoscerentur.

Diuersitas in numeris annorum apud Græcos & Hebræos. — 2242. — 1656. — 1307. — *Georgius Syncellus.*

Hic Sethus quum annos IↃCCCCXII vixisset, fato functus est, tum propter virtutem pro Deo habitus, tum quod Hebraicas litteras & appellationes siderum primus inuenisset. Procreauit autem Enosum, qui & ipse pro Deo virtutis nomine haberi meruit. Quum annos vixisset IↃCCCCV, rebus humanis exemptus est. Filium habuit Cainam, qui quum annos ætatis IↃCCCCX explesset, obiit: relicto filio Maleleclo, qui annis vitæ IↃCCCXCV exactis, mortuus est. Filium is habuit Iaredum, qui post annum vitæ IↃCCCCLXII terras reliquit. Genuit autem Enochum, ex quo Mathusalas natus est: quumque vixisset Enochus annos CCCLXV, sublatus a Deo nusquam exstitit.

912. — 905. — 910. — 895. — 962. — 365

Bis autem litteræ sacræ tradũt, Enochum Mathusalam procreasse. Propterea Chrysostomus hæc ita declarans, inquit: Coniugium illis, qui grati & accepti esse Deo volunt, nihil impedimenti adfert. Nam ea de caussa semel atque iterum indicant litteræ sacræ, Enochum Deo fuisse gratum, postquam Mathusalam genuisset, ideoque sublatum e medio fuisse. Atque heic mihi bonitatem heri nostri adspice. Nam homine reperto, qui summa virtute præditus esset, noluit eum illius dignitatis expertem esse, qua principe loco formatum hominem ante violationem edicti ornauerat. Et vero propterea de medio sublatũ Enochum fuisse di-

Coniugium pietatis & virtutis cultui nõ officit.

uinitus, vt homines mortalitati propter peccatum factos obnoxios Deus consolaretur: magnus ille Athanasius in oratione sua de Adsumptione verbis his aperte significat: Propter inobedientiã quidem ingressa mors est, verum nihilominus extremam illam comminationis suæ seueritatem mitigans Deus humano generi spem immortalitatis illustrem ostentat, Enocho de medio mortalium sublato. Quo ipso facto nos docuit, naturam mortalem fines immortalitatis excipere. Adeoque iusti hominis hæc conditio, nihil erat aliud, quam mortis velut insistere iussæ inhibitio.

Athanasii locus de Enocho.

Nostra melius, μετάστασις. translatio: — ἐκδέχεσθαι: expectare non sperare.

Georgius scribit, interfectis Enochi fratribus a Lamecho, qui deinde coniuges eorum sibi matrimonio iunxerit, iustum hunc virum precatum esse, ne quid eiusmodi amplius spectaret. Cainus etiã cum vxore quum liberis operam dedisset, concepto illa fœtu, Henosum enixa est, Henosus Gaidanem procreauit, Gaidan Maleleelum, Maleleelus Mathusalam, Mathusalas Lamechum. Is duabus vxoribus, Ada Selaque, ductis: sic eas est alloquutus. Audite meam orationẽ, vxores Lamechi, & quæ dicam attendite. Occidi hominem cum vulnere meo, iuuenem non sine plagis meis. In Caino septupli pœna fuit, in Lamecho septuagecupli septupli erit. Quæri solet hoc loco, quamobrem in Caino quidem septupli pœna statuatur, quum is proprium fratrem occiderit: in Lamecho autem, septuagecupli septupli? Respondemus, Cainum necdum sciuisse, cuiusmodi malum cædes foret: necdum quemquam homicidam punitum nouisse: necdum indignationem Dei compertam habuisse: quamobrem pœna non vsque adeo graui fuisse adfectum. Lamechi vero supplicium eo fuisse grauius, quod homicidium post legem latam, & condemnationem promulgatam commisisset, nec Caini exemplo monitus frugi factus fuisset. Iccirco grauius punitur. Rursum Cainus veniam cædis non est consequutus, idque propterea, quod Deo ipsum redarguente, delictum occultare conatus fuerit. At eodem a piaculo Lamechus absoluitur, quod ipsemet suo se calculo damnauerit, seque maiori supplicio dignum verbis hisce pronuntiauerit: In Caino septupli pœna fuit, in Lamecho septuagecupli septupli erit.

Georgius Syncellus.

Caini posteritas.

Gen. 4. 23.

Caini cum Lamecho comparatio.

Quod si, dilecte fili, curiose tibi libet etiam de hoc inquirere, quod ad Cainum a Deo profertur, Quicumque Cainum necauerit, septupli vindictam sustinebit: licet ex Ioannis Chrysostomi oratione in Iudæos septima discas, vbi hæc verba ipsius exstant: Dicere voluit Deus, Ne metuas tibi, Caine, vitam longæuam exiges. Quod si quis te necauerit, multarum pœnarum se reum faciet. Septenarius enim

Cur non mox Cainus punitus fuerit. *Chrysostomus.*

A μένος ὁ Θεὸς τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ σαφῶς οὕτω διείληφε· θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοήν. λύων δ᾽ ὅμως τὸ τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς, ἐλπίδα εὐθὺς ἀθανασίας ἀνατέλλει τῷ γένει, καὶ τὸν Ἐνὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει. κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν φύσιν ἐδίδασκεν ὅρους ἀθανασίας ἐκδέχεσθαι, καὶ ἡ τοῦ δικαίου κατάστασις, θανάτου στάσις ἐγένετο.

Ὁ δὲ Γεώργιός φησιν, ὅτι τοῦ Λάμεχ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοῦ Ἐνὼχ δηλαδὴ, φονεύσαντος, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν λαβόντος, προσηύξατο μετατεθῆναι ὁ δίκαιος, ὡς μηκέτι B τοιοῦτόν τι θεάσηται. ἔγνω δὲ Κάϊν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Ἐνώς. τούτῳ τῷ Ἐνὼς γεννᾶται Γαϊδάδ. Γαϊδὰδ δὲ γεννᾷ τὸν Μαλελεήλ. Μαλελεὴλ δὲ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα. καὶ Μαθουσάλα ἐγέννησε τὸν Λάμεχ. ἔλαβε δὲ ἑαυτῷ ὁ Λάμεχ δύο γυναῖκας, Ἀδᾶ καὶ Σελλᾶ, καὶ ἔφη πρὸς αὐτάς. ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου γυναῖκες Λάμεχ, ἐνωτίσασθέ μου τοὺς λόγους. ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα ἐμοὶ, καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα ἐμοί. ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται ἐν Κάϊν, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. καὶ ζητοῦσιν ἐν- C ταῦθα, διατί ἐκ μὲν Κάϊν ἑπτάκις ἐκδεδίκηται, καὶ ταῦτα τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν ἔργον φόνου ποιήσαντος· ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. καὶ λέγομεν, ὅτι ὁ μὲν Κάϊν οὔπω ἔγνω ὁποῖόν ἐστιν ὁ φόνος κακόν· οὔπω εἶδε φονέα τιμωρούμενον· οὔπω εἶδε τὸν Θεὸν ἐπ᾽ αὐτῷ ἀγανακτοῦντα· ἐφ᾽ ᾧ καὶ τιμωρίας οὐ τοσοῦτον βαρείας μετέσχηκεν. ὁ δὲ Λάμεχ βαρύνεται τῇ κολάσει, ὅτι φονεὺς ἦν μετὰ τὸν νόμον καὶ τὸ κατάκριμα, ὅτι τῷ Κάϊν ἑαυτὸν οὐκ *ἐσωφρόνησεν ὑποδείγματι. ὅθεν καὶ βαρυτέραν ἐκείνου τὴν κόλασιν δέχεται· ἀλλ᾽ ὁ μὲν Κάϊν ἐπὶ τῷ φόνῳ συγγνώμης οὐκ ἔτυ- D χεν, ὅτι καὶ παρὰ Θεοῦ ἐλεγχόμενος, κρύπτειν ἔσπευδε τὸ ἁμάρτημα. ὁ δὲ Λάμεχ τῆς μιαιφονίας ἀπαλλάσσεται, ὅτι τὴν καθ᾽ ἑαυτοῦ ψῆφον καὶ μόνος ἐξήνεγκεν, ὅτι μείζονος ἑαυτὸν ἔδειξε κολάσεως ἄξιον, οὕτως εἰπών· ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.

* ἐσωφρόνισεν

Εἰ δὲ κἀκεῖνο πολυπραγμονεῖς ἀγαπητὲ, ὅπερ πρὸς Κάϊν εἶπεν ὁ Θεός· ὅτι πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῷ κατ᾽ Ἰουδαίων ἕκτῳ λόγῳ διδάξει σε κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὑτωσί· μὴ φοβοῦ φησὶ, βιώσῃ, *βίον μακρόν· κἂν ἀνέλῃ σέ τις, πολλαῖς ἔσται τιμωρίαις ὑπεύθυνος. ὁ γὰρ ἑπτὰ

* βιώσειν

ἀριθμὸς παρὰ τῇ γραφῇ ἀορίστου πλήθους ἐστὶ σημαντικός. ὁ ἀνελών σε, φησί, τῶν ἐπικειμένων σοι ἀπαλλάξει κολάσεων, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσεται τὴν τιμωρίαν. καὶ δοκεῖ μὲν εἶναι βαρὺ τὸ λεγόμενον, πολλῆς δὲ ὅμως κηδεμονίας ἐστί. καὶ γὰρ τοὺς μετὰ ταῦτα σωφρονίσαι βουλόμενος, τοιοῦτον ἐπενόησε κολάσεως τρόπον, ὃς ἀπαλλάξαι κἀκεῖνον τῆς τιμωρίας ἠδύνατο. εἰ μὲν γὰρ εὐθέως αὐτὸν ἀνεῖλεν, ἀπῆλθεν ἂν ἔχων τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα οὐκ ἂν ἐγένετο γνώριμος. νυνὶ ἀφεθεὶς πολὺν χρόνον ζῆσαι ἐν ἐκείνῳ τῷ τρόμῳ, διδάσκαλος τοῖς ἀπαντῶσι καθίστατο πᾶσι διὰ τῆς ὄψεως.

Ἀλλὰ τί δή ποτε τὴν ἁμαρτίαν ὁμολογήσας, καὶ εἰπὼν μείζονα συγγνώμης ἡμαρτηκέναι, οὐκ ἂν ἴσχυσεν ἀπονίψασθαι τὸ ἁμάρτημα; καίτοι γε ὁ προφήτης φησί. λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. ἀλλὰ διὰ τοῦτο κατεκρίθη, ὅτι οὐκ εἶπεν ὡς ὁ προφήτης ἐκέλευσε. τὸ γὰρ ζητούμενον τοῦτό ἐστιν, οὐ τὸ εἰπεῖν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ πρῶτος εἰπεῖν, τὸ μὴ ἀναμεῖναι τὸν ἐλέγχοντα. οὗτος δὲ οὐκ εἶπε πρῶτος. ἀλλ' ἀνέμεινεν ἐλεγχθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτως εἶπε τὴν ἁμαρτίαν. ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις. τὸ γὰρ πρῶτος εἰπεῖν, ἐκεῖνο πάντως καὶ δικαιοῖ. καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου τοιαῦτα. μετὰ δὲ τὸν Ἐνὼχ ὁ Μαθουσάλα. μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Λάμεχ. ἐκ δὲ τούτου ὁ Νῶε. οὗτος γεννᾷ τρεῖς υἱούς, Σήμ, Χάμ, Ἰάφεθ.

Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς. ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν ὧν ἐξελέξαντο. καὶ εἶπε κύριος ὁ Θεός· Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἔτη. Οἱ δὲ Γίγαντες ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. τηνικαῦτα καὶ τὸν κατακλυσμὸν ἐπάγει ὁ Θεός. ἡ δὲ αἰτία καὶ πάνυ σαφής. καὶ ἄκουε παρὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ τοῦ Ἰωσήπου λέγοντος· ἑπτὰ γενεαῖς οἱ ἄνθρωποι διέμειναν Θεὸν ἡγούμενοι δεσπότην, καὶ πάντα πρὸς ἀρετὴν βλέποντες. μετὰ δὲ ταῦτα μεταβάλλονται πρὸς τὸ χεῖρον. πολλοὶ γὰρ Ἄγγελοι Θεοῦ γυναιξὶ συμμιγέντες, ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας, καὶ παντὸς ὑπερόπτας καλοῦ, διὰ τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν. ὅθεν διανοεῖται ὁ Θεός, καὶ πᾶν ὅσον τὸ ἀνθρώπινον διαφθεῖραι σὺν αὐτοῖς, καὶ ποιῆσαι γένος ἕτερον πονηρείας καθαρόν, ἐπιτεμνόμενος καὶ αὐτὰ τὰ ἔτη ἀφ' ὧν πρότερον ἔζων. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Κύριλλος

A numerus sacris in litteris indefinitæ multitudinis significationem habere solet. Qui ergo te interfecerit, iisque pœnis exemerit, quæ te nunc premunt: is supplicium in semetipsum transferet. Quod quidem dictum perquam esse graue videtur, verum a prouidentia singulari proficiscitur. Quum enim Deus posteriores efficere frugi vellet, huiusmodi pœnæ modum reperit, qui & ipsum liberare supplicio posset. Nam si mox eum sustulisset, suo cum delicto periisset, nec posteris innotuisset. Nunc quum facta fuerit ei potestas in illa trepidatione diu viuendi, vel ipso intuitu sibi occurrentes erudiebat.

B Enimuero qui factum est, vt quum delictum suum fassus ipse verbis his esset, Maior est mea culpa, quam vt remittatur: peccatum abluere nequiuerit? Atqui vates ait: Iniquitates tuas Domino prior exponito, vt iustificeris. Nimirum propterea damnatus est, quod sic delictum suum fassus non fuerit, quemadmodum vates præcipit. Hoc enim requiritur, non vt simpliciter profiteare: sed vt prior hoc facias, nec coarguentem exspectes. At vero Cainus prior non exposuit, sed tantisper exspectauit, donec a Deo coargueretur: quo facto delictum suum exposuit, id quod esse confessio nequit. Nam priorem esse in fatendo, id vero iustificat. Huiusmodi Chryso-

C stomus verbis his indicauit. Cæterum Mathusalas Enochum est subsequutus, Mathusalam Lamechus, a quo Noa procreatus fuit, cui tres fuere filii: Semus, Chamus, Iaphetus.

Gen. 4. 13.

Qualis Caini confessio fuerit.

Chrysostomus.

Accidit autem, vt iam hominum multitudo per orbem crescere inciperet: quibus quum filiæ nascerentur, filii Dei animaduerso filias hominum venustas esse, de omni numero eligebant, quas vxores ducerent. Tum Dominus dixit: Non permanebit spiritus meus in hisce mortalibus, quum caro sint. Itaque reliquos eis faciam annos CXX. Erant ea tempestate in terris Gigantes, qua quidem & diluuium Deus immisit,

D cuius nota est admodum caussa. Quid præter alios Iosephus tradiderit, audi. Septem ætatibus in eo statu perstitere mortales, vt Deum pro rerum Domino agnoscerent, solamque virtutem in omnibus respicerent. Ab eo deinceps tempore mutati sunt in peius. Nam complures ex Dei filiis cum mulieribus consuescentes, liberos ex iis contumaces, & omnis honesti contemptores, propter potentiæ fiduciam, progenuere. Quapropter visum est Deo, cum iis vniuersam nationem mortalium exscindere, genusque purum ab omni flagitio facere: resectis ipsis etiam annis vitæ longæuæ, quam prius degebant. Consimiliter & eximius ille Cyrillus disse-

Iosephus de diluuio.

De caussis diluuii.

rit. Filii Dei, ait, hoc est, a Setho prognati, (nam illum virtutis caussa sui Deum appellauere) animaduerso filias hominum, id est, ortas ex posteritate Caini, forma venustas esse: matrimonio sibi eas iunxerunt, natique sunt ex eis Gigantes homines informes, omnesque prauitatem referentes, indente turpem eis hanc speciem Deo, propter nefandam & exsecrabilem generis vtriusque commistionem. Easdem ob causas diluuio sunt exstincti. Significauit idem magnus etiam Petrus, in epistolarum suarum catholicarum altera verbis hisce disserens: Impiorum generi diluuium inuexit. Cur heic vocat impios, qui vnum Deum religiose colendo venerabantur? Quia tantopere in libidinem exarserunt, vt viginti viri vna cum fœmina consuescerent. Hoc enim pacto Dei quoque filii, nimirum a Setho prognati, ad concubitus vagos inuitati sunt: qui quidem virtutis etiam nomine Dei sunt appellati filii, quemadmodum Israelus vocatur filius primogenitus. Tradit hæc diuinus ille vir Ephræmus. Et Chrysostomus adfirmat, alia nulla de caussa, quam ob hanc vtriusque generis commistionem, cœli meatus reclusos fuisse. Itidem non impietatis Deum negantis, vel alia quapiam caussa diluuium fuisse inuectum, extra solam hanc voluptariæ vitæ libidinem, & commistionem exsecrandam, quo nomine Gigantes impios summus ille Petrus appellauit: præclarissimus ille Cyrillus in scripto aduersus Iulianum libro perspicue verbis hisce demonstrat: Homines ab Adamo ad Noam vsque prognati, Deum vnum & verum coluere. Post exstructionem vero turris illius, linguarumque diuisionem, cœperunt etiam opinionibus de Deo dissidere mortales. Nam in omnes dispersi partes, Deum quoque multitudinis errorem imbuerunt.

Gigantes.

2. Petr. 2. 5.

Ephræmi, prisci patris, locus

Ex libro Cyrilli contra Iulianum Imp.

Denique propter vtriusque partis luxuriam diluuium illud orbem vniuersum inuasisse Deus ipse denotat, quum ait: Non permanebit spiritus meus in hisce mortalibus, quum caro sint: hoc est, pro adfectionum & carnis libidine viuant. Sic enim & Paulus homines temperanter viuentes, carnis expertes in his verbis vocat: Vos in carne non estis. Nimirum litteræ sacræ carnem & impios appellare consueuerunt eos, quorum vita luxuriæ dedita est. Nam impietas non deastrorum modo cultus est, sed significat etiam lasciuiæ luxuriæque vitam obnoxiam. Patet hoc ex beati viri Dauidis hac oratione: Dixi apud me, improbitatem meam aduersus me ipsum Domino fatebor: & tu mei cordis impietatẽ mihi condonasti. Quæso te, num fidem quandam extraneam Dauides sectabatur? num Deum abiurauerat? nequaquam certe. Nimirum impietatis vo-

Gen. 6. 3.

Rom. 8. 9.

Impietas pro lasciuia.

Psalm. 31. 51.

A λέγει, ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν οἱ ἀπὸ τοῦ Σὴθ καταγόμενοι· (ἐκεῖνον γὰρ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ Θεὸν ἔλεγον·) τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἤγουν τὰς ἀπὸ τοῦ Κάϊν, ὅτι καλαὶ τῷ εἴδει εἰσὶν, ἔλαβον αὐτὰς εἰς γυναῖκας. ὅθεν καὶ ἐγεννῶντο οἱ Γίγαντες ἄνδρες δυσειδεῖς, καὶ πολὺ εἴτι κάκιστον ὄντες, τοῦ Θεοῦ παραχαράξαντος αὐτοὺς διὰ τὴν μυσαρὰν αὐτῶν μίξιν. ὅθεν καὶ κατακλύζει αὐτοὺς, καθὼς καὶ ὁ κορυφαῖος ἐνέφηνε Πέτρος ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ οὕτως εἰπών· κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας. διατί δὲ τοὺς ἕνα Θεὸν προσκυνοῦντας ἀσεβεῖς ἐκάλεσε; διότι τοσοῦτον ἐξεμάνη-
B σαν εἰς συνουσίας, ὡς ἐπὶ εἴκοσι ἀνδράσι τὴν γυναῖκα περιφέρεσθαι. ἐκ τούτου γὰρ καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἐκ τοῦ Σὴθ δηλαδὴ, πρὸς μίξιν εἵλκυσαν. υἱοὶ δὲ τοῦ Θεοῦ λέγονται, καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, ὥσπερ υἱὸς πρωτότοκος ὁ Ἰσραὴλ, καθὼς ὁ θεῖος ἔφη Ἐφραίμ. καὶ ὁ χρυσοῦς δὲ τὴν γλῶτταν οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα, τῆς δὲ τῶν γενῶν ἐπιμιξίας, ἀνοιχθῆναι λέγει τὰς καταρράκτας τοῦ οὐρανοῦ. ὅτι δὲ διὰ φιληδονίαν καὶ τὴν μυσαρὰν ἐκείνην μίξιν, ὧν ἕνεκεν ἀσεβεῖς ἐκάλει τοὺς Γίγαντας ὁ κορυφαῖος Πέτρος, ἐπήγαγε τὸν κατακλυσμὸν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ δι' ἀθεΐαν ἢ ἄλλην κακίαν τινὰ, ὁ θειότατος Κύ-
C ριλλος ἐν τῇ κατὰ Ἰουλιανοῦ βίβλῳ παρίστησι τοῦτο σαφέστατα λέγων· Οἱ ἐξ Ἀδὰμ καὶ μέχρι τοῦ Νῶε γεγονότες ἄνθρωποι Θεὸν ἕνα τὸν ἀληθινὸν τετιμήκασι. μετὰ δὲ τὴν τοῦ πύργου κατασκευὴν, καὶ τὴν τῶν γλωσσῶν διαφορὰν, ἀσύμβατον καὶ αὐτὴν ἐσχήκασι τὴν περὶ Θεοῦ δόξαν. πανταχοῦ γὰρ διασκεδασθέντες, καὶ τὴν πολύθεον πλάνην ἐσχήκασιν.

Ὅτι δὲ δι' ἀσωτίαν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ὁ παγκόσμιος ἐκεῖνος γέγονε κατακλυσμὸς, αὐτὸς ὁ
D Θεὸς ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, ἤγουν διὰ τὸ ζῆν αὐτοὺς ἐμπαθῶς τε καὶ σαρκικῶς. Οὕτω μὲν οὖν ὁ μέγας Παῦλος τοὺς ἐγκρατῶς ζῶντας ἀσάρκους καλεῖ, λέγων, ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί. σάρκας μὲν οὖν, ὥσπερ δὴ καὶ ἀσεβεῖς εἴωθε καλεῖν ἡ γραφὴ τοὺς βίον ἔχοντας ἄσωτον. ἀσέβεια γὰρ οὐ μόνον ἡ τῶν εἰδώλων προσκύνησις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἀσελγὴς βίος καὶ ἄσωτος. καὶ τοῦτο δηλοῖ ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγων. ἐγὼ εἶπα. ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ. καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. μὴ γὰρ ἀλλόπιστος ἦν ὁ Δαβίδ; μὴ τὸν Θεὸν ἐξωμόσατο πάντως; οὐχί. ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἥ τις ἔτεκε

τῆς μοιχείας, ἀσέβειαν ἐκεῖνος ἐκάλεσε. παγκόσμιον δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐκεῖνον ἐπήνεγκεν ὁ Θεὸς, ὅτι καὶ πάντες ἐκεῖνοι καθάρσεως ἐχρῆζον. καὶ τοῦτο παρίστησιν ἡ γραφὴ λέγουσα· καὶ εἶδε κύριος ὁ Θεὸς τὴν γῆν, καὶ ἦν κατεφθαρμένη· ὅτι κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐπὶ τῆς γῆς.

Πρόσεχε δὲ ἀγαπητέ. εἰ γὰρ οὐκ ἐφείσατο τότε τινὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πάντας ἄρδην κατέκλυσε, μηδὲν ὠφεληθέντας ἐκ τοῦ λόγῳ μόνῳ σέβεσθαι τὸν Θεὸν, εὔδηλον πάντως, ὡς οὐδὲ ἡμῶν ἐν ἐκείνῃ φείσεται τῇ ἡμέρᾳ, εἰ καὶ τὸ τῶν χριστιανῶν ἐπιφερόμεθα ὄνομα. ἐρεῖ γὰρ ἀληθῶς ὁ δεσπότης πάντων Χριστὸς καὶ ἡμῖν, ὅπερ B εἶπε τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα καυχώμενοι ἔλεγον· ἡμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ Ἀβραὰμ ἐσμέν. καθάπερ γὰρ ἐκείνοις ἔλεγεν· εἰ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα ἂν ἐποιεῖ τε τοῦ Ἀβραάμ. οὕτως ἐρεῖ καὶ ἡμῖν· εἰ Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς εἴχετε, τὰ ἔργα ἂν ἐποιεῖ τε τὰ τοῖς Χριστιανοῖς ἁρμόζοντα. μὴ οὖν ἐπὶ τούτοις ἀμφίβαλλε. διὰ γὰρ τοῦ παγκοσμίου ἐκείνου κατακλυσμοῦ, καὶ τοῦ ἐν Σοδόμοις ἐμπρησμοῦ σαφῶς ἔδειξεν ὁ Θεὸς, ὁποῖον ἀπαντᾷ τέλος τοῖς ἐν ἀσωτίᾳ τὸν βίον καταλύουσιν.

A cabulo cupiditatem illam, quæ adulterium pepererat, innuit. Et vniuersale diluuium inuexit propterea Deus, quod omnes illi homines repurgationis egerent. Significatur hoc sacris in litteris per hæc verba: Vidit Deus orbem terrarum esse corruptissimum, & omnium mortalium mores deprauatos. *Gen. 6. 12.*

Heic animum mihi, dilecte fili, aduertito. Nam si Deus id temporis nemini pepercit, sed diluuio funditus omnes obruit, nihil adiutos ex eo, quod verbis Deum religiose venerarentur: intelligi perspicue potest, futurum vt ne nobis quidem in illo die parcat, tametsi nomen Christianorum habeamus. Reuera enim Christus ille dominus omnium verbo nos illo compellabit, quo Iudæos adfatus est, quum iactabundi dicerent: Nos ex Abrahamo patre nostro sumus orti. *Io. 8. 33.* Nimirum vt illis respondit, Si Abrahami nati essetis, Abrahamo digna faceretis: ita nobis etiam dicturus est, Si pro Christianis vos gerere volebatis, ea præstare conueniebat, quæ Christianos omnino decerent. Atque hac in parte minime tibi est ambigendum. Nam per orbis vniuersi diluuium, & Sodomorum incendium Deus manifesto declarauit: qualis immineat iis exitus, qui vitam in luxuria prodigunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΩΕ, ΚΑΙ ΤΗΣ κιβωτοῦ. C

Ο μέντοι Νῶε φ΄. ἐτῶν γεγονὼς γεννᾷ τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ. ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἄξιος θαυμασμῶν ὁ ἀνὴρ, ὅτι τοσοῦτος παρίππευσε χρόνος, καὶ μίξεσι νομίμοις ὑποκύπτειν οὐκ ἤθελε. καὶ ὡς ὁ χρυσορρήμων φησὶν, εἰ μὴ θεία τις οἰκονομία, ὥστε δι᾽ αὐτὸν αὖθις τὸ τῶν ἀνθρώπων συστῆσαι γένος, οὐκ ἂν οὐδ᾽ ὅλως σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ὑπέκυψε. κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ τέλειον αὐτὸν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ καλεῖ ὁ Θεὸς, τῇ διεστραμμένῃ δηλαδή. ἀλλ᾽ ὅρα μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ. οὐκ εὐθέως ἀπάγει τὸν D κατακλυσμὸν, ἀλλ᾽ ἔτη μὲν ἑκατὸν ἑτοιμάζει τὴν κιβωτὸν, κἂν οἱ ἄφρονες * τῷ Νῶε θελήματι θείῳ ὑπηρετούμενον ἐξεμυκτήριζον. ἀλλὰ καὶ συναγόμενα ὁρῶντες τὰ θηρία πάντα, καθά φησιν ὁ θεῖος Ἐφραὶμ, ἐλέφαντας μὲν ἀπὸ Ἰνδικῆς, καὶ Περσίδος ἐρχόμενα, λέοντας καὶ παρδάλεις μετὰ προβάτων καὶ αἰγῶν μιγάδας, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ, ἄνευ τινὸς διώκοντος, ἐρχόμενα, καὶ κύκλῳ τῆς κιβωτοῦ αὐλιζόμενα, οὐδαμῶς κατενύγησαν. ἀλλὰ μὴ καὶ ἡμεῖς τοῦτο πάθοιμεν, γρηγοροῦντες ἀεί.

* τὸν

DE NOA, ET ARCA.

QVVM Noa quingentos esset annos natus, Semum genuit, indeque Chamum & Iaphetum. *Gen. 5. 31.* Meretur in illo viro magnam hoc admirationem, quod quum tot annos viuendo explesset, ne legitimos quidem amplexus desiderauerit. *Noæ continentia.* Chrysostomus certe ait, ni diuino decretum fuisset consilio, per ipsum genus humanum instaurandum esse: numquam omnino carnalibus eum cupiditatibus se summissurum fuisse. *Chrysostom.* Propter hanc caussam Deus eum vocat hominem ætatis suæ integrum, quæ planæ peruersa erat. Heic Dei tolerantiam mihi considerato. Diluuium subito non inuehit, sed totis centum annis arca construitur. Interim homines stolidi Noam voluntati diuinæ obsequentem irridebant. Immo tametsi cernerent, vniuersas belluas coire, quemadmodum diuinus ille vir Ephræmus ait, Elephantos ab India Persideque aduentare, leones ac pardalides inter oues atque capras promiscue accedere, reptiles bestias cum auibus eodem se persequente nemine conferre ac circum arcam commorari: nihilo tamen magis pœnitentiæ stimulos sentiebant. *Ephrami locus.* Idem ne nobis incidat, nunquam non vigilemus.

A Sed enim vnde Noa didicerat, quæ animalia munda, quæ immunda essent: quum nondum id temporis ea Moses segregasset? *Chrysostomus.* Hanc enim quæstionem Chrysostomus mouet. Num proficiscebatur hoc a naturali quadam cognitione, quam habebat: an a sapientia diuinitus ei concessa? Præclara profecto res virtus est. Hæc Enochum transtulit. hæc Noam conseruauit. Nam vide mihi quæso, quid fiat. Omnes id temporis *Gen. 7. 1.* homines Deus exitio destinans, solum ad Noam inquit: Ingredere tu, vna cum omni familia tua, in arcam, quoniam quidem te animaduerti esse omnium huius peruersi prauique sæculi meo in conspectu facile iustissimum. Simul tempus cæteris definitum ad resipiscendum tribuens, inquit: Reliquos eis faciam annos c x x. B Quanquam ne hos quidem vniuersos vixerunt, propter insignem peruersitatem. Nam qui prius durante c annorum interuallo non resipuerant, intra viginti annos pœnitentiam acturi non erant. Atque hoc loco mihi obserua, Deum nonnumquam nobis resipiscentibus eam vitam præcidere, quam prius pollicebatur, vt heic fieri videmus, nonnunquam minatum se perditurum, reapse minas non exsequi, nobis resipiscentibus: id quod Nineuitis videmus vsuuenisse.

Gen. 6. 7. Cæterum aqua supra ipsos montes excreuit ad x v vsque cubitos, vt eueniret quod futurum Deus minatus fuerat: Quicquid ortum est delebo, non homines solum: sed etiam pecora & reptilia, & volucres, quæ sub cœlo sunt. C Quippe si tantam ad altitudinem non excreuisset, volucres haud quaquam periissent. Et quidem aquam huiusce diluuii montes etiam sublimissimos operuisse, vel hinc colligere licet. Quidam quum e Libani cacuminibus ad structuras ædificiorum saxa congererent, adseruerunt se intra Libani concauitates reperisse pisces induratos in limo defixos, vti Iosephus etiam memoriæ prodidit. *Iosephi locus.*

Quum diluuium desiisset, Noa Deo sacrificium obtulit. Quamobrem istuc? vt iis, qui aliquando futuri essent infirmiores, Deum benignum ac propitium redderet, D sicut eximius ille Cyrillus ait: ne rursum aliquando vnus aduersus omnes ferretur calculus, quo genus mortalium alteri diluuio subiiceretur. Iccirco Deus his eum verbis compellat: Statui cum animo meo, nunquã deinceps terram tanta diritate prosequi propter hominum facinora, quorum cogitationes & studia inde vsq; a pueris ad praua quæque procliuia sunt. Hanc igitur ob caussã sacrificium illud obtulit, cuius etiam respectu mandauerat Deus, vt ex mundis animalibus in arcam septena, ex immundis bina reciperentur. Nam quia carnibus vescẽdi potestatẽ mortalibus facturus erat, atque etiam lita-

Cyrilli locus. *Gen. 8. 21.* *Cur tam septena, quam bina in arcam animalia recepta.*

Πόθεν δὲ οἶδεν ὁ Νῶε τὰ καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα, μήπω τῆς αὐτῶν διαιρέσεως παρὰ Μωσέως γεγονυίας, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησίν; ἐκ τῆς ἐναποκειμένης αὐτῷ φυσικῆς γνώσεως, ἢ ἐκ τῆς δοθείσης αὐτῷ παρὰ Θεοῦ σοφίας· ὡς καλὸν ἡ ἀρετὴ, αὕτη τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν, αὕτη τὸν Νῶε διεσώσατο. ὅρα γὰρ ὅτι πάντας ἐκείνους ἀπωλείᾳ παραδιδοὺς ὁ Θεὸς, πρὸς τὸν Νῶε ἔλεγεν. εἴσελθε σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτὸν, ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ καὶ διεστραμμένῃ. ἀλλὰ καιρὸν διδοὺς αὐτοῖς ἐμπρόθεσμον εἰς μετάνοιαν, φησίν· ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἔτη ρκ΄. εἰ καὶ ταῦτα πάντα οὐκ ἔζησαν, διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν. οἱ γὰρ μὴ φθάσαντες διὰ μέσου τῶν ἑκατὸν μετανοῆσαι, οὐδὲ ἐν τοῖς εἴκοσι μετενόησαν ἄν. πρόσεχε δὲ ὅτι, ποτὲ μὲν ἣν ἐπαγγέλλεται δοῦναι ζωὴν ὑποτέμνει, ὡς ἐνταῦθα, ἐὰν μὴ μετανοήσωμεν· ποτὲ δὲ ἀπειλῶν ἀπολέσαι, τοῦτο οὐ ποιεῖ, μετανοησάντων ἡμῶν, ὡς ἐπὶ τῶν Νινευιτῶν ἐστιν ἰδεῖν.

Τὸ δὲ ὕδωρ ὑψώθη ἐπάνω τῶν ὀρέων ἐπὶ πήχεσι πεντεκαίδεκα, ἵνα τὰ τῆς θείας πληρωθῇ ἀποφάσεως. ἐξαλείψω γάρ φησι πᾶσαν τὴν ἐξανάστασιν ἣν ἐποίησα, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ ἀπὸ ἑρπετῶν ἕως πετεινῶν ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. εἰ μὴ γὰρ ὑψώθη τοσοῦτον, οὐκ ἂν τὸ τῶν πετεινῶν ἀπώλετο γένος. Ὅτι δὲ ὑπεράνω τῶν ὑψηλοτέρων ὀρέων ἐπήρθη τὸ ὕδωρ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, κἀντεῦθεν πιστοῦται. λίθους γάρ τινες ἐκ τῶν τοῦ Λιβάνου ἀκρωρειῶν εἰς οἰκοδομὰς μετακομίζοντες, διεβεβαιοῦντο ὡς εὗρον ἐν τοῖς κοιλώμασι τοῦ Λιβάνου ἰχθύας τεταριχευμένους, καὶ τῇ ἰλύϊ πεπηγότας, καθά φησι καὶ Ἰώσηππος.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ παῦλαν, θυσίαν ὁ Νῶε τῷ Θεῷ ἀνήνεγκε. τίνος ἕνεκεν; ἵνα τοῖς ἐσομένοις ἐν ἀσθενείᾳ συγγνώμονά τε καὶ γαληνὸν προσαπεργάσηται τὸν Θεὸν, ὡς ὁ μέγας διέξεισι Κύριλλος. ἵνα μὴ πάλιν μία κατὰ πάντων ἐλεύσεται ψῆφος, δευτέρῳ κατακλυσμῷ τὸ ἀνθρώπινον ὑποτιθεῖσα γένος. ἐφ᾽ ᾧ καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός. διανοηθεὶς οὐκέτι προσθήσω τοῦ καταράσασθαι τὴν γῆν διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ πονηρὰ ἐκ νεότητος. τούτου χάριν, ὡς εἴρηται, θυσίαν ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ· κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἑπτὰ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν καθαρῶν εἰσαχθῆναι, ἐν τῇ κιβωτῷ. δύο δὲ ἀπὸ τῶν ἀκαθάρτων. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε συγχωρεῖν τοῖς ἀνθρώποις μεταλαβεῖν κρεῶν, ἔμελλον δὲ, καὶ θυσίας

προσφέρειν αὐτῷ τῆς εὐσεβείας οἱ ἔφιμοι, πλείονα τὰ καθαρὰ φυλαχθῆναι προσέταξε· τὰς μὲν τρεῖς συζυγίας εἰς τὴν αὔξησιν, τὸ γένους δὲ περιττὸν ἓν εἰς θυσίαν. ὃ δὴ καὶ πεποίηκε μετὰ τὸν κατακλυσμόν, ἀπὸ πάντων τῶν καθαρῶν προσαγαγὼν τῷ Θεῷ. ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι γε τούτου χάριν ἀνὰ ἑπτὰ προσέταξεν ἐξ ἑκάστου γένους τῶν καθαρῶν ἐν τῇ κιβωτῷ εἰσαχθῆναι, ἵνα τὸ ἓν ζῶον ἐξ ἑκάστου γένους ὁ Νωε προσφέρων, μὴ διαφθείρῃ τὰς συζυγίας. τοσοῦτον δὲ τὴν τοῦ Νωε προαίρεσιν ἐπὶ τῇ προσαγωγῇ τῆς θυσίας ἐπεδέξατο ὁ Θεός, ὡς καὶ τὴν γραφὴν οὕτως εἰπεῖν· καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας. μετὰ γνώμης λοιπὸν ὑγιοῦς καὶ ἡμᾶς τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι χρή. εἰ δὲ μή, κἂν ὁτιοῦν B προσάξωμεν, ἀποστραφήσεται αὐτὸ ὁ Θεός. ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ δικαίου ἀρετὴ τὸν καπνὸν καὶ τὴν κνίσσαν ὀσμὴν εὐωδίας εἰργάσατο. ἀλλ' ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ἡ τῶν προσαγόντων πονηρία τὸ θυμίαμα τὸ εὐῶδες βδέλυγμα ὀφθῆναι παρεσκεύασεν.

Ὁ μὲν οὖν Ἰώσηπος καὶ κατ' αὐτὸν τὸν κόρακα τὸν ἀπολυθέντα παρὰ τοῦ Νωε τοῦ ἰδεῖν εἰ τὸ ὕδωρ ἐκόπασεν, ἐναντιούμενος φαίνεται τῇ τοῦ Μωσέως ἱστορίᾳ. ὑποστρέψαι καὶ γὰρ πρὸς τὴν κιβωτὸν λέγει τὸν κόρακα, ὡς ἐπὶ πάσῃ τῇ* τοῦ ὕδατος ἔτι λιμνάζοντος. ὁ δὲ Μωσῆς περὶ τούτων οὕτω φησίν· καὶ C οὐχ ὑπέστρεψεν ὁ κόραξ ἕως οὗ ἐξηράνθη ἡ γῆ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ περιστερὰν ἀπέστειλεν ὕστερον, ἅτε δὴ παλινοστῆσαι τοῦ κόρακος πρὸς αὐτὸν μὴ θελήσαντος. ἀλλὰ καὶ ἱστορικούς εἰσάγει τινὰς ὁ Ἰώσηπος, περί τι λέγοντας ὄρος τῆς Ἀρμενίας ὑψηλότατον ἐν τῷ τοῦ κατακλυσμοῦ πεφευγέναι καιρῷ τῶν ἀνθρώπων τινάς, κἀκεῖσε σωτηρίας διὰ τὸ ὕψος τυχεῖν. ἀλλ' ἔξω βάλλουσιν ἐκεῖνοι τοῦ σκοποῦ, καὶ τῆς εὐθείας πόῤῥω που φέρονται. εἰ γὰρ ὑψώθη τότε τὸ ὕδωρ ἐπάνω τῶν *ὑψηλοτάτων ὀρέων ἐπὶ πήχεσι πεντεκαίδεκα, καθὰ Μωσῆς ἱστορεῖ, οὐκ ἂν ὁτιοῦν ὑπελείφθη τηλικαῦτα ὄρος, ὡς οἶμαι, τοὺς ἐν αὐτῷ πεφευγότας ἰσχύον ἀβλαβεῖς διασώσασθαι. D

* τῇ γῇ τοῦ

* ὑψηλοτέρων.

Ἡ μέντοι κιβωτὸς τριακοσίων μὲν πηχέων τὸ μῆκος ἦν, πεντήκοντα δὲ τὸ πλάτος, τὸ ὕψος τριάκοντα. πῆχυν δὲ ἀκούων, μὴ τοιοῦτον εἶναι νόμιζε, ὁποῖός τίς ἐστι παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ γεωμετρικόν. ὁ γὰρ Μωσῆς γεωμέτρης ἐξ Αἰγύπτου ὤν, τοιοῦτον ἔφη πῆχυν ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ, ἥτις ὀργυιὰν μεγίστην ποιεῖ. πρῶτοι γὰρ Αἰγύπτιοι, καθά φησι Κύριλλος, τὴν γεωμετρίαν εὗρον ἐκ τοῦ ἀπλέτου τῆς γῆς καὶ τῆς διαιρέσεως. ἡ δὲ τῶν φαινομένων θεωρία παρ' Ἕλλησιν ἐτελειώθη, τῶν πρώτων τηρη-

A turos sibi religiosos homines sciebat: iccirco mundorum animalium maior numerus seruatus est, quorum tria paria generis incremento, reliquum sacrificio destinatum esset: id quod a diluuio Noa non neglexit, de omni mundorum pecorum genere Deo victimas offerens. Ex quo perspicue licet intelligere, propterea fuisse præceptum, vt septena in arcam animalia sumerentur, ne Noa vnum animal ex quouis genere Deo mactans, ipsa paria distraheret atque corrumperet. Cæterum vsque adeo Deus in oblatione huius sacrificii Noæ studium ac voluntatem probauit, vt his vti verbis litteræ sacræ non dubitauerint: Delectatus est Deus odoris illius suauitate. Quapropter nos quoque nihil non animo sano & puro faciamus, absque quo fuerit, omnino Deus auersabitur, quodcumque tandem a nobis offeratur. Nam vides heic virtutem iusti hominis de ipso fumo ac nidore suauissimum odorem effecisse: quum apud Iudæos prauitas offerentium faceret, vt suffitus etiam fragrantissimus a Deo piaculi loco duceretur.

Gen. 8. 21.

Cæterum in narratione de coruo, qui a Noa dimissus fuit, vt exploraret, an aqua defecisset, Iosephus historiæ Mosis aperte refragatur. Commemorat enim, coruum illum ad arcam reuertisse, quasi aqua per omnem terrarum orbem adhuc restagnaret. At Moses hæc in hunc modum narrat: Non reuertit coruus, donec ab aquis exsiccata terra foret. Nam illa ipsa de caussa columbam deinceps emisit, quod coruus redire noluisset. Idem Iosephus probat auctoritate quorundam historicorum, quos citat, diluuii tempore quosdam homines in altissimum Armeniæ montem confugisse, atque ibi saluti suæ per ipsius montis sublimitatem consuluisse. Verum hi a scopo (quod dicitur) aberrarunt, & a semita recta longe deflexerunt. Nam si aqua id temporis supra montes quosque sublimissimos ad XV vsque cubitos excreuit, quemadmodum Moses memoriæ prodidit: nullus mea quidem sententia mons reliquus esse potuit, qui a periculo seruaret immunes, quotquot in eum confugissent.

An coruus in arcam redierit.

Iosephus.

Arcæ ipsius longitudo CCC cubitos habebat, latitudo quinquaginta, altitudo triginta. Quum autem cubiti vocabulum audis, non talem intelligi putato, qualis apud nos est in vsu: sed Geometricum. Moses enim, qui apud Ægyptios artem Geometriæ didicisset, in hac de arca narratione cubitum eiusmodi intelligit, qui maximam * vlnam efficeret. Nam Ægyptii primi, referente Cyrillo, Geometriam propter amplitudinem terræ suæ, eiusque diuisionem repererunt: quum motus siderum consideratio sit a Græcis perfecta, quorum obseruationes

Arcæ mensura.

Cubitus quid.

Inuentores Geometriæ.

Astronomiæ.

primæ apud Babylonios exstiterant. Itidem doctrina numerorum a Phœnicum mercatoribus est profecta. De his hactenus.

Arithmeticæ.

DE TVRRIS EXSTRVCTIONE.

POST annos a diluuio IↃXXXVI turris est ædificata, hominibus in ea perficienda totis XL annis incassum laborantibus. Cohortabantur enim (ceu Moses narrat) inuicem vt lateres facerent coquerentque: quibus vrbem turrimque sibi exstruerent, quæ fastigio cœlum attingeret. Quamobrem? vt si alterum diluuium ingrueret, ad eius se verticem conferrent, eoque pacto imminens ab aquis exitium effugerent. Vanum hunc laborem & conatum eorum Deus per confusionem linguarum inhibuit. Verba quidem sacris in litteris hæc leguntur: en vna est mortalium natio, qui cuncti eodem sermone vtuntur. Age descendamus, & ibi eorum sermonem ita confundamus, vt alii aliorum orationem non intelligant. Itaque illinc eos per omnes terras Dominus, qui Deus est, dissipauit. Et appellari cœperunt homines ab eo tempore Meropes, a sermonis, linguarum, terræque diuisione. Furiosus ille Iulianus hoc etiam inter alia scripsit, Deum conspicientem homines in altum ope turris sublatos, eaque de caussa non mediocriter perturbatum, commoda quadam ratione ac via, linguis inter se confusis vlteriorem adscensum prohibuisse.

Gen. 11. 3. — *Gen. 11. 6.* — Μέροπες, ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ τῆς ὀπός, a diuisione vocis. — Imp. Iuliani calumnia.

Cæterum turris ipsa LXXII præfectorum opera fuit exstructa, quorum ad numerum linguæ quoque diuisæ sunt: quum antea sermone linguaque vna, ceu dictum est, omnes vterentur. Solus Heberus reliquorum stulto conatui non adsensus, linguam suam retinuit: de quo colligitur, ab initio mortales vsos Hebraica lingua fuisse. Adami certe posteros hac esse loquutos, inde quoque colligitur, quod & Abrahami familia eandem vsurparit, & Adamus ille secundus, qui Christus est, Deus ille noster. Idem animaduertitur ex inscriptione crucis, & hisce Christi verbis, quum ait, Ephata, hoc est aperitor. Idem quod alibi ait, Talita cumi: hoc est, Puella surge. Eadem de re magnus Epiphanius ille sic disserit: Post diluuium ædificata turris est. Vixit id temporis Heberus, auctor & propagator Hebraicæ gentis, quem perhibent propterea, quod cum turrim exstruētibus commercii nihil habuisset, linguam suam retinuisse. Fuit eius ex posteris Abrahamus, & Hebræa lingua nomen ab

LXXII mundi linguæ. — Hebræa linguarum princeps. — *Epiphanii locus.*

σεων ἐν Βαβυλῶνι γενομένων. ὁ δὲ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἀπὸ τῶν ἐμπόρων Φοινίκων ἤρξατο. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΥΡΓΟΥ.

ΜΕΤΑ δὲ πεντακόσια τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ ἡ τοῦ πύργου γέγονεν οἰκοδόμησις, ματαιοπονησάντων ἐπὶ ταύτῃ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων ἐν ἔτεσι μ΄. καὶ εἶπε γάρ φησιν ἄνθρωπος τῷ πλησίον αὐτοῦ. δεῦτε, καὶ πλινθεύσωμεν πλίνθους, καὶ ὀπτήσωμεν αὐτὰς πυρί, καὶ οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἔσται ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ. διὰ τί δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν τοῦτο; ἵνα κατακλυσμὸς εἰ γένηται δεύτερος, ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κορυφὴν ἀναδράμωσι, κἀντεῦθεν τὸν ἐξ ὕδατος ὄλεθρον φεύξωνται. ταύτῃ τοι καὶ τὴν ματαιοπονίαν αὐτῶν ἐκώλυσεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν. καὶ ἄκουε τῆς γραφῆς οὕτω λεγούσης. καὶ εἶπε κύριος· ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων. δεῦτε καὶ καταβάντες συγχέωμεν ἐκεῖ τὴν γλῶσσαν, ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τῆς φωνῆς τοῦ πλησίον. καὶ διέσπειρεν αὐτοὺς κύριος ὁ Θεὸς ἐκεῖθεν ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. τηνικαῦτα καὶ μέροπες καλοῦνται ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ τῆς φωνῆς καὶ τῆς γῆς. ὁ δὲ παράφρων Ιουλιανὸς καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔλεγεν, ὅτι θεωρῶν αὐτοὺς ὑψουμένους διὰ τοῦ πύργου, καὶ οὐ μικρῶς ἐπὶ τούτῳ πτοηθείς, εὐμεθόδως αὐτοῖς κωλύει τὴν ἄνοδον, διὰ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν.

Ο μέν τοι πύργος ἐκτίζετο, ο΄. καὶ β΄. τοῦ κτίσματος ἀρχηγῶν ὄντων. κατὰ τούτους λοιπὸν καὶ ἡ διαίρεσις τῶν γλωσσῶν γέγονε, χείλους ὄντος ἑνὸς καὶ φωνῆς ἐπὶ πᾶσι μιᾶς, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. μόνος δὲ ὁ Εβερ μὴ συγκατατεθεὶς τῇ ματαιοπονίᾳ τῶν λοιπῶν, τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ ἔμεινεν. ἀρχῆθεν λοιπὸν ἡ Εβραῒς φωνή. ὅτι δὲ τῇ Εβραίων γλώσσῃ ἐχρῶντο οἱ ἀπὸ τοῦ Αδάμ, δῆλον μὲν καὶ ἀπὸ τοῦ καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Αβραὰμ τῇ τοιαύτῃ χρᾶσθαι διαλέκτῳ. δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν δεύτερον Αδὰμ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν τῇ Εβραίων χρᾶσθαι φωνῇ. καὶ δηλοῦσι μὲν τοῦτο καὶ τὰ ἐν τῷ σταυρῷ. οὐχ ἧττον δὲ κἀκεῖνα ἐν οἷς ἔλεγεν. ἐφαθά, τουτέστι διανοίχθητι. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ. ταλιθὰ κοῦμι· τουτέστι, σοὶ λέγω τῷ κορασίῳ. πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁ μέγας Επιφάνιος περὶ τούτων οὕτω φησί. μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ὁ πύργος. εἶτα ὁ Εβερ ὁ τῶν Εβραίων πρόγονος, ὃν λέγουσι μὴ βουληθέντα κοινωνῆσαι τοῖς τὸν πύργον οἰκοδομοῦσι, μεῖναι ἐν τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ. τούτου ἔκγονος ὁ Αβραάμ. ὅθεν καὶ ἡ Εβραία

γλῶττα

γλῶττα. τὰ αὐτὰ δὲ τούτοις καὶ Ἰώσηπός φησι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ὁ δὲ Θεοδώρητος τῇ Σύρᾳ γλώττῃ τοὺς ἐξ Ἀδὰμ χρῆσθαι φησίν.

Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ τοῦ Χὰμ υἱὸς Χαναὰν ἰδὼν τὴν πρὸς τὸν Λίβανον γῆν ὅτι ἀγαθή ἐστι, μετὰ τὸ πρὸς αὐτοὺς κληρωθῆναι, καὶ κρείττων τῆς ἑαυτοῦ γῆς, τυραννικῶς καθήρπαξεν αὐτήν, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ Σὴμ κληρονόμους ἐκεῖθεν ἐξήλασε. καὶ οὕτω πᾶσα ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Χαναὰμ προσηγορεύθη. καὶ Ἰώσηπος δέ φησιν, ὅτι Χαναὰμ τέταρτος ὢν τοῦ Χὰμ παῖς, τὴν Ἰουδαίαν καλουμένην οἰκήσας, Χαναὰμ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν. ὁ δὲ Σὴμ γεννᾷ τὸν Ἀρφαξᾶ. Ἀρφαξᾶ δὲ τὸν Καϊνᾶν. οὗτος δὲ ὁ Καϊνᾶς, B ὥς φησι Γεώργιος, συνεγράψατο τὴν ἀστρονομίαν, εὑρηκὼς τὴν παρὰ τοῦ Σὴθ, καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων ἐκτεθεῖσαν ὀνομασίαν τῶν ἀστέρων, ἐν πλακὶ λιθίνῃ γεγραμμένην. οἱ γὰρ τοῦ Σὴθ ἔγγονοι προμυηθέντες ἄνωθεν τὴν μέλλουσαν γενέσθαι φθορὰν τῶν ἀνθρώπων διά τε πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ποιήσαντες δύο στήλας, μίαν μὲν λιθίνην, ἑτέραν δὲ πλινθίνην, ἔγραψαν τὰ ἐκ τοῦ πάππου αὐτῶν Σὴθ ἐκτεθέντα οὐράνια πάντα· λογισάμενοι ὅτι εἰ μὲν δι᾽ ὕδατος ὁ κόσμος φθαρῇ, ἡ λιθίνη στήλη μένει, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα. ἥτις στήλη μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εἰς τὸ Σιδηρὸν ὄρος ἔμεινε, καὶ ἔστιν ἕως ἄρτι, ὥς φησιν Ἰώσηπος. εἰ δὲ διὰ πυρὸς γένηται C ἡ φθορά, μένει αὖ ἡ πλινθίνη.

Ἀνεφάνη δὲ ἐκ τοῦ Σὴμ φυλῆς ἕτερος Γιγαντογενὴς τοὔνομα Κρόνος. Οὗτος πάνυ γενόμενος δυνατός, καὶ πολλοὺς ὑποτάξας, πρῶτος κατέδειξε τὸ βασιλεύειν, καὶ τῶν ἄλλων κρατεῖν. καὶ βασιλεύσας πρῶτος Ἀσυρίων ἔτη νϛʹ. ὑπέταξε πᾶσαν τὴν γῆν Περσίδος. μετὰ δὲ Κρόνον ἐβασίλευσε Νῖνος ἔτη νβʹ. ὅς γε τὴν οἰκείαν μητέρα Σεμίραμιν λαβὼν εἰς γυναῖκα, νόμος ἐγένετο Πέρσαις λαμβάνειν τὰς ἑαυτῶν μητέρας καὶ ἀδελφάς. ἐξ οὗ γένους ἐγένετο καὶ Ζωροάστρος ὁ περιβόητος Περσῶν ἀστρονόμος. ὃς εἶπε τοῖς Πέρσαις, ἐὰν καύσῃ με τὸ οὐ- D ράνιον πῦρ· (τοῦτο γὰρ καὶ ηὔχετο·) λάβετε ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ φυλάσσετε εἰς σύστασιν τῆς βασιλείας ὑμῶν. ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

Ἐν δὲ ταῖς ἱστορίαις αἷς ἐχρήσατο κατὰ Ἰουλιανοῦ ὁ θεολόγος μέγας Γρηγόριος καὶ τάδε φησί. τὴν ἀστρονομίαν λέγονται πρῶτον εὑρηκέναι Βαβυλώνιοι διὰ Ζωροάστρου. δεύτεροι δὲ ἐδέξαντο οἱ Αἰγύπτιοι. τὴν δὲ μαγείαν εὗρον Μῆδοι· εἶτα Πέρσαι. διαφέρει δὲ μαγεία γοητείας. καὶ ἡ μὲν μαγεία ἐπίκλησίς ἐστιν, ὥς φασι, δαιμόνων ἀγαθοποιῶν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν. γοητεία δέ ἐστι δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους εἱλουμένων

Glycæ Annal.

A eodem accepit. Adsentitur huic & Iosephus. Theodoritus vero posteros Adami lingua Syriaca vult vsos fuisse.

Sciri autem debet, Chanaanem Chami F. animaduerso terram Libano vicinam fertilem esse, suaque meliorem, post diuisionẽ inter Noæ liberos factam: per vim hanc ipsam rapuisse, ac posteros ex ea Semi eiecisse. Quo factum, vt vniuersa terra illa promissionis, Chanaanis regio vocaretur. Iosephus quoque commemorat, a Chanaane Chananæam fuisse appellatam. Semus autem Arphaxam procreauit, Arphaxas Cainanem, qui auctore Georgio libris Astronomiam complexus est, quum appellationes siderum a Setho eiusque posteris indicatas, & lapidea in tabula perscriptas reperisset. Nam quum ii multo ante fuissent edocti, futurum vt homines tam per ignem, quam aquam interirent: erectis duabus columnis, quarum vna lapidea foret, altera latericia, cœlestium rerum descriptiones ab auo expositas iis ipsis insculpserant, quum secum rationes has iniuissent: siquidem vsuueniret, vt per aquam mundus interiret, lapideam columnam cum inscriptis litteris superfuturã, quæ sane post diluuium in monte Sidiro salua reperta est, hodieque restat, Iosepho teste: sin per ignem mundus corrumperetur, omnino superaturam columnam latericiam.

Chanaanis tyrannica terræ alienæ inuasio.

Cainan primus Astronomiam libris complexus.

Sidirus mons.

Cæterum ex stirpe Semi quidam exstitit, Gigantum origine satus, cui nomen esset Cronus. Hic quum magnam ad potentiam esset euectus, imperioque suo multos mortales subiecisset: primus regnandi modum, & alios sub iugum mittendi ostendit. Quumque princeps Assyriorum regno totos LVI annos potiretur, vniuersam sibi Persidem dicto audientem reddidit. Post Cronum LII annos Ninus regnauit, qui quum matrem germanam Semiramidem matrimonio sibi iunxisset: lex apud Persas inoleuit, qua fas esset matres ac sorores in vxores ducere. Prodiit ex hac familia & Zoroaster, insignis ac celeberrimus ille Persarum astronomus: qui Persis præcepit, vt si ab igne cœlesti exureretur, (id quod votis expetebat, vt fieret) ossium suorum reliquias sumerent, easque ad regni excitationem conseruarent: cui prædictioni euentus deinde respondit.

Cronus siue Saturnus.

Origo Imperiorum.

De Zoroastro.

In historiis illis, quibus aduersus Iulianum Gregorius ille Theologus vsus est, hæc etiam verba reperiuntur: Astronomiam primi Babylonii per Zoroastrũ inuenisse perhibentur, a quibus eam deinceps Ægyptii acceperint. Magia Medorũ inuentũ est, a quibus ad Persas manauit. Differt hæc a Goetia, quod Magia sit imploratio (sicut aiunt) beneficorum geniorũ ad boni alicuius effectionem. Goetia vero maleficorũ compellatio geniorũ, qui circum sepulcra volutantur,

Discrimen μαγίας & γοητίας.

ἀπὸ τῶν γόων.

ad mali alicuius effectionem. Et Goetiæ nomen factum est a ploratibus & lamentis, quæ consueuerunt in sepulcris existere: quum Magia dicatur a Magusæis, hoc est Persis, eiusdem auctoribus. Nam Persas Magos appellari lingua ipsis vernacula constat. Cyrillus autem in libris aduersus Iulianum scriptis refert, post annos a diluuio ıɔcccc Arbylum regẽ Assyriis imperitasse, qui primus hominũ sibi diuinitatis appellationem arrogarit. Eiusdẽ filius Ninus primus apud Assyrios regnũ illustri ratione administrasse perhibetur, a quo nomen inditum vrbi Nineuæ, quã Semiramis magnifice mœnibus cinxit.

Origo cultus simulacrorum

Post turris ædificationem, de qua loquuti sumus, homines hinc inde dispersi ad facta quædam absurda exorbitarunt, ac tandem miseri deastrorum cultus errorem amplexi sunt, a malis geniis hoc quodammodo decepti. Octauus a Noa Seruchus simulacrorum formandorũ rationem inuenit. Fertur enim homines, qui præclarum aliquod facinus edidissent, statuarum & columnarũ honoribus ornasse. Verum posteri, quum maiorum mentem & consilium ignorarent, neque scirent statuas illas memoriæ caussa collocatas esse: paullatim principis omnium malorum auctoris impulsu sic colere consimiliter secum adfectos & interitui obnoxios homines cœperunt, ac si dii forent immortales: adeoque sacra quædam eis excogitarunt, ipsis malis geniis intra statuas domicilium collocantibus.

Ægyptiorum superstitio.

Hinc factum, vt deinceps genus humanũ aliis atque aliis diis religiose seruiret. Ac Ægyptii quidem supra cæteros ad impietatem maximam prolapsi sunt. Nam feles, simios, hircos, boues, crocodilos coluerunt: atque imprimis bouẽ illum variis coloribus præditum, quem Apim vocabant. Quum enim bos apud ipsos nascebatur, qui in lingua & cauda notas quasdam referret, & in frõte similitudinẽ lunæ dimidiatæ imitaretur: perhilariter choreas ductitabant, & conuentus publicos celebrabant, quasi nouus quispiã Deus ad ipsos se cõtulisset. Ac de his quidem hactenus.

Recte autem octauus a Noa Seruchus fuisse dicitur. Quippe Cainanis filius fuit Sala, qui Heberum procreauit, Heberus Phalecum, Phalecus Ragauum, Ragauus Seruchum, Seruchus Nachorem, Nachor Tharam, Thara diuinum hominem Abrahamum, Abrahamus Isaacum, Isaacus Iacobum, Iacobus duodecim familiarum principes, Rubenum, Symeonem, Leuium, Iudam, cæteros, a quibus ortæ sunt XII tribus Israelicæ. De Abrahamo Iosephus memoriæ prodidit, eum in Ægyptum itinere suscepto, numerorũ sidereorumq; motuum doctrinam cum Ægyptiis communicasse, qui ante Abrahami aduentum nihil horum

Abrahamus astronomus.

A ἐπὶ κακοῦ τινος σύστασιν. Γοητεία δὲ ἤκουσεν ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν * θωΰων τῶν ἐν τοῖς τάφοις γινομένων. μαγεία δὲ ἀπὸ Μαγουσαίων, ἤτοι Περσῶν, ὅθεν ἔσχε καὶ τὴν ἀρχήν. * Μαγῶς ἐγχωρίως οἱ Πέρσαι λέγονται. ὁ μέντοι μέγας Κύριλλος ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανοῦ καὶ τάδε γράφων εὕρηται, ὅτι μετὰ ἐννακόσια ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ τῶν Ἀσσυρίων ἐβασίλευσεν Ἄρβυλος, πρῶτος ἐν ἀνθρώποις. οὗτος ἔσχε πρῶτος εἰς ἑαυτὸν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα. ἀλλὰ καὶ Νῖνος ὁ ἐκείνου παῖς πρῶτος Ἀσσυρίων ἐπιφανῶς βασιλεῦσαι λέγεται. οὗ ἐπώνυμος ἡ Νινευή, ἧς τὰ τείχη Σεμίραμις μεγαλοφυῶς ἐσκευάσατο.

* θρήνων

* Μάγοι

Μετὰ δὲ τὴν πυργοποιΐαν, ὡς εἴρηται, διασκεδασθέντες ἔνθεν κἀκεῖθεν οἱ ἄνθρωποι, πρὸς B ἀτόπους πράξεις ἐξεκυλίσθησαν. καὶ τελευταῖον πρὸς εἰδωλομανίαν ἀπεπλανήθησαν, ὑπὸ τῶν δαιμόνων αὐτῶν ἀπατηθέντες τουτονὶ τὸν τρόπον οἱ δείλαιοι. ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ Νῶε ὄγδοος Σερούχ τὰ τῶν ἀγαλμάτων ἀρχῆθεν εὕρατο. λέγεται γὰρ οὗτος τοὺς ἔργον οἷον δήποτε λαμπρὸν ἐπιδειξαμένους, * ἀνδράσι καὶ στήλαις τιμῆσαι· οἱ δὲ μετὰ ταῦτα τὴν τῶν προγόνων ἀγνοήσαντες γνώμην, καὶ ὅτι μνήμης ἕνεκα τοὺς ἀνδριάντας ἔστησαν, κατὰ μικρὸν πλανώμενοι, τῇ τοῦ ἀρχεκάκου συμβουλίᾳ, ὡς ἀθανάτοις θεοῖς τοῖς ὁμοιοπαθέσι καὶ φθαρτοῖς ἀνθρώποις προσετέθησαν, καὶ θυσίας αὐτοῖς ἐπενόησαν, C τῶν δαιμόνων τοῖς ξοάνοις ἐνοικησάντων.

* ἀνδριᾶσι

Ἐντεῦθεν ἄλλοις καὶ ἄλλοις θεοῖς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐλάτρευσεν. Αἰγύπτιοι δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων εἰς ἀθεΐαν ἐξώκειλαν. αἰλούρους γὰρ καὶ πιθήκους ἐσεβάσθησαν, τράγους τε ὁμοίως καὶ βόας καὶ κροκοδείλους. πλέον δὲ τῶν ἄλλων τὸν Ἆπιν ἐσέβαζον, βοῦν ὄντα πολύχρουν αὐτόν. ἡνίκα γὰρ ἐγεννήθη τοιοῦτος βοῦς παρ' αὐτοῖς παρά τε τῇ γλώττῃ φέρων καὶ τῇ κέρκῳ σήμαντρα, ὡσαύτως παρὰ τῷ μετώπῳ σελήνης ὥσπερ διχότομον μίμημα, ἐχόρευον φαιδρῶς καὶ ἐπανηγύριζον, ἅτε Θεοῦ D καινοπρεποῦς αὐτοῖς ἐνδημήσαντος. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ὄγδοος δὲ ἀπὸ τοῦ Νῶε λέγεται εἶναι ὁ Σερούχ. ὁ γὰρ Καϊνᾶν γεννᾷ τὸν Σαλᾶ, ὁ Σαλᾶ τὸν Ἔβερ, ὁ Ἔβερ τὸν Φαλέκ, ὁ Φαλὲκ τὸν Ῥαγαῦ, ὁ Ῥαγαῦ τὸν Σερούχ. οὗτος δὲ ὁ Σερούχ γεννᾷ τὸν Ναχώρ, ὁ Ναχὼρ τὸν Θάρα, καὶ ὁ Θάρα τὸν θεσπέσιον Ἀβραάμ, ὁ Ἀβραὰμ γεννᾷ τὸν Ἰσαάκ, ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακώβ, καὶ ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα πατριάρχας, Ῥουβείμ, Συμεών, Λευΐ, Ἰούδαν, καὶ τοὺς λοιπούς, ἀφ' ὧν αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ. καὶ τηνικαῦτα μὲν περὶ τοῦ Ἀβραὰμ οὕτως φησὶν Ἰώσηπος, ὅτι κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον, ἀριθμητικὴν αὐτοῖς ἐχαρίσατο, καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίας αὐτοῖς παρέδωκε. πρὸ γὰρ τῆς Ἀβραὰμ τῆς ἐκεῖσε παρουσίας, τῶν τοιούτων

ἀμαθῶς εἶχον Αἰγύπτιοι. ἀπὸ Χαλδαίων οὖν ταῦτα καταπεφοίτηκεν εἰς Αἴγυπτον, κἀκεῖθεν εἰς Ἕλληνας.

Ὁ δὲ Γεώργιος περὶ τούτου καὶ τάδε. Ὁ Ἀβραὰμ ἐτῶν ιδʹ. ὢν θεογνωσίας ἤρξατο, καὶ πρῶτος τὸν Θεὸν δημιουργὸν ἀνεκήρυξεν. ὁρῶν γὰρ οὐρανόν, ποτὲ μὲν λαμπρόν, ποτὲ δὲ ζοφώδη, καθ᾽ ἑαυτὸν ἔλεγεν· εἰ καὶ τιμῶσιν αὐτὸν ἕτεροι, ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι Θεός. ὁμοίως ἔλεγε τοῦτο κἀπὶ τῷ ἡλίῳ, τῇ σελήνῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἄστρασι. καὶ γὰρ ἀστρονόμος ἄκρος ἦν. ἐφ᾽ ᾧ τοιοῦτον ἰδὼν ὁ Θεὸς ἐκάλεσεν. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Ἀβιμέλεχ φησὶ κατελθεῖν αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον διὰ τὸν * λοιμὸν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε τότε καταισχῦναι σοφοὺς, καὶ εἱμαρμένην δοξάζοντας. μετὰ γὰρ τὴν θεογνωσίαν οὐκέτι προσέχειν ἄστρασιν ἤθελε· καὶ ἦν ἰδεῖν ἐπ᾽ αὐτῷ πεπληρωμένον τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν τὸ λέγον· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. τὸν γὰρ ποιητὴν Θεὸν ἐκ τῶν ποιημάτων ὁ θειότατος κατέλαβεν Ἀβραάμ. κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Πλούταρχος ἔλεγεν· ἔλαβον δὲ ἔννοιαν Θεοῦ. ἀεί τε γὰρ ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων τὸ ὑπόγειον ἐνεχθέντα, ὅμοια μὲν ἀνατέλλει τοῖς χρώμασι, ἴσα δὲ τοῖς μεγέθεσι, καὶ κατὰ τόπους τοὺς αὐτούς.

* λίμον

Μέγας ὄντως ὁ Ἀβραάμ. οὐ γὰρ Θεοῦ ἀκούσας λέγοντος· ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἂν δείξω σοι. εὐθέως ἠκολούθει, τῶν ἐν μέσῳ δυσχερῶν καταφρονῶν, καὶ μηδὲ εἰδὼς ὅπου πορεύεται. ἡμεῖς δὲ καλοῦντος καθεκάστην ἀκούοντες τοῦ Κυρίου, οὔτε τῶν γηΐνων ἐκστῆναι θέλομεν, οὔτε πρὸς τὴν γῆν ἐκείνην τὴν ἐπηγγελμένην ἔρχεσθαι. ἀλλὰ καὶ τὴν ταπείνωσιν θαυμάζων ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης, καὶ τάδε φησίν· ἀληθὴς ταπείνωσις, ὅτε τις ἑτέρῳ παραχωρεῖ τῶν πρωτείων, καθὰ δὴ καὶ Ἀβραὰμ ποιεῖ. ἵνα δὲ μὴ διαδικάζηται μετὰ τοῦ Λὼτ καὶ τῶν ποιμένων αὐτοῦ, ὀφ᾽ ᾧ καὶ ὁ μὲν Λὼτ τὴν κρείττονα γῆν ἔλαβε, τὰ Σόδομα δηλαδή, ὁ δὲ Ἀβραὰμ κατῴκησε παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆν. * ὅρα δὲ καὶ τὰς θείας ἀμοιβάς. Εἶπε γὰρ πρὸς Ἀβραὰμ ὁ Θεός. ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ἣν σὺ ὁρᾷς ἀπὸ τοῦ τόπου τούτου, σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως αἰῶνος. ἡ δὲ κρείττων ἐκείνη γῆ ἣν ἔλαβε Λὼτ, ἡ παραδείσου μηδὲν διαφέρουσα, οὐκ εἰς καλὸν ἀπέβη τῷ λαβόντι αὐτήν. αἰχμάλωτος γὰρ μετὰ μικρὸν ἀπήγετο ὑπὸ τῶν κατ᾽ αὐτοῦ στρατευσαμένων πέντε Βασιλέων. ἀλλ᾽ ὁ θεῖος αὐτὸν ῥύεται Ἀβραάμ, μετὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκογενῶν αὐτοῦ κατελθὼν, κατακόψας αὐτούς.

Annal. Glycæ.

A cognitum habuerint. Ab Ægyptiis deinceps ad Græcos manasse.

Georgius autem hæc de Abrahamo tradit, natum scilicet annos XIV agnoscere Deum cœpisse, ac primum omnium clara voce Deum rerum opificem prædicasse. Quum enim cœlum modo serenum, modo nubilum cerneret, secum ipse ratiocinabatur: etiamsi ab aliis pro Deo coleretur, esse tamen Deum haudquaquam posse. Idem de sole, de luna, de sideribus reliquis statuebat, vt qui esset insignis astronomus: quumque talis foret, a Deo vocabatur. Addit eum Abimelecho imperante famis caussa in Ægyptum descendisse, ac sapientes Ægyptios, qui opiniones de natalitio sidere ac fato amplecterentur, pudore adfectos vicisse. Nam posteaquam ad agnitionem Dei peruenerat, non iam astris amplius intentus erat. Nimirum habebat in eo locum illud Apostoli verbum: Quæ Dei sunt inadspectabilia, ea ex mundi creatione, dum considerantur per opera, perspiciuntur. Ex ipsis operibus Deum auctorem vir hic diuinus percepit. In eandem sententiam & Plutarchus inquit: Dei notionem quandam sum consequutus. Nam semper sol & luna, reliquaque sidera sub terram delata, consimilibus vicissim coloribus prædita exoriuntur, & magnitudines easdem, eademque loca retinent.

Georgius Sync.

Vide Notas.

B

Rom. 1. 20.

Plutarchus.

C

Magnus reapse vir fuit Abrahamus. Quum enim Deum dicentem audiuisset: Emigrato ex tua terra, tuaque cognatione, ac illam in terram proficiscitor, quam tibi monstrauero: mox obtemperabat, difficultatibus omnibus, quæ interiicere se poterant, neglectis: quum ne quidem sciret, quonam abeundum foret. Nos autem Deum cottidie vocantem audientes, nec terrena deserere volumus, nec ad terram illam promissam contendere. Quinetiam ipsius humilitatem Chrysostomus admirans, his verbis vtitur: Vera istæc est humilitas, quum quis alteri partes priores cedit, quemadmodum fecit Abrahamus, ne cum Loto eiusque pastoribus litigaret. quo factum, vt Lotus fertiliori terra Sodomorum potiretur, quum Abrahamus ad quercum Mambræ migraret. * Atque heic vide, quas ei vices Deus referat. Quamcumque, ait, terram ex hoc loco conspicis, omnem tibi ego dabo, & tuo semini in sempiternum. E diuerso fertilior illa terra, quam Lotus accepit, paradiso non cedentem, parum ei profuit. Nam haud longo post interuallo a quinque regibus, qui expeditionem in hæc loca susceperant, captiuus abducitur. Quanquam diuinus vir Abrahamus cum CCCXVIII domi suæ natis hostes adortus, iisdem cæsis Lotum liberat.

Abrahami obedientia. *Gen. 12. 1.*

Chrysostomus.

D

Abrahami mansuetudo.

* *Vide Notas.*

Gen. 12.

Hebr. 7.10. Atque hoc illud est, quod Paulus ait, A Abrahamum reuertentem a cæde regum, pane ac vino exceptum a Melchisedeco fuisse, cui spoliorum secum allatorum decumas vicissim obtulerit. Hæc mihi verba diligenter considerato. Etenim nos etiam reuertentes ab intellectili bello verus ille Melchisedecus pane ac vino excipit, nimirum corpore sanguineque suo. Quod quum ita sit, omnino Abrahami nos etiam exemplo decem nostros sensus, animi nimirum & corporis loco decumarum offerre debemus.

Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι ὑποστρέφοντα τὸν Ἀβραὰμ ἐκ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, ἄρτῳ καὶ οἴνῳ δεξιοῦται ὁ Μελχισεδέκ· κἀκεῖνος ἀφ' ὧν ἐπεφέρετο λαφύρων δέδωκε δεκάτας αὐτῷ. Πρόσεχε λοιπόν. καὶ ἡμᾶς γὰρ ὑποστρέφοντας ἀπὸ τοῦ νοητοῦ πολέμου ἄρτῳ καὶ οἴνῳ δεξιοῦται ὁ Μελχισεδὲκ ὄντως, τῷ σώματι καὶ αἵματι δηλονότι αὐτοῦ. εἰ δὲ τοῦτο, κατὰ τὸν Ἀβραάμ, πάντως ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς τὰς δέκα ἡμῶν αἰσθήσεις ἀντὶ δεκατῶν προσάγειν αὐτῷ, τῆς ψυχῆς δηλαδὴ καὶ τοῦ σώματος.

DE HOSPITALITATE ABRAAMI.

Abrahami hospitalitas. IDEM Abrahamus ad quercum Mambræ B considens, hospitio cunctos iter istac facientes, fideles pariter ac infideles, citra discrimen excipere solebat: & vsque adeo erat hospitalis, vt ipsa etiam sacrosancta Trinitas eius tabernaculum sit ingressa, hilariterque cibis appositis satiata. quod quidem minime tibi mirum videri debet. Nam & Angelos sacris in litteris comedisse audis. Etenim vi quadam inadspectabili apposita sub eo prætextu absumebant, quasi eis vescerentur. *Theodoritus.* Et Theodoritus ait, hos neque natura fuisse homines, sed hanc præ se tulisse speciem: nec vt homines comedisse, quippe qui oculis intuentum comedere viderentur, C quum interim diuina quadam vi appositos cibos absumerent. Iam quod ita litteræ sacræ loquantur, quasi apposita comederint, nihil est nouum. Nam par est credere, vocari manducationem, ipsam ciborum absumptionem. Tres quoque viri conspecti *Chrysostomus.* sunt in tabernaculo, vt Chrysostomi verbis vtamur, quum duo tantum Sodoma venerint. Nam istic quidem conspecti sunt & Angeli simul, & eorum Dominus: heic vero illi tanquam ministri ablegantur, manente apud Abrahamum Domino, & tantum non *Gen.* 18.17. in morem amici cum amico, viro iustissimo, de iis quæ facturus erat, differente. Egone, inquit, vt Abrahamum famulum meum celem de iis, quæ sum facturus? D

Cyrillus. Aliter hac de re Cyrillus loquitur. Tres, ait, apud quercum Mambræ Abrahamū conuenerunt: quum Sodoma duo tantum peruenerint. Pater enim non iudicat quemquam, ceu Dominus ipse loquitur, sed omne iudi- *Iohan.* 5. 22. cium filio concessit, cui spiritus etiam sanctus naturaliter adest. Et filium cum spiritu Sodoma se recepisse, satis intelligi de hospitali exceptione Abrahami posse, magnus *Athanasius.* etiam Athanasius ille tradit. Nam nisi filius atque spiritus fuissent, Deo non adsedissent. Consedisse autem cum Deo, perspicuum ex hisce verbis est: Tum illi consurrexerunt, & ad Sodoma se conuerterunt.

ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΞΕΝΙΑΣ ΑΒΡΑΑΜ.

Ο μὲν οὖν Ἀβραὰμ καθήμενος παρὰ τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, πάντας ἐφιλοξένει τοὺς παροδεύοντας, πιστοὺς ὁμοῦ καὶ ἀπίστους, κατὰ μηδὲν ἐπὶ τούτοις διακρινόμενος· καὶ τοσοῦτον ἁπλῶς φιλόξενος ἦν, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν Τριάδα καταχθεῖν ἐπὶ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ, καὶ τῶν παρατεθέντων αὐτῇ περιχαρῶς ἐμφορηθῆναι. Οὐ χρὴ θαυμάζειν. Ἀγγέλους ἐσθίοντας ἀκούεις παρὰ τῇ γραφῇ. ἐνεργείᾳ καὶ γὰρ ἀοράτῳ κατηνάλωσαν τὰ παρακείμενα, προσποιήσει τοῦ φαγεῖν. ἀλλὰ καὶ Θεοδώρητος οὕτω φησίν. οὔτε τῇ φύσει ἄνδρες ἦσαν, ἀλλ' ἐδόκουν εἶναι· οὔτε ἔφαγον ὡς ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐδόκουν ἐσθίειν τῇ ὄψει τῶν ὁρώντων, ἀναλισκομένων τῶν προστιθεμένων κατὰ θείαν ἐνέργειαν. εἰ δὲ καὶ λέγει ἡ γραφὴ, ὅτι παρέθηκεν αὐτοῖς, καὶ ἔφαγον, καινὸν οὐδέν. ἴσως γὰρ τὸ ἀναλωθῆναι αὐτοῖς φαγεῖν εἶπεν ἡ γραφή. καὶ τρεῖς μὲν ἐν τῇ σκηνῇ φαίνονται ἄνδρες, καθάπερ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησί, δύο δὲ ἐπὶ Σόδομα παραγίνονται. ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ οἱ Ἄγγελοι, καὶ ὁ τούτων δεσπότης* κατ' αὐτὸν ὤφθησαν. ἀλλ' οἱ μὲν ὡς ὑπηρέται ἀπεστέλλοντο. ὁ δὲ ἔμεινε καθάπερ φίλος φίλῳ μονονουχὶ κοινολογούμενος τῷ δικαίῳ ἅπερ ἔμελλε ποιεῖν. οὐ μὴ γὰρ, φησὶ, κρύψω ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ μέλλω ποιῆσαι.

* κατ' αὐτὴν

Κύριλλος δὲ ὁ μέγας περὶ τούτων οὕτω. καὶ τρεῖς μὲν ἐν ἀρχῇ τῷ Ἀβραὰμ προσέβαινον ἐν τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ. δύο δὲ τοῖς Σοδόμοις ἐπεφοίτησαν. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρινεῖ οὐδένα. πᾶσαν δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, κατὰ τὴν φωνὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου συνόντος φυσικῶς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ὅτι δὲ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐπὶ Σόδομα ἐπορεύοντο, καὶ ἡ τοῦ Ἀβραὰμ ξενία σαφῶς παριστᾷ, καθάπερ ὁ μέγας φησὶν Ἀθανάσιος. Εἰ μὴ γὰρ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἦσαν, οὐκ ἂν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ συνεκάθηντο. ὅτι δὲ συνεκάθηντο, δῆλον ἐκ τοῦ περὶ τούτων οὕτω λέγειν· οἱ ἐξανέστησαν ἐπιβλέψαντες ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων.

εἰ οὖν ἐξανέστησαν, πάντως καὶ συνεκάθηντο. εἰ δὲ ὁ υἱὸς ἐκ δεξιῶν κάθηται, λείπεται πάντως ἐξ εὐωνύμων τὸ πνεῦμα καθῆσθαι. ναί, εἴγε περιγραπτὸς ἦν ὁ πατήρ. ἄλλως γὰρ παρ' αὐτῷ οὐκ ἔστιν ἀριστερὰ καὶ δεξιά. τοῦ υἱοῦ τοίνυν συγκαθημένου συγκάθηται καὶ τὸ πνεῦμα, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ μένει, τῷ υἱῷ δηλαδή. τοιούτου δὲ κατηξίωσεν ἀγαθοῦ τὸν Ἀβραὰμ ἡ φιλοξενία, ὡς καὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα κατελθεῖν ἐπ' αὐτόν, καὶ καρπὸν αὐτῷ κοιλίας χαρίσασθαι κατά γε τὸν τοῦ γήρως καιρόν. τοσοῦτον γὰρ ἦν ἡ *Σάῤῥα προβεβηκυῖα, ὥστε καὶ γελάσαι αὐτὴν περὶ τούτου ἀκούσασαν.

*Σάῤῥα

Μετὰ δὲ ταῦτα προφάσει τῇ τοῦ λιμοῦ μετανάστης ὁ Ἀβραὰμ γίνεται. κἀκεῖθεν ἐν Γεράροις ἔρχεται, πρὸς Αἴγυπτον ἀφικνεῖται, καὶ αὖθις ἀφαιρεῖται τὴν Σάῤῥαν καὶ παρὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ. ἤθελε γὰρ αὐτὴν εὐπρεπεστάτην οὖσαν πρὸς γάμου κοινωνίαν λαβεῖν. εἴγε καὶ μᾶλλον ἀδελφὴ τοῦ Ἀβραὰμ ἐλέγετο εἶναι. εἰ γὰρ ἀνεψιάν φησι τὴν Σάῤῥαν ὁ Ἰώσηπος τοῦ Ἀβραάμ, ἀλλὰ κατὰ τὴν Μωσαϊκὴν ἱστορίαν ἐκ μητρὸς μὲν τῆς αὐτῆς, ἐξ ἄλλου δὲ καὶ ἄλλου πατρός. κρύπτων οὖν τὸ ἕν, ἵνα μὴ φονευθῇ δῆθεν ὡς ἀνὴρ αὐτῆς, τὸ ἕτερον ἔλεγεν, ὅτι ἀδελφή μου ἐστίν. μεγαλόψυχος ὄντως ὁ Ἀβραάμ. δὶς γὰρ εἰς Αἴγυπτον προφάσει τοῦ λιμοῦ κατελθών, καὶ δὶς τὴν Σάῤῥαν ἀφαιρεθείς, παρά τε τοῦ Φαραώ, καὶ παρ' αὐτοῦ ὕστερον τοῦ Ἀβιμέλεχ, γενναίως ἔφερε τὴν ἀφαίρεσιν. ἀκολουθεῖν γὰρ καθάπαξ κρίνας Θεῷ, πολυπραγμονεῖν οὐκ ἤθελε τὰς ἀῤῥήτους οἰκονομίας αὐτοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ κατόπιν αἱ θεῖαι ἠκολούθησαν αὐτῷ ἀμοιβαί.

Τοὺς μέντοι Σοδομίτας ἡ κακίστη ἐκείνη συνήθεια ἐν Ἀγγέλοις αὐτοῖς ἔπεισε τὴν ἀσέλγειαν ἐπιδείξασθαι. ὅθεν καὶ ἀσβέστου πυρὸς ἔργον γεγόνασι. τὰ γὰρ Σόδομα ἐκεῖνα περικαλλῆ μὲν ἑστῶτα, τέφρα δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὄντα, καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ ἀὴρ σὺν τοῖς ὕδασιν ἐκπυροῦται· τεκμήριον ὅτι σαφὲς τοῦ διαιωνίζειν ἐκεῖσε τὴν κόλασιν. ταῦτα δὲ περὶ Παλαιστίνην, Ἀσκάλωνος καὶ Γάζης ἄνωθεν, περὶ τὸ τοῦ Ἰορδάνου τέλος, οὐδὲν ἀπεοικότα τότε τοῦ παραδείσου. ὁ γοῦν ἀπιστῶν τῇ γεέννῃ, ἀναλογιζέσθω τὰ Σόδομα, καὶ οὕτω τὴν ἀδδηφαγίαν φευγέτω. τοιαῦτα γὰρ εἴωθεν αὕτη πάθη γεννᾶν. κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Μωσῆς ἔλεγεν τῷ Ἰσραήλ, φαγὼν καὶ πιὼν πρόσεχε σεαυτῷ, μήποτε ἐπιλήσῃ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου.

Ἀλλὰ καὶ ὁ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἄριστος Γαληνὸς τὴν τοιούτων παθῶν αἰτίαν αὐτὴν δείκνυσι τὴν *τροφήν. κατὰ τὴν ἡμετέραν, λέγων, Μυσίαν τὴν ὅμορον *περὶ γάμους σπανιώτερον *ἄνδρας ἀσελγεῖς

*ἴσ. τρυφήν
*Περγάμου

A Quod si vna consurrexerunt, etiam vna sederunt: & si filius a dextris sedet, restat omnino spiritum a * sinistris considere. quod quidem valet, si loco pater circumscribatur. Nam cæteroqui apud ipsum nec dextra est, nec sinistra. Igitur adsidente filio, spiritus etiam vna sedet, quum in filio maneat. Hæc autem hospitalitas Abrahamo tantum boni peperit, ceu diximus, vt ipsa etiam sacrosancta Trinitas eum inuiserit, & in senecta sobolem ei sit largita. Sarra quidem ætate tam prouecta erat, vt hanc promitti audiens, rideret.

* *Vide Notas.*

Secundum hæc Abrahamus ob caussam famis solum vertit, ac Gerara proficiscitur. B Hinc denuo se in Ægyptum confert, vbi Sarram ei coniugem Abimelechus adimit. Cupiebat enim illam forma venustissima præditam sibi matrimonio iungere, præsertim quod esse soror Abrahami perhiberetur. Quanquam enim Iosephus adserit, Sarram fuisse consobrinam Abrahami: sciendum tamen est ex narratione Mosaica, fuisse tum coniugem ipsius, tum sororem: vt quæ matre quidem eadem, diuerso vero patre nata esset. Itaque occultato vno, ne tanquam vir mulieris e medio tolleretur, alterum fatetur, sororem videlicet suam esse. Magno certe præditus animo fuit Abrahamus. Nam ob famem bis in Ægyptum profectus, vxore bis spoliatus, semel a Pha- C raone, iterum ab Abimelecho: generoso nihilominus animo hanc ademptionem pertulit. Quippe quum semel obtemperandum esse Deo decreuisset, in consiliis administrationis eius ineffabilibus perquirendis curiosus esse noluit. Propterea vicissim suis eum beneficiis Deus ornauit.

Vide Notas.

Iosephus.

Abrahami constantia.

Cæterum Sodomitis consuetudo viuendi flagitiosissima persuasit, vt etiam in Angelos ipsos exercere proteruiam suam vellent: quamobrem inextincto igne sunt puniti. Nam Sodoma illa quondã pulcerrima, quum adhuc starent, nunc reapse nihil sunt aliud, quam cinis. Aer enim ipse cum aquis inflammatur, argumentum illustre de per- D petuis eorum suppliciis. Sita sunt autem in Palæstina, haud procul a Gaza & Ascalone, ad amnis Iordanis ostia. Tum quidem temporis ab ipso paradiso non differebãt. Quod si quis gehennæ parum adhibet fidei, secum ipse de Sodomis cogitet, atque hoc modo luxum omnem fugiat. Nam is huiusmodi flagitia gignere cõsueuit. Iccirco Moses Israelitis præcipit: Vbi comederis ac biberis, caueto ne forte Domini Dei tui obliuiscaris.

De Sodomitis

Deuter. 6. 13.

Luxus veneris præposteræ caussa.

Etiam præstantissimus ille medicorum Galenus voluptatem ac delicias ostendit esse huiusmodi scelerum caussam, quum ait: In Mysia nostra, quæ Pergamo finitima est, raro quis fœminam adulterii facinore se obstringentem reperiat: & rarius etiam pro-

Galeni locus.

teruos homines, qui dediti sint iis amoribus, A quorum ne nomen quidem aperiendum est. At Romæ propter abundantiam deliciarum, quæ istic minime sunt insolentes, procliue est huiusmodi patrare. Quod si de sen-
Contra Ptolemæum.
tentia Ptolemæi quidam propterea, quod eorum natura primo Zodiaci trigono cognata sit, quo aries, leo, sagittarius continentur, nefanda quædam committunt, & abominabile tamen omnino nihil designare se putant, vt qui signis subiecti sint ab antica parte masculis, a postica fœmineis: iniustus est Deus, qui Sodoma per ignem in cineres redegit. At fieri nequit vnquam, vt iustus ille sit iniustus. Nimirum eiusmodi homines in saturitate panum, quemadmodum litteræ sacræ loquuntur, salaciter lu- B xuriando, non quod tali vel trigono subiecti essent, ad concubitus nefandos deuoluti, & ab igne sunt absumpti. Atque hinc discimus, etiam in illa iudicii die futurum, vt iusti pœnas & tormenta effugiant, Noæ ac Loti exemplo: quum peccatores, etiamsi totus propemodum mundus eiusmodi fuerit, æternis suppliciis sint mancipandi, quemadmodum heic omnes facinorosi diluuio & igni puniti sunt.

Cæterum Abrahamus initio nomen Abrami habebat, vt sacris est in litteris, inditum sibi matris quadam præsagitione, ceu credi par est, quod Euphratem traiecturus, ac in Palæstinam migraturus es- C set. Quum acciperet diuina promissa, natus erat annos LXXV. Ismaelum anno ætatis LXXXVI procreauit. Quum annum XCIX ageret, apparuit ei Deus, &
Gen. 17. 1.
his verbis vsus est: Ego sum Deus ille tuus. Quo facto iustus hic vir, & omnibus instar regulæ cuiusdam propositus, circumciditur. Ac iustorum quidem hominum, qui alicubi sunt per vrbes, libertatem nobis Dei prolixam mansuetudinem parere: licet ex hac ipsa de Sodomis hi-
Gen. 18. 32.
storia cognoscas. Si decem, inquit Deus, iustos homines reperero, hæc oppida non euertam. Sæpenumero etiam propter illorum virtutem, qui iam vita functi sunt, vel D ex mera sua tolerantia viuos cura sua complectitur, vt quum ait: Propugnabo hanc vrbem propter me, ac propter ministrum meum Dauidem.

4. Reg. 20.
Quo autem pacto fidelis appellatur Abrahamus, qui tamen Deo dixit: Vnde cognoscam futurum, vt terram hanc possideam? nimirum Palæstinam. Vox istæc, Vnde, non diffidentis est, sed modum quo possessionem aditurus esset, cognoscere gestientis. Nam id temporis vel sexcentæ nationes Palæstinam inhabitabant. Propterea post sacrificium Deus inquit: Omnino scito posteros tuos futuros esse peregrinos in terra extraneorum, qui eos annis CCCC grauiter ad-

ἀπορρήτοις ἀφροδισίοις ᾠκειωμένους. ἀλλ᾽ ἐν Ῥώμῃ διὰ τὴν ἐπιπολάζουσάν τε καὶ συνήθη τρυφὴν, καὶ ῥᾴδια ταῦτα. Εἰ δὲ καθὰ φησὶ Πτολεμαῖος, ὅτι διὰ τὸ οἰκειοῦσθαί τινας πρὸς τὸ τοῦ Ζωδιακοῦ πρῶτον* τρύγωνον, τὸν κριὸν * τρίγωνον
δηλαδὴ, τὸν λέοντα καὶ τὸν τοξότην, διὰ τοῦτο ἄθεσμά τινα πράττουσι, καὶ νομίζουσι μηδέν τι ποιεῖν ἀποτρόπαιον, ἅτε ὑπὸ ζῴδια ὄντες, τὰ μὲν ἔμπροσθεν ἀρρενούμενα, τὰ δὲ ὄπισθεν θηλυνόμενα. ἆρα μὴ ἄδικος, ὁ Θεὸς ὁ διὰ πυρὸς ἐκτεφρώσας τὰ Σόδομα; ἀλλ᾽ οὐκ ἄν ποτε ὁ δίκαιος ἄδικος. ἐν πλησμονῇ γὰρ ἄρτων οἱ τοιοῦτοι κατὰ τὴν γραφὴν σπατα- B λῶντες, οὐ μὴν ὑπὸ τρίγωνον τοιοῦτον ὄντες, κἀντεῦθεν εἰς ἀθέσμους κοίτας ἐκκυλισθέντες, πυρὸς εἰκότως γεγόνασι παρανάλωμα. Οὐκοῦν ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὅτι κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν οἱ δίκαιοι, καθάπερ ἐνταῦθα Νῶε τε καὶ Λὼτ, τῶν βασάνων ἀνώτεροι εὑρεθήσονται· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ κἂν ἅπας* εἶεν ὁ κόσμος, σχεδὸν * εἴη
αἰωνίοις ὑποπεσοῦνται κολάσεσι· καθάπερ ἐνταῦθα κατακλυσμῷ καὶ πυρὶ παρεδόθησαν ἅπαντες οἱ τὰ χείριστα πράττοντες.

Ὁ μέντοι Ἀβραὰμ Ἄβραμ ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον, ὃ λέγεται περάτης. θείᾳ γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἡ μήτηρ αὐτοῦ προμηθείᾳ οὕτως αὐτὸν C ἐπωνόμασεν, ἐπεὶ περάσαι τὸν Εὐφράτην ἔμελλε, καὶ εἰς Παλαιστίνην οἰκῆσαι. ἐτῶν δὲ ἦν ἑβδομήκοντα πέντε ὁ Ἀβραὰμ, ὅτε τὰς ἐπαγγελίας ἐδέχετο. γεννᾷ δὲ τὸν Ἰσμαὴλ ἐτῶν ὢν πϛ΄, ἡνίκα δὲ γέγονεν ἐτῶν ϟθ΄. ὤφθη αὐτῷ ὁ Θεὸς λέγων. ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. τότε λοιπὸν περιτέμνεται καὶ ὁ δίκαιος, κανὼν ὥσπερ τοῖς πᾶσι προκείμενος. ὅτι δὲ ἡ τῶν κατὰ πόλιν δικαίων παρρησία τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας πρόξενος ἡμῖν ἐστιν, ἐξ αὐτῆς μάνθανε τῆς περὶ τὰ Σόδομα ἱστορίας· ἐὰν δέκα γὰρ, φησὶ, δικαίους εὕρω, οὐ μὴ ἀπολέσω τὰς πόλεις. Πολλάκις δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν D τετελευτηκότων ἀρετὴν, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν οἰκείαν μακροθυμίαν, κήδεται τῶν ζώντων, καὶ βοᾷ λέγων· ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι᾽ ἐμὲ, καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου.

Πῶς δὲ πιστὸς ὀνομάζεται ὁ Ἀβραὰμ εἰρηκὼς τῷ Θεῷ. κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ὅτι κληρονομήσω αὐτὴν, τὴν Παλαιστίνην δηλαδή. τὸ, κατὰ τί, οὐκ ἀπιστοῦντός ἐστιν, ἀλλὰ μαθεῖν ποθοῦντος τῆς κληρονομίας τὸν τρόπον. ἔθνη καὶ γὰρ μυρία τῷ τότε τὴν Παλαιστίνην κατῴκουν. καὶ τούτου χάριν ἔφη ὁ Θεὸς μετὰ τὴν θυσίαν· γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ. καὶ κακώσουσιν αὐτούς

A ἔτη υ΄. τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἀποστραφήσονται ὧδε. οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων ἕως τοῦ νῦν. οὐδέπω, φησὶν, ἄξια πανωλεθρίας δεδράκασιν. ἄλλως τε καί τινες ἦσαν ἐκεῖσε εὐσεβεῖς. καὶ δῆλον ἔκ τε τοῦ Μελχισεδὲκ καὶ τοῦ Ἀβιμέλεχ. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ εἰ γὰρ ἀπάτωρ παρὰ τῇ γραφῇ καὶ ἀμήτωρ λέγεται, ἀλλὰ κατάγει τὸ γένος ἀπὸ Σίδου υἱοῦ Αἰγύπτου τοῦ καὶ τὴν Σίδωνα κτίσαντος. ἐν τῷ ὄρει δὲ Σιὼν πόλιν ἐκεῖνος κτίσας Σαλὴμ, καὶ βασιλεύσας ἐν αὐτῇ ἔτη ιγ΄. τελευτᾷ δίκαιος καὶ παρθένος. αὕτη δέ B ἐστι μετὰ τῆς ἱεροῦ προσθήκης ἡ περίφημος Ἱερουσαλήμ. ἐκ γένους δὲ τοιούτου μιαροῦ καταγόμενον ἀφῆκεν ἡ γραφὴ ἀγενεαλόγητον, εἰ καί τινες Θεὸν αὐτὸν ἐνόμισαν, ὡς ἄναρχον τάχα καὶ ἀτελεύτητον, τοῦ ῥητοῦ καὶ μᾶλλον τοῦ ἀποστολικοῦ δραξάμενοι τοῦ λέγοντος. ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος ζωῆς· κατὰ τοῦτο καὶ ἀφομοίωμα λέγεται τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀμήτορος μὲν τὸ πρότερον, ἀπάτορος δὲ τὸ δεύτερον. καὶ ὅτι τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἣν αὐτὸς ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς παραδέδωκεν, αὐτὸς ἀνέκαθεν προεικόνιζε. καὶ ἄκουσον τί περὶ τούτου φησὶν ὁ τὴν γλῶτ- C ταν χρυσοῦς. προμηνύων ὁ Θεὸς τὴν κατάλυσιν τῆς νομικῆς ἱερωσύνης, εἴρηκε διὰ τοῦ Δαβίδ· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ὃς οὐ θυσίας νομικὰς ἱέρευεν, ἀλλ᾽ εὐχὰς καὶ ἄρτους καὶ οἶνον, ὡς ἱστορία διδάσκει. κατὰ τοῦτο καὶ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου παρὰ τῇ γραφῇ λέγεται· ἱερεὺς αὐτοχειροτόνητος, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησί. τοιοῦτοι καὶ γὰρ ἦσαν τότε οἱ ἱερεῖς, ἢ καθὸ θύων ἦν ὡς Ἄβελ, ὁ Νῶε, καὶ οἱ λοιποί.

Εἰ δὲ καὶ ἄνθρωπος ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, πῶς λέγεται μήτε ἀρχὴν μήτε τέλος ἔχειν; καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τοὺς ἀπὸ Σὴθ καταγομένους D γενεαλογοῦσα ἡ γραφὴ, οὕτως ποιεῖ. ὁ Ἀδὰμ τόσων γενόμενος ἐνιαυτῶν γεννᾷ τὸν Σήθ. ὁ δὲ Σὴθ πάλιν τόσων χρόνων γενόμενος, τῶν ὧδε ἀφίσταται. δήλη οὖν ἐντεῦθεν καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν ἡμερῶν τοῦ Σὴθ, καὶ τὸ τέλος τῆς ζωῆς αὐτοῦ. ἐπὶ δὲ τοῦ Μελχισεδὲκ μηδὲν τοιοῦτον ποιήσασα, παρέπεισέ τινας ἄναρχον αὐτὸν λέγειν καὶ ἀτελεύτητον. κἀντεῦθεν δύναμιν μεγάλην αὐτὸν οἴεσθαι τοῦ Θεοῦ. Βασιλεὺς μὲν οὖν καὶ ἱερεὺς ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται· ὅτι καὶ τύπος ἦν καὶ ἀφομοίωμα τοῦ Χριστοῦ.

Ὅθεν εἰ θέλεις ἀγαπητὲ μαθεῖν, ὅση τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἱερωσύνης ἡ ὑπεροχὴ, τῷ χρυσορρήμονι

flicturi sint. Quarto autem sæculo huc redibunt*. Nondum enim ad summum peruenit Amorrhæorũ improbitas. Nondum, inquit, extremum interitum flagitiis suis promeruerunt, & erant præterea quidã inter ipsos religiosi: quemadmodũ colligi de Melchisedeci & Abimelechi exemplis potest. Ac de his quidem in hunc modum dictum esto.

*In Codice Græco multa hic de Loto inseruntur quæ dabimus in Notis.

Melchisedecus autem, licet in sacris litteris patre matreque carere dicatur: generis tamen ortum habuit a Sido Ægypti F. qui Sidonem condidit. Quumque oppidum in monte Sione Salemam exstruxisset, ac XIII ibidem annis regnum tenuisset: & iustus, & virgo decessit. Salema vero est celebris illa Hierusalema, quadam adiectione litterarum facta. Et quia Melchisedecus ex familia tam impura natus erat, iccirco litteræ sacræ generis ipsius seriem non recensuerunt. Fuere tamen nonnulli, qui Deum fuisse censuerunt, tanquam principii ac finis expertem, plus æquo verbis his apostolicis inhærentes: sine patre, sine matre, sine maioribus, nec æui principium, nec vitæ finem habens. quo etiam nomine imago & similitudo Christi dicitur: vt qui prius quidem erat absque matre, deinceps vero absque patre. Idem & incruentum illud sacrificium, quod Christus ipse discipulis tradidit, longe ante repræsentauit. Audi quid hac in parte Chrysostomus tradat. Quum vellet, inquit, Deus multo ante sacerdotii legalis abolitionem ostendere, per Dauidem inquit: Tu sacerdos es in æternum, secundum ordinem Melchisedeci. Qui videlicet non legales hostias sacrificauit, sed vota, panem, vinum obtulit, quemadmodum ipsa docet historia. Iccirco sacris in litteris supremi Dei sacerdos appellatur, sacerdos ab semetipso constitutus, vt Chrysostomus loquitur. Erant enim sacerdotes id temporis tales. Vel quatenus sacrificium offerebat, vt Abelus, Noa, cæteri.

Genus Melchisedeci.

Hebr. 7. 1.

Chrysostom.

Psalm. 109. 4.

Gen. 14. 18.

At vero si Melchisedecus erat homo, quonam pacto dicitur, eum nec principium nec finem habuisse? Respondendum, litteras sacras seriem generis posterorum Sethi recensentes, hac forma orationis vti: Adamus quum tot ac tot natus esset annos, Sethum genuit. Sethus rursum quum tot ac tot annos viuendo explesset, e terris sublatus est. Hinc & principium vitæ Sethi, & finis cognosci potest. Quum autem in Melchisedeco nihil tale factum sit, in eam persuasionem nonnulli venerunt, vt Melchisedecum principii ac finis expertem statuerent, eundemque magnam esse Dei potestatem putarent. Rex quidem ille, ceu supra diximus, & sacerdos erat: figura & similitudo Christi.

Quamobrem si cognoscere voles, dilecte fili, quanta sit nostri sacerdotii præstantia,

Ioannis Chryſoſtomi verbis animum aduertito, qui in oratione aduerſus Iudæos quinta inquit, etiam in ipſis figuris oſtendi, quantum a noſtro ſacerdotium illud vetus ſuperetur. Abrahamus enim pater Iſaaci, & Iacobi auus erat, Leuii proauus, vt qui Iacobi filius exiſteret. At enim ſacerdotium illud Iudaicum in Leuio principium habuit. Nihilominus Abrahamus generis Leuitarum auctor, hoc eſt, Iudaicorum ſacerdotum, ſub Melchiſedeco, qui noſtri ſacerdotii figuram repræſentabat, pro laico ſeſe gerebat. Atque hoc ipſum duabus rebus ſignificabat, tum quod decumas daret, tum quod ominationem ab eo fauſtam acciperet. Nam laici decumas ſacerdotibus pendunt, & eorundem precibus felicitantur. Quinetiam Abrahamus, quanquam promiſſis diuinis beatus eſſet, nihilominus Melchiſedeco minor erat. Quinam iſtuc? quia minori maior benedicit. Præterea Leuius ipſe, cui decumarum ius conceſſum eſt, heic decumatus fuit, quemadmodum
Hebr. 7. 9. Paulus loquitur. Nam & ipſe Melchiſedeco per Abrahamum patrem decumas ſoluit, tametſi necdum editus in lucem foret. Quippe adhuc in Abrahami lumbis erat, quum Melchiſedeco is occurreret. De quo licet intelligas, haſce Iudaicas res non niſi vmbram & figuram quandam fuiſſe. Nam ſi per Iudaicum ſacerdotium perfectionem licuiſſet adſequi, ecquid cauſſæ foret, quamobrem conſtitui ſacerdos alius ſecundum ordinem Melchiſedeci, non Aaronis, diceretur? Quum ergo ſacerdotium aliud ſubſequuturum eſſet, omnino neceſſarium erat, alium quoque rerum ſtatum ſubſequi. Quod quidem Paulus indicare volens, ait: Tranſlato ſacerdotio, neceſſario
Hebr. 7. 12. quoque legis fit tranſlatio. Hæc ita ſunt a Chryſoſtomo tradita.

Cæterum quum precamur, nec continuo exaudimur, haud quaquam deſpon-
Hiſtoria Iſaaci. dere animum debemus. Nam & Iſaacus ob ſuam coniugiſque ſterilitatem Deum totos XX annos precibus vrgebat. Sunt enim
Gen. 25. 21. hæc ſacrarum litterarum verba: Obſecrabat Deum Rebeccæ vxoris nomine, quæ ſterilis erat. Poſtea quum Rebeccæ, quæ Eſaum & Iacobum vtero geſtabat, ægre eſſet, quod fœtus in vtero non mediocriter ſubſultarent, indicantes (vti quidem credi par eſt) diſſidium illud, quod deinceps inter ipſos exſtiturum erat, his verbis
Gen. 25. 23. Deus vtitur: Duæ gentes ex vtero tuo diuidentur, quarum altera plus altera poterit, maiorque minori ſeruiet. Quibus in verbis animaduerte, Deum perſpicue rationem populi Iudaici & gentilis indicaſſe.

Huius Iſaaci tempore fames alia fuit, cuius cauſſa Iſaacus ſe Gerara contulit: quominus in Ægyptum proficiſceretur, ab ipſo

A προέχει Ἰωάννη. ἐν γὰρ τῷ κατὰ Ἰουδαίων πέμπτῳ λόγῳ φησὶν, ὅτι καὶ ἐν τοῖς τύποις ἡ καθ' ἡμᾶς ὑπεροχὴ τῆς ἱερωσύνης δείκνυται. ὁ γὰρ Ἀβραὰμ τοῦ Ἰσαὰκ πατὴρ ἦν, καὶ τοῦ Ἰακὼβ πάππος, καὶ τοῦ Λευὶ πρόγονος. τοῦ γὰρ Ἰακὼβ υἱὸς ὁ Λευί. ἀπὸ δὲ τοῦ Λευὶ ἡ ἱερωσύνη παρὰ Ἰουδαίοις τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν. ἀλλ' ὅμως ὁ Ἀβραὰμ ὁ πρόγονος τῶν Λευιτῶν, τῶν Ἰουδαϊκῶν δηλαδὴ ἱερέων, ἐπὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, ὃς ἦν τύπος τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης, λαϊκοῦ τάξιν ἐπεῖχε. καὶ τοῦτο δι' ἀμφοτέρων ἐδήλωσε, καὶ διὰ τοῦ δοῦναι δεκάτας, καὶ ὅτι ηὐλογήθη παρ' αὐτοῦ. οἱ γὰρ λαϊκοὶ καὶ δεκάτας διδόασι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ B παρ' αὐτῶν εὐλογοῦνται. ἀλλὰ καὶ τοῦ Μελχισεδὲκ ἐλάττων ὁ Ἀβραὰμ ὁ τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενος. καὶ πῶς; ὅτι τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. ἀλλὰ καὶ ὁ δεκάτας λαμβάνων Λευὶ, δεδεκάτωται, ὡς ὁ Παῦλός φησι. δεκάτας γὰρ ἔδωκε καὶ αὐτὸς τῷ Μελχισεδὲκ δι' Ἀβραὰμ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ μήπω γεννηθείς. ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ Ἀβραὰμ ἦν, ὅτε συνηντήσεν ὁ Μελχισεδέκ. Πρόσεχε οὖν ὅτι σκιὰ καὶ τύπος ἦσαν τὰ Ἰουδαϊκά. Εἰ γὰρ διὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας καὶ ἱερωσύνης τελείωσις ἦν, τίς ἔτι χρεία κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀνίστασθαι ἕτερον ἱερέα, καὶ οὐ C κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι; ἐπεὶ οὖν ἑτέρα ἱερωσύνη ἐλθεῖν ἔμελλεν, ἀνάγκη πᾶσα καὶ πολιτείαν ἑτέραν συνεισελθεῖν. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι τῆς ἱερωσύνης μετατιθεμένης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. καὶ ταῦτα μὲν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς.

Προσευχομένους δὲ ἡμᾶς, καὶ μὴ εὐθέως εἰσακουομένους οὐ δέον ἐκκακεῖν. ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰσαὰκ ἔτη εἴκοσι τοῦ Θεοῦ ἐδέετο διὰ τὴν ἀπαιδίαν αὐτῶν. ἐδέετο γὰρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα D ἦν. δυσχεραινούσῃ δὲ τῇ Ῥεβέκκᾳ ἡνίκα ἐγκυμονοῦσα ἦν, τόν τε Ἡσαῦ καὶ τὸν Ἰακώβ· οὐ μικρῶς γὰρ ἐσκίρτων ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, μηνύοντε, ὡς ἔοικε, τὴν ἐσομένην ὕστερον μέσον αὐτῶν διαμάχην· ἔφη ὁ Κύριος· δύο λαοὶ ἐκ τῆς κοιλίας σου διασταλήσονται, καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. πρόσεχε οὖν. σαφῶς γὰρ ἐδήλωσεν ὁ Θεὸς τὰ κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν καὶ τὸν ἐθνικόν.

Λιμὸς δεύτερος ἐπὶ τοῦ Ἰσαὰκ γίνεται· ἐφ' ᾧ ἐν Γεράροις κατέρχεται· εἰς Αἴγυπτον μέντοι ἀπελθεῖν οὐ συγχωρεῖται

παρὰ Θεοῦ. εἰ γὰρ καὶ συνεχωρήθη κατελθεῖν ὁ A Ἀβραάμ, ἀλλὰ χάριν καὶ τοῦ γνωσθῆναι καὶ τοῖς ἐκεῖσε τὴν αὐτοῦ ἀρετήν. σπείρας δὲ κριθὴν ὁ Ἰσαάκ, καὶ παραδόξως ἑκατοστεύει. ὁ δὲ τὸ καταβληθὲν εἰς ἑκατὸν παρέδωκεν ἡ γῆ, πῶς ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην, καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ χερσὶ παρατιθεὶς τὸ διδόμενον, ἑκατονταπλασίονα τὸν μισθὸν οὐ λήψεται; εἰ γὰρ ἐνταῦθα τὸ ἓν ἑκατοστεύει, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖσε.

Ὁ δὲ Ἰσαὰκ ὅτε τὸν Ἰακὼβ ηὐλόγησεν, ὡσεὶ ἑκατὸν χρόνων ἦν, διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπεπήρωτο. ἡ μέντοι Ῥεβέκκα μετὰ τὴν ἐπαινετὴν τῆς εὐλογίας κλοπήν, συνεβούλευσε τῷ Ἰακὼβ πρὸς Δάβαν ἀπελθεῖν, ὅπως τὸ B ἀκμαῖον τῆς τοῦ Ἡσαῦ ἐκφύγῃ μανίας. ἀποδιδράσκων οὖν τὸν Ἡσαῦ ὁ Ἰακώβ, ἐκοιμήθη καθ᾽ ὁδόν, καὶ ἐνυπνιάσθη. Καὶ ἰδοὺ κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ οἱ Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἐπ᾽ αὐτήν, ὁ δὲ Κύριος ἐπεστήρικτο αὐτῆς, καὶ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ μὴ φοβοῦ. οἱ δὲ ἀνιόντες καὶ κατιόντες τὴν κλίμακα, καθὰ καὶ ὁ μέγας φησὶ Κύριλλος, τὴν θείαν ἐδήλουν διακονίαν. περὶ τούτων γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἔφη· οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ C τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ἔδειξεν οὖν διὰ τούτων σαφῶς, ὅτι δυνάμεσιν ἀγγελικαῖς τὰ πάντα οἰκονομεῖ· καὶ ὡς οὐδὲν ἀπρονόητον τῶν τῇδε καὶ ὡς ἔτυχε φέρεται.

Καὶ μή μοι λέγε, τίνος ἕνεκεν ἡ ἁγία γραφὴ πρότερον ἀνέρχεσθαι τοὺς Ἀγγέλους εἶπεν, εἶθ᾽ οὕτως κατέρχεσθαι. ἔχεις γὰρ αὐτὴν τὴν ἁγίαν γραφὴν καὶ τὸν περὶ τούτου λόγον διακρινοῦσάν σοι. τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος φύλακα τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς θεῖον Ἄγγελον κέκτηται, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν καθ᾽ ἡμῶν ὁρμὴν τῶν δαιμόνων ἀναχαιτίζεσθαι. παρεμβαλεῖ γάρ, φησὶν, Ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν D φοβουμένων αὐτόν. καὶ τὰς αἰτήσεις ἡμῶν ἀνάγεσθαι πρὸς τὸν Θεὸν δι᾽ αὐτῶν. καὶ πειθέτω ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν εὐαγγελίοις λέγων· ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. οἱ γὰρ Ἄγγελοι αὐτῶν διηνεκῶς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντες, ὡς ὁ ἐν Πατριάρχαις ἀοίδιμός φησι Νικηφόρος, ἢ τὰς αἰτήσεις ἡμῶν εἰσάγοντες εἰς τὰ ὦτα τοῦ Κυρίου Σαβαώθ. ἐπιβεβαιοῖ ταῦτα καὶ ὁ θειότατος Ῥαφαὴλ πρὸς τὸν Τωβὴτ οὕτως εἰπών· ὅτε προσηύξω σὺ καὶ ἡ νύμφη σου, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς σου ἐνώπιον τοῦ ἁγίου Θεοῦ.

Glycæ Annal.

Deo prohibitus. Quamquam enim is Abrahamo concesserat, vt eo se conferret: tamen id alia nulla de caussa factum fuit, quam vt istis etiam hominibus virtus ipsius innotesceret. Isaacus autem hordei sementem fecit, quod inaudito quodam modo fructum centuplum edidit. Quod si deiectum illud semen in se terra ratione centupla reddidit, quonam fieri pacto potest, vt qui benignitatem in egentes ex commiseratione animi exercet, ac munus ipsum in manus Dei deponit, mercedem centuplo maiorem non accipiat? Nam si vnum heic fructum fert centuplum, multo magis & istic idem vsuueniet.

Cæterum quum Isaacius Iacobo felicissima quæque precaretur, annos c plus minus natus erat, ob quam ipsam ætatis prouectionem eius oculi caligauerant. Rebecca post laudabilem hanc felicitationis interuersionem id consilii Iacobo dedit, vt flagrantis adhuc Esai furoris gratia semet ad Labanem reciperet. Quamobrem Iacobus arrepta fuga, vitandi Esai caussa, sopitus in itinere somnium vidit. Nam scala quædam terræ innixa erat, cuius vertex cœlum attingeret, ac diuini Angeli per eam adscendebant, ac vicissim descendebant. Eidem imminens Deus, sic loquebatur: Ego tecum sum, non est quod formides. Atque hi tam adscendentes quam descendentes Angeli, quemadmodum & magnus ille Cyrillus ait, ministerium diuinum significabant. Nam de Angelis & Paulus inquit: Nonne sunt omnes administri spiritus, qui ad ministerium ablegantur, propter eos qui salutem adepturi sunt? Quamobrem Deus per hæc nobis clare ostendit, omnia se per potestates angelicas gubernare, nec quidquam in rebus humanis absque prouidentia fortuito geri.

Iacobi historia. — *Gen. 28. 13.* — *Cyrillus.* — *Hebr. 1. 14.*

Neque heic obieceris mihi, quamobrem litteræ sacræ narrent, Angelos primum adscendisse, ac deinceps descendisse. Nam ipsæmet tibi huius rei rationem aperiunt. Quilibet homo vitæ suæ præsidem Angelum habet, vt hoc pacto malorum geniorum in nos impetus frangatur. Iungit enim, vt ille ait, Angelus Domini castra castris in circuitu timentium eum. Nostras etiam preces ipsorũ opera perferri ad Deum Dominus ipse nobis persuadeat, qui sacris in Euangeliis inquit: Cauete ne vnum ex hisce pusillis despiciatis. Nam angeli eorũ perpetuo faciẽ patris mei cœlestis intuentur: nihil scilicet aliud agentes, quemadmodum clarissimus ille patriarcha Nicephorus loquitur, quam quod preces nostras ad aures Dei Sabaoth deferunt. Idem Angelus ille diuinus Raphaelus confirmat, quum hisce verbis Tobæum alloquitur: Quo tempore tu nurusque tua precabimini, ego precationis tuæ monumentum coram sancto illo Deo subuehebam,

Psalm. 33. 8. — *Matth. 18. 10.* — Nicephorus Patriarcha de Angelis. — *Tob. 12. 12.*

qui me nunc misit ad te nurumque tuam Sarram sanandos. Consimiliter Angelus ille diuinus, qui ad Cornelium centurionem missus fuit, eum compellat: *Act. 10. 4.* Corneli, tuæ preces ac benigna facta ad Deum, ceu tui monumentum quoddam, adscenderunt. Itaque Ioppem mittens, Petrum arcessito. Quæ quum ita sint, & quum quilibet homo, ceu demonstrauimus, Angelum habeat, preces suas ad aures Dei Sabaoth deferentem: omnino necesse est, Angelos primum adscendere, atque vna cum ipsis preces quoque nostras, deinde vero diuina munera cœlitus ad nos peruenire. Nam iccirco beatus ille Iacobus Angelos adscendentes & vicissim descendentes vidit, per quos tanquam spiritus administros, ceu diximus, res terrenæ gubernãtur. Hoc modo de his responsum esto.

Cæterum reuertentem a Labane Iacobum, qui Esaum fratrem magnopere formidabat, rursum Deus consolatur, lucta cum ipso ad matutinum vsque diluculũ congressus: quo quidẽ facto persuadere Iacobo voluit, ne quid sibi metueret. Nam si aduersus Deum sese robustum præstare poterat, multo magis robur aduersus homines habebat. Significare voluit hoc ipse Iacobus, quum *Gen. 32. 30.* ait: Præsens præsentem Deum conspexi, & incolumitatem anima mea consequuta est: hoc est, quæ tantũ non præ formidine mortua erat, fiducia repleta est. Tunc & nomine mutato Israeli appellationem accepit, vt qui Dei quandam informationem consequutus esset. Id quidem ex historia constat, Iacobum quum euigilasset, altero crure claudicasse. Ac ne post iusti huius viri mortem, memoria curæ prouidentiæque Dei de ipso extingueretur: iccirco rationem inuenit Deus, qua factum hoc perpetuaretur. Inquit enim, Nepotes Israelici neruo femoris, qui emarcuit, non vescentur. Atque hinc animaduertere licet, huiusmodi priscarum obseruationum magna ex parte caussam illam fuisse; ne tam Dei, quam beneficiorum eius, tanquam ingrati, obliuiscerentur. Idem Iacobus a Labane discedens, & iamiam Esao fratri occursurus, Angelorum castra conspicit: vt ex hac re fiduciam conciperet, nec aduenientes cum Esao formidaret.

De Labane accepimus, eum XX annis exactis Iacobo pollicitum, se hominem data mercede dimissurum: deinde quorundã calumniis immutatum, in dies rem extraxisse. *Gen. 31. 5.* Quapropter & Liam Rachelemq; Iacobus in hunc modum alloquutus est: Video ego non esse eundem vestri patris in me vultum, qui erat heri ac nudiustertius. Atenim hactenus patrium mihi Deum præsentẽ habui. Quod sane deinceps clarius animaduertere *Gen. 31. 24.* poterant. Nam Labanẽ Deus Iacob. persequentem noctu per somniũ aggressus: Caue, inquit, cũ Iacobo durius agas. Magnũ certe

καὶ νῦν ἀπέστειλέ με ἰάσασθαί σε καὶ τὴν νύμφην σου Σάῤῥαν. ἀλλὰ καὶ ὁ καταπεμφθεὶς ἐπὶ Κορνήλιον τὸν ἑκατοντάρχην θεῖος Ἄγγελος οὕτως πρὸς αὐτὸν ἔλεγε· Κορνήλιε, αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. κάλεσαι ἐξ Ἰόππης τὸν Πέτρον. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, εἰ καθὼς ἀποδέδεικται, τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος Ἄγγελον κέκτηται τὰς αἰτήσεις ἡμῶν εἰσάγοντα εἰς τὰ ὦτα κυρίου Σαβαώθ, ἀνάγκη πᾶσα τοὺς Ἀγγέλους πρῶτον ἀνέρχεσθαι, καὶ δι᾽ αὐτῶν τὰς αἰτήσεις ἡμῶν. εἶθ᾽ οὕτως τὰς θείας ἄνωθεν δωρεὰς κατέρχεσθαι πρὸς ἡμᾶς. ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ Ἀγγέλους εἶδεν ἀνερχομένους καὶ κατερχομένους ὁ μακάριος Ἰακώβ. διὰ γὰρ τούτων, ὡς εἴρηται, λειτουργικῶν ὄντων πνευμάτων, καὶ οἰκονομοῦνται τὰ τῇδε πάντα, καὶ διεξάγονται. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ἀνερχόμενον δὲ τὸν Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ Λάβαν, καὶ τὸν Ἠσαῦ δεδιότα, παραθαῤῥύνει καὶ αὖθις ὁ Θεὸς παλαίων μετ᾽ αὐτοῦ ἕως πρωῒ καὶ πείθων ἐντεῦθεν μὴ φοβεῖσθαι. εἰ γὰρ μετὰ Θεοῦ δυνατὸς, πολλῷ μᾶλλον μετὰ ἀνθρώπων. τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἰακὼβ ἐδήλωσεν εἰπών. εἶδον τὸν Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχὴ, τουτέστιν ἡ τεθνηκυῖα ὥσπερ ὑπὸ δέους, θάρσους ἐνεπλήσθη. τηνικαῦτα καὶ Ἰσραὴλ μετονομάζεται, ὡς ἐν φαντασίᾳ Θεοῦ γενόμενος. ὁ μέντοι Ἰακὼβ διυπνισθεὶς, χωλεύων ἦν, ὡς ἡ ἱστορία δηλοῖ. Ἵνα δὲ μὴ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ δικαίου σβεσθῇ ἡ πρὸς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ κηδεμονία, σοφίζεται τὴν περὶ τούτου μνήμην διηνεκῆ ὁ Θεὸς, καί φησιν· οὐ μὴ φάγωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον τοῦ πλάτου τοῦ μηροῦ, ὃ ἐνάρκησε. καὶ ἔστιν ἐνταῦθα μαθεῖν, ὅτι ἡ αἰτία τῶν πλειόνων παρατηρήσεων, τοῦτό ἐστι τὸ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, καὶ ἅτε δὴ ὄντας ἀγνώμονας. ἀλλὰ καὶ *χωριζομένους τοῦ Λάβαν ὁ Ἰακὼβ, καὶ μέλλων συναντᾶν τῷ Ἠσαῦ, παρεμβολὴν Ἀγγέλων ὁρᾷ, ὡς ἐντεῦθεν θαῤῥεῖν, καὶ μὴ τοὺς συνόντας τῷ Ἠσαῦ δεδιέναι.

* χωριζόμενος

Ὁ Λάβαν μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν εἴκοσι ἐνιαυτῶν, ὑποσχεθεὶς ἀποστεῖλαι τὸν Ἰακὼβ μετὰ μισθοῦ, ἀνεβάλλετο, ὑπό τινων μεταβληθείς. ἐφ᾽ ᾧ καὶ πρὸς Λείαν καὶ Ῥαχὴλ ἔφη ὁ Ἰακώβ· ὁρῶ ἐγὼ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὑμῶν ὅτι οὐκ ἔστι πρός με ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. ὁ δὲ Θεὸς τοῦ πατρός μου ἦν μετ᾽ ἐμοῦ. καὶ δῆλον ὅτι τῷ Λάβαν καταδιώκοντι τὸν Ἰακὼβ ἐπέστη ὄναρ λέγων· φύλαξαι σεαυτὸν μήποτε λαλῆσαι μετὰ τοῦ Ἰακὼβ πονηρά. μέγα

ὄφελος ἡ δικαίου τινὸς παρουσία. καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Ἰακὼβ πρὸς Λάβαν ἔλεγεν. εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου. ἀλλὰ τὴν γυναικῶν αὐτοῦ ἕνεκα τοιαύτην ἐποίει πρὸς αὐτὸν ἀπολογίαν· οὐκ ἐγώ· τὸ δὲ προσὸν φίλτρον ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ, παρέπεισεν αὐτὰς ἐκ τῆς αὐτῶν ἀπᾶραι γῆς. κατὰ μέντοι τὸν Γεώργιον, ὁ Ἰακὼβ ἀνερχόμενος ἀπὸ τοῦ Λάβαν, εἶδε πάλιν ὅρασιν ἐν Βεθήλ. καὶ πάντα ἀποδεκατώσας ἅπερ ἐκέκτητο, τελευταίους ὑποβάλλει τοὺς παῖδας. καὶ ἀριθμήσας αὖθις ἀπὸ τοῦ Βενιαμὶν ἀρξάμενος ἀνάπαλιν, καὶ ἐπὶ τὸν Λευὶ ἐλθὼν, * ἐπιδέκατον εὗρεν αὐτὸν, τῷ Θεῷ τοῦτον προσήγαγεν. ἀποδεκατώσας δὲ πάντα ὅσας φθάσας ἐκτήσατο. καθὰ δὴ καὶ προϋποσχόμενος εἶπε τῷ Θεῷ ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν· πάντα ὅσα ἄν μοι δῷς, δεκάτην ἀποδεκατώσω αὐτά σοι. καὶ εὐθὺς ἐνδύσας τὸν Λευὶ στολὴν ἱερατικὴν, δι' αὐτοῦ θυσίας τῷ Θεῷ προσενήνοχεν ἐν Βεθήλ. κἀντεῦθεν οἱ μὲν τῆς παλαιᾶς Λευῖται λέγονται, οἱ δὲ τῆς νέας κληρικοὶ, διὰ τὸ γεγράφθαι· οὐκ ἔσται τοῖς Λευίταις κλῆρος ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. ὁ γὰρ Κύριος μερὶς αὐτῶν καὶ κλῆρος.

* ἐπιδέκατον.

Καὶ κατὰ μὲν τὴν τοῦ Μωσέως ἱστορίαν, ὅ, τε Ἠσαῦ καὶ Ἰακὼβ πρὸς ἀλλήλους ἐσπείσαντο. Ὁ δὲ Ἰώσηπος τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ καὶ τάδε προστίθησιν. ὁ Ἰσαὰκ τελευτῶν περὶ ὁμονοίας τῷ Ἰακὼβ καὶ τῷ Ἠσαῦ ὡμίλησε. τούτου δὲ τελευτήσαντος, ὁ Ἠσαῦ ἐδίωκε τὸν Ἰακώβ. εἰσελθὼν δὲ ἔν τινι πόλει ἐκεῖνος, καὶ παρακύψας ἄνωθεν, ἀνεμίμνησκεν αὐτὸν τὴν πατρικὴν παραγγελιῶν. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. καὶ τείνας τόξον ἔβαλλε τὸν Ἠσαῦ κατὰ τοῦ μαζοῦ. τότε οὖν ἐπληρώθη ἡ τοῦ Ἰσαὰκ προφητεία. ἡνίκα ἂν καθέλῃς τὸν ζυγὸν τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ τοῦ τραχήλου σου, πλημμέλειαν πλημμελήσεις θανάτου. καὶ τὰ μὲν τὰ τοῦ Ἰωσήπου τοιαῦτα. προσέχειν δὲ τούτοις ἀληθέσιν οὐκ ἄξιον. τὸ γὰρ, πλημμέλειαν πλημμελήσεις θανάτου, προσθήκη ἐστὶ τοῦ Ἰωσήπου. ἐν γὰρ τῇ προφητείᾳ τοιοῦτον ῥητὸν γεγραμμένον οὐχ εὕρηται. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Σαρδανάπαλος.

Κρατεῖ δὲ μετὰ ταῦτα τῶν Ἀσσυρίων καὶ Σαρδανάπαλος, διάγων χαύνως πάντη καὶ τρυφηλῶς, εὐνούχοις ἔσω συγκεκλεισμένος καὶ γυναιξὶ, μή τινι τῶν ὑπ' αὐτὸν θεωρούμενος, χρώμασί τε καὶ βάμμασι, καὶ τῇ τῶν γενείων ἐκκοπῇ θηλυδρίαν ποιῶν ἑαυτὸν, ὡς ἐντεῦθεν μισητὸν τοῖς πᾶσι γενέσθαι. καί τις δὲ τῶν ὑπὸ χεῖρα θέλων ἰδεῖν

quiddam eſt, præſentem alicubi virum iuſtum habere: quemadmodum ex Iacobi ad Labanem verbis hiſce perſpicue intelligi poteſt: Deus te me præſente beauit. Vxorum nomine ad Labanem hac vti purgatione poterat: Non ego, ſed inſitus nuptis erga maritum amor eas perſuaſit, vt terram patriam relinquerent. Georgius memoriæ prodit, Iacobo a Labane redeunti rurſum Bethele viſum quoddam oblatum fuiſſe. Quumque decumas omnium bonorum ſuorum exhiberet Deo, tandem & liberos ſtitiſſe. Hos vero numerantem, a Beniamine facto vice verſa initio, delatumque ad Leuium, quod illum inueniſſet decimum: Deo recta eum obtuliſſe, perſolutis hoc modo decumis omnium, quæ antehac conſequutus erat. Atque hoc ſane Iacobum vult ex voto id temporis concepto feciſſe, quum fugam arriperet, ac verbis hiſce Deum compellaret: De cunctis rebus, quas mihi dederis, decumas tibi perſoluam. Hoc modo quum Leuium ſacerdotali veſte induiſſet, eius opera Bethele Deo rem ſacram fecit. Hinc ortum, vt ſacerdotes illi priſci fœderis Leuitæ vocarentur, quum noui Clericos appellemus, illo ſacrarum litterarum verbo permoti: Non habebunt Leuitæ clerum, id eſt, ſortem inter Iſraelicos. Nam Dominus pars & ſors eorum eſt.

Georgii Sync. locus.

Gen. 28. 22.

Deut. 10. 9.

Cæterum in hiſtoria Moſaica reperimus, Eſaum & Iacobum inter ſe reconciliatos eſſe. Ioſephus autem huic narrationi tale quiddam adiecit. Iſaacus, inquit, viuendi finem facturus, de reconcilianda gratia inter Eſaum & Iacobum egit. Quum autem rebus humanis exemptus eſſet, Eſaus Iacobum nihilo ſecius perſequebatur: qui vrbem quandam ingreſſus, & ſublimi de loco proſpectans, paternas admonitiones homini ad animum reuocabat. Iis quum nihil apud ipſum proficeret, contento arcu fratrem Eſaum in pectore ad mamillam ferit. Tunc Iſaaci vaticinium illud impletum eſt: Quum iugum fratris tui de ceruice tua excuties, peccatum morte multandum committes. In hunc modum hæc Ioſephus commemorat, quæ tamen pro veris recipienda non ſunt. Nam iſtæc verba, Peccatum morte multandum committes, ab Ioſepho auctoritate propria Moſaicis adiecta ſunt: quum nullum huiuſmodi verbum in ipſo vaticinio reperiatur. De his hactenus.

Ioſephus a Moſe diſſentit.

Secundum hæc & Sardanapalus Aſſyriis imperauit. Molliter is viuebat, ac voluptarie, inter eunuchos & fœminas occluſus. Nec cuiquam ſubditorum hominis intuendi facultas erat. Præterea coloribus, tincturis, genarum raſura ſeipſum effeminabat. Quibus rebus factum eſt, vt in ſe cunctorum odia concitaret. Inter alios imperio ſubiectos quidam erat, qui omnino eum videre

De Sardanapalo.

Arbaces Medus.

cuperet, ſed incaſſum. Tandem vero voti A compos aliquando factus, gladio tyrannum trucidat & vita ſpoliat. Poſt Sardanapalum

Perſei regnum

Perſeus Pici, cognomento Iouis F. regnum apud Aſſyrios obtinuit. Is quum Lycaonas viciſſet, ac vrbem in iis finibus exſtruxiſſet: columnam erexit, & ab ſimulacro imagineque ſua vrbi nomen Iconii dedit. Deinde verſus Iſauriam Ciliciamque profectus, & delapſus ab equo, quum terræ calcem pedis alliſiſſet, vrbem id loci conditam ab hoc euentu Tarſum appellauit. Idem a nomine ſuo nuncupauit Aſſyrios Perſas. Quumque regnante ipſo accideret, vt ignis de cœlo laberetur: templo condito auctor fuit, vt ignem ſui religioſe colerent. Primum ergo regnum fuit penes Aſſyrios, ſiue B Babylonios: alterum penes Perſas, qui communi appellatione ipſi quoque Babyloniorum nomen habebant.

Vnde dictum iconium.

Vnde Tarſus.

Phœnicis regnum, & inuentio purpuræ.

Scire autem debes, regnante Phœnice fuiſſe quemdam Herculem Tyrium philoſophum, qui purpuram inuenit. Quum enim canis ouiarii pilos hoc colore reſperſos videret, ac ſimul animaduerteret, non hunc ſanguinem eſſe, ſed coloris ad tingendum apti materiam: (nam canis ille forte fortuna purpuræ concham repertam in litore deuorauerat) muneris cuiuſdam inſtar eam regi obtulit, qui ſane primus per hanc occaſionem purpuram geſtauit, publicato edicto, ne quis alius hoc colore veſtium vteretur: quo de purpura ſcilicet rex agnoſce- C retur, qui ante id temporis veſtitu cum cæteris communi vtebatur. Atque hæc Tyri eſt inuenta.

De Crœſo & Cyro.

Cæterum poſt illa tempora quum Crœſus oraculo accepto amnem Halym tranſiiceret, Cyrus in fugam ſe proripuiſſe perhibetur. Verum vxor eum ab hoc inſtituto retraxit, quum Danielum carceribus mancipatum adduci, deque re tota conſuli iuberet.* Id quum factum eſſet, reſumpto Cyrus animo, camelos in acie prima collocauit. Hoc modo equis oppoſitis in fugam verſis, Crœſus in hoſtium poteſtatem venit, cæſis quadringentis hominum millibus: quum D amnem, qui ſupra modum exundauerat, rurſum tranſiicere non poſſent.

* *Vide Notas. vbi ſupplebimus quæ omiſit Lennclauius.*

De Palante.

Τρίτη πληγή, ἡ ἀπὸ τοῦ χοὸς τῶν σκνιπῶν ἀνάδοσις. ἐξέτεινε γάρ, φησίν, Ααρὼν τῇ χειρὶ τὴν ῥάβδον, καθὼς ἐλάλησε Κύριος, καὶ ἐπάταξε τὸ χῶμα τῆς γῆς. καὶ ἐγένοντο οἱ σκνῖπες ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς τετράποσι. γίνωσκε δὲ ὅτι τὸ ζῶον οἱ σκνῖπες εἰ καὶ βραχύτατόν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ἀργαλεώτατον. οὐ μόνον γὰρ λυμαίνεται τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ δέρματος τοῖς ἀφανέσι δήγμασι κνησμοὺς ἐμποιοῦν ἀηδεῖς· ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἐντὸς βιάζεται, διά γε μυκτήρων καὶ ὤτων. πρὸς τούτοις δὲ καὶ κόρας βλάπτει

DE DECEM PLAGIS.

PRINCEPS omnium erat, aquarum in sanguinem per Ægyptum vniuersam commutatio. Quamobrem istuc factum? cur per aquas Deus eos primo loco punit? Quod aquam eximie colerent, quam esse principium ortus rerum vniuersarum existimabant. Propterea tum magna hominum multitudo periit. quippe totos septem dies hæc omnium aquarum in sanguinem commutatio durauit, Aarone per baculum suum, vt præceptum ei diuinitus fuerat, hoc prodigium efficiente. Neque vero specietenus aquas tum rubuisse, sed gustum quoque illarum prorsus immutatum esse, aquis ipsis in rem aliam conuersis: colligi vel inde perspicue potest, quod pisces extinguebantur. Sic enim perscriptum sacris in litteris legimus: Et emortuis fluminis piscibus, tantus exstitit fœtor fluminis, vt Ægyptii de eius aqua bibere non possent, totaque adeo Ægyptus hoc ipso sanguine redundabat.

Plaga I. — Exod. 7. 21.

Altera plaga fuit, ranarum ex aquis scaturientum illuuies. Sic enim est sacris in litteris: Aaro manum suam protendit in aquas Ægypti, quo facto, tot exstitere ranæ, vt eis Ægypti solum coopertum sit. Simul Ægyptiorum domos illæ ingrediebantur. Idem veneficiis suis imitati sunt excantores Ægyptiorum, quemadmodum & antea fecerant, aquam in sanguinem mutando. Sed tamen necesse habuit Pharao, supplex vt Mosem oraret, quo ranarum a se depellendarum caussa Deum deprecaretur. Quantum enim mali esse putas, aquis effusas ranas, ac passim per terram sparsas? Nihil profecto venenosis a reptilibus differunt. Impetrat postulata Pharao, Deum obsecrante Mose continuo ranæ exspirant. Nihilominus Pharao, quum tanto e malo se respirasse cerneret, in obfirmatione animi pristina perstitit.

II. — Exod. 8. 6.

Tertia plaga fuit culicum e puluere natorum productio. Sic enim perscriptum legimus: Aaro manu virgam suam de mandato Domini protendit, ac terræ puluerem percussit, qua percussione culices tum in hominibus, tum quadrupedibus exstiterunt. Atque heic discito, animalculum illud, quod culices appellamus, tametsi vel minimum sit, nihilo tamen minus longe nobis esse molestissimum. Non enim tantum cutis superficiem stringit atque lædit, obscuris morsibus graues molestosque pruritus efficiens: verumetiam per nares & aures ad interiora vi penetrare nititur, ac præterea pupulis oculorum,

III. — Exod. 8. 16.

in eos inuolando, detrimentum adfert. Deinde heic etiam Ægyptiorum excantores consimile quiddam moliri nitebantur, vt culices producerent, sed irrito conatu. Quamobrem Pharaoni confessi sunt, hæc Dei digito effecta esse.

IIII. Quarta plaga Deus Ægyptios per muscas, quas caninas appellant, vexauit. Nam, vt sacris est in litteris, efficiente Deo tanta muscarum vis atque multitudo in Pharaonis ædes & totam Ægyptum est immissa: vt ab eis vniuersa regio deuastaretur. Nimirum non sine dolore animal hoc in corpora morsu penetrat. Quumque caninas appellari muscas audis, hoc ipsum ad impudentiam & ferocitatem animalis referto: quod inuolans in morem teli, solos in Ægyptios irruebat. Hoc indicare litteræ
Exod. 8. 22. sacræ volentes, his ipsis verbis vsæ sunt: Gesemam vero, qua in terra populus meus degit, præter opinionem hominum immunem faciam, vt in ea nullæ sint muscæ: quo scilicet intelligas, me Dominum Deum esse in terris, qui discrimen inter meum tuumque populum ponam. Secundum hæc iterum Moses Deum deprecatur, qui muscas illas caninas a Pharaone populoque ipsius abegit, ita vt ne vna quidem reliqua foret. [Sed Pharao tum quoque suum pertinaciter obdurauit animum,] nec populum dimittere voluit.

Itaque sequuta est plaga quinta, videlicet iumentorum & pecorum omnium lues.
Exod. 9. 3. [Sic enim sacræ litteræ narrant:] Dixit Pharaoni Moses, En manum suam Dominus in omnia tua iumenta sic immittet, vt ingens subsequutura sit lues. Fecitque Dominus, quod minatus erat, & omnis generis Ægyptiorum pecoribus mortuis, ne vnum quidem iumentum ex iis, quæ Israelici possidebant, interiit. Nihilominus obfirmatus est Pharaonis animus, nec abeundi potestatem populo fecit.

VI. Quamobrem plagam Deus sextam immisit, quæ pustularum erat exulceratio, sicut auctor historiæ sacræ narrat. Quemadmodum, inquit, Dominus præceperat, sumpsit
Ibid. 1[illegible] Moses fauillam de calcaria, spectante Pharaone, atque illam in aera sparsit. Tum vlcera pustulæque feruentes exstitere tam in hominibus, quam cæteris quadrupedibus, adeo vt ipsi etiam venefici amplius propter vlcera consistere coram Mose non possent. Secundũ hæc Deus hoc modo Mosem compellauit: Cras summo mane sic Pharaonem alloquere. Ni populũ meum dimiseris, exserta manu mea te percutiam, populumq; tuum morte multabo. Scitoque adeo, te illa de caussa incolumen relinqui, vt potestatem in te meam declarem, meumque nomen per vniuersum terrarum orbem celebretur.

VII. Septima plaga fuit immissio grandinis &

A ὀφθαλμῶν εἰσπετόμενον. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων ἐποίησαν, τοῦ ἐξαγαγεῖν τὸν σκνίπα, καὶ οὐκ ἠδυνάντο. εἶπον οὖν τῷ Φαραὼ, ὅτι δάκτυλος Θεοῦ ἐστι τοῦτο.

Τετάρτη πληγὴ ἡ διὰ τῆς κυνομυίας. καθὼς γὰρ, φησιν, ἐποίησε κύριος, παρεγένετο ἡ κυνόμυια, πλῆθος εἰς τοὺς οἴκους Φαραὼ, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου. καὶ ἐξωλοθρεύθη ἡ γῆ ἀπὸ τῆς κυνομυίας ὀδυνηρῶς. καὶ γὰρ ἐμφύεται διὰ τοῦ δήγματος τουτὶ τὸ ζῶον τοῖς σώμασι. κυνόμυιαν δὲ ἀκούων, τὸ αὔθαδες νόει τοῦ
B ζώου. καθάπερ γὰρ βέλος εἰσπετομένη, τῶν Αἰγυπτίων καὶ μόνων κατεπεμβαίνουσα ἦν. καὶ τοῦτο δηλοῦσα ἡ γραφὴ, κατὰ λέξιν οὕτω φησί· καὶ παραδοξάσομαι τὴν γῆν Γεσὲμ, ἐφ' ἧς ὁ λαός μου ἐπ' αὐτῆς. ἐφ' ἧ οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ἡ κυνόμυια· ἵνα ἴδῃς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου πάσης τῆς γῆς. καὶ διαστελῶ ἀναμέσον τοῦ ἐμοῦ λαοῦ, καὶ ἀναμέσον τοῦ σοῦ λαοῦ. δέεται οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Μωσῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ περιεῖλε τὴν κυνόμυιαν ἀπὸ τοῦ Φαραὼ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐξαποστεῖλαι αὖθις. Περὶ κυνομυίας.

Πέμπτη πληγὴ ἡ τῶν τετραπόδων φθορά.
C ἰδοὺ γὰρ, φησι πρὸς Φαραὼ ὁ Μωσῆς, ὅτι χεὶρ Κυρίου ἔσται ἐν πᾶσι τοῖς κτήνεσί σου, καὶ θάνατος μέγας σφόδρα. καὶ ἐποίησε Κύριος τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἐτελεύτησαν πάντα τὰ κτήνη τῶν Αἰγυπτίων, ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἐτελεύτησεν οὐδὲ ἕν. ἐβαρύνθη οὖν ἡ καρδία Φαραὼ, καὶ οὐκ ἀπέστειλε τὸν λαόν.

Εκτη πληγὴ, ἡ τῶν φλυκτίδων ἐπίθεσις, καθά φησιν, ἐλάλησε κύριος καὶ ἔλαβε Μωσῆς τὴν αἰθάλην τῆς καμιναίας ἐναντίον Φαραὼ, καὶ ἔπασεν αὐτὴν εἰς τὸν οὐ-
D ρανόν. καὶ ἐγένετο ἕλκη, φλυκτίδες ἀναζέουσαι ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν τοῖς τετράποσι, καὶ οὐκ ἠδυνάντο οἱ φαρμακοὶ στῆναι ἐναντίον Μωσεῖ διὰ τὰ ἕλκη. εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωσῆν. ὄρθρισον τὸ πρωῒ, καὶ εἰπὲ πρὸς Φαραώ. εἰ μὴ ἐξαποστείλῃς τὸν λαόν μου, ἀποστείλας τὴν χεῖρά μου πατάξω σε, καὶ τὸν λαόν σου θανατώσω. καὶ ἕνεκεν τούτου διετηρήθης, ἵνα ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελθῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

Εβδόμη πληγὴ ἡ διὰ χαλάζης καὶ πυρός.

A ρός. ἔβρεξε γὰρ ὁ Κύριος χάλαζαν ἐπὶ πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου, καὶ διέτρεχε τὸ πῦρ ἐπὶ τῆς γῆς. ἐπάταξε δὲ ἡ χάλαζα πάντα ὅσα ἦν ἐν τῷ πεδίῳ, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. πλὴν ἐν γῇ Γεσὲμ οὗ ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ἐγένετο ἡ χάλαζα. δέεται οὖν καὶ αὖθις ὁ Μωσῆς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν λόγον Φαραὼ, καὶ ἐπαύσαντο αἱ φωναὶ καὶ ἡ χάλαζα. Γίνωσκε δὲ ὅτι τοὺς Αἰγυπτίους οὐ μόνον ἡ ἐξαίσιος φορὰ χαλάζης τε ἅμα καὶ πυρὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ πράγματος κατέπληττεν ἄηθες. οὐδὲ γὰρ τὴν χειμερινὴν ὥραν ἡ Αἴγυπτος παραδέχεται, διά γε τὸ μὴ πόρρω τῆς κεκαυμένης εἶναι ζώνης. B τοῦ γὰρ πυρώδους ἐκεῖθεν ῥέοντος ἀφανῶς, τὰ κύκλῳ πάντα λεαίνεσθαι πέφυκεν.

ἡ. πληγὴ διὰ τῶν ἀκρίδων. Ογδόη πληγὴ ἡ διὰ τῶν ἀκρίδων. ἐπῆρε γὰρ ὁ Μωσῆς τὴν ῥάβδον εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ Κύριος ἐπήγαγεν ἄνεμον νότον ὅλην τὴν ἡμέραν καὶ ὅλην τὴν νύκτα, καὶ ἀνέλαβε τὴν ἀκρίδα, καὶ ἀνήγαγεν αὐτὴν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου. ἐφ᾽ ᾧ καὶ, ἡμάρτηκα, ἔλεγε τῷ Θεῷ ὁ Φαραώ. δέεται οὖν αὖθις ὁ Μωσῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξάγει ἄνεμον ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ πᾶσαν τὴν ἀκρίδα εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐνέβαλε θάλασσαν. περὶ δὲ αὐτῆς καὶ Δαβὶδ οὕτω φησίν· Εἶπε, καὶ ἦλθεν ἀκρὶς καὶ βροῦχος οὗ οὐκ C ἦν ἀριθμός. βροῦχος δέ ἐστιν ἡ νεογενὴς, καὶ ἄπτερος ἀκρίς.

τί βροῦχος. Περὶ σκότους. Ἐννάτη πληγὴ ἡ διὰ τοῦ ψηλαφητοῦ σκότους. ἐξέτεινε γὰρ Μωσῆς τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐγένετο σκότος καὶ γνόφος καὶ θύελλα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου τρεῖς ἡμέρας. οὐκ εἶδεν οὐδεὶς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐξανέστη οὐδεὶς ἐκ τῆς κοίτης αὐτοῦ τρεῖς ἡμέρας· πᾶσι δὲ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἦν φῶς ἐν πᾶσιν οἷς κατεγίνοντο. ἐπειδὴ γὰρ ἀφέντες τὸν κτίστην, τοῖς κτίσμασιν ἐλάτρευον, διὰ τῶν κτισμάτων αὐτοὺς καὶ μάλα δικαίως ἐπαίδευε. D διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων μερῶν καταλαμπομένων, ἡ Αἴγυπτος μόνη τῷ ψηλαφητῷ περιεστοιχίζετο σκότει. καὶ γὰρ πρὸς ἀναγκαίαν ἔξοδον Αἰγύπτιος ἐβιάζετο, τὴν θύραν, καὶ πολλὰ ψηλαφῶν εὑρεῖν οὐκ ἠδύνατο.

Περὶ τῶν πρωτοτόκων. Δεκάτη πληγὴ, ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος. τελευταία μὲν ἡ τοιαύτη πληγὴ, τῇ δυνάμει δὲ καὶ τῷ πόνῳ, καθά φησι καὶ Δαβὶδ, ἀπαρχὴ καὶ πρώτη πασῶν. περὶ γὰρ μέσας νύκτας καὶ ἄνευ νόσου ἀνῃροῦντο τὰ τέκνα αὐτῶν. ἐγειρόμενοι δὲ τὸ πρωῒ, καὶ τὰ φίλτατα νεκρὰ ὁρῶντες, καὶ μηκέτι

A ignis. Nam grandine prius per vniuersum Ægypti solum delapsa, etiam ignis vndique discurrit. Grando ipsa nihil non eorum prostrauit, quæ in terra erant, tum homines, tum iumenta. *Ibid. 26.* Non tamen in Gesemæ solo, quod incolebant Israelici, grando quidquã detrimenti dedit. Rursum vero Moses obsecrante Pharaone Deum exorat, quo facto tonitrua & grandines cessarunt. Atque heic notato, non solum grandinis & ignis inusitatam ex aere delationem Ægyptiis terrori fuisse, sed etiam ipsius insolentiam rei. Nam hiemem Ægyptus nullam experitur, idque propterea, quod a zona, quam torridam vocant, prope absit. *Ægyptus hiemem cur nullam habeat.* Nimirum ardore illinc occulte promanante, vicinæ in orbem regiones vniuersæ leniori cœlo fruuntur. B

VIII. *Exod. 10.12.* Octaua deinceps plaga vexauit Ægyptios, quæ locustarum erat immissio. Nam Mose baculum in aera protendente, Dominus australem ventum adduxit die toto, totaque nocte: qui locustas sublatas in vniuersum Ægyptiorum solum dispersit. Quo factum, vt Pharao se in Deum deliquisse fateretur. Itaque Moses iterum deprecatur ad Deum, ac ventum educit e mari, cunctasque locustas in mare rubrum abiectas demersit. De hisce locustis Dauides in hæc verba meminit: Ipso iubente locustæ venerunt, & bruchi exstiterunt innumerabiles. *Ps. 104. 34. Quid bruchus* Vocamus autem bruchos, recens natas & alarum adhuc expertes locustas. C

IX. Nonam plagam Deus per tenebras tactiles inflixit. Quippe manum suam Mose cœlum versus porrigente, mox tenebræ, caligo, tempestasque tanta per Ægyptum vniuersam exstitit, ac toto quidem triduo: vt neque fratrem suum quisquam illo triduo, cerneret, neque de lecto suo surgeret. Interim omnes Israelici lucem suis in sedibus habebant. Quia enim Ægyptii rerum opifice relicto, creatis religiose seruiebant: iccirco Deus ipsos æquissimo iure per ipsa creata castigauit. Nam propter eam ipsam caussam D cæteris mundi partibus luce fruentibus, Ægyptus sola tactilibus erat inuoluta contectaque tenebris, & quidem tantis vt quum Ægyptius aliquis rei necessariæ curandæ caussa exire conabatur, multum palpando ianuam reperire non posset.

X. Subsequuta demum est plaga decima, nimirum primigenorum cædes, postrema quidem omnium calamitas, quod temporis attinet seriem: verum declaratæ in ea potestatis diuinæ, miseriæque respectu, quemadmodum & Dauides ait, facile princeps omnium, ipsæque veluti primitiæ. *Psal. 104. 36.* Nam nocte media, nullo vrgente morbo, liberi Ægyptiorum interficiebantur. Quum autem diluculo expergiscerentur, & carissimos natos extinctos viderent: non iam amplius se

continere valentes, cum clamoribus Pharaonem adibant: quibus ille permotus, populum tandem vel inuitus dimisit. Cæterum nolo te, dilecte fili, hac in narratione mihi refragrando aduersari, nec huiusmodi quiddam obiicere: Si Deus animum Pharaonis obstinatum reddidit, quamobrem pertinaciter & obfirmato animo sibi reluctanti irascitur? Nimirum scire debes, adflictionum tolerantiam fuisse caussam vnicam, sicuti magnus ille Basilius loquitur, quamobrem Pharao tantopere suum animum obduraret. Deus enim, qui animum eius haud cedentem, suisque mandatis obtemperantem accepisset, nequaquam illum ad duriciem pertinaciamque finxit. De quo consequi necesse est, Dei tolerantia factum fuisse, vt magis animus ipsius obfirmaretur. Nam vide mihi obsecro, quo pacto res gesta fuerit. Quoties hominem calamitatibus & plagis adficeret, dimissurum ille se populum pollicebatur. At vbi e diuerso finem adfligendi faciebat, obstinatior euadebat. Hoc indicare volentes litteræ sacræ, verbis huiusmodi sunt vsæ: Quum Pharao se tanto e malo respirasse cerneret, in obfirmatione animi pristina perstitit, nec Aaroni Mosique paruit. Quin etiam quum Deum ipsum dicentem audis, Excitaui te illam ipsam ob caussam, vt potestatem in te meam declarem per vniuersum orbem terrarum: noli animo ancipiti ac dubitante dicere: Itane propterea punis hominem, vt potestatem tuam testatam facias? Omitte istæc verba, & huic exemplo animum aduerte. Ars medica nonnihil hominum naturæ vtilitatis adferre magno studio volens, viuos homines secare instituit. Verum enimuero periniquum & inhumanum erat, aliorum salutis caussa viuos alios mactari. Quid igitur homines illi prisci tandem fecerunt? Nimirum sumptis iis, qui vel alios deprædati fuissent, vel veneno sustulissent, ac propterea condemnati ad mortem essent, viuos secabant. Hoc modo fiebat, vt neque puniendo homini facerent iniuriam, & naturæ mortalium aliquid adiumenti reperirent. Itaque viuum aliquem talem secabant, vt visceribus adhuc motum suum retinentibus, eorum effectiones cognoscerent. Eodem pacto Deus artifex ille præstantissimus in Pharaone insanabiliter delinquente prodigia quædam ingentia edit, tum vt ipsum pœnas commeritum puniret, tum vt posteris optime consuleret, quibus Pharaonis supplicium origo salutis existeret. Et hæc quidem in hunc modum explicata sunto.

Post decimam hanc calamitatem Ægyptiorum Israelici agnum mactant, atque ita demum excedunt Ægypto, die mensis illis decimoquarto. Vnde mos inoleuit, vt etiam nunc agnum ita mactent, ac festum

De induratione Pharaonis.

Basilius.

Illustris ab anatomia similitudo.

Quorum corpora viua prisci medici secuerint.

A κατέχεσθαι δυνάμενοι, τοῦ Φαραὼ κατεβόων· ἐφ' ᾧ καὶ τὸν λαὸν ἄκων ἀπέλυσε. πλὴν ἐπὶ τούτοις ἀγαπητὲ, μὴ ἀντίστασο, μηδὲ λέγε, ὅτι εἰ ὁ Θεὸς σκληρύνει τὴν καρδίαν Φαραὼ, τίνος ἕνεκεν ἐπιμέμφεται αὐτῷ σκληρυνομένῳ; γίνωσκε γὰρ ὅτι ἡ ἀνοχὴ τῶν μαστίγων αἰτία τῆς πωρώσεως αὐτῷ γέγονεν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. οὐδὲ γὰρ εἴκουσαν τὴν ἐκείνου καρδίαν λαβὼν, καὶ πειθομένην αὐτοῦ τοῖς προστάγμασι, πρὸς τὸ σκληρὸν καὶ ἀπειθὲς μετεπλάσατο. τῇ μακροθυμίᾳ λοιπὸν ἐπὶ πλέον ἐποίει ταύτην σκληρύνεσθαι. ὅρα γὰρ ὡς ἐπειδὴν ἐπῆγεν B ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς, ἀπολύειν τὸν λαὸν ἐπηγγέλλετο. ἡνίκα δὲ ἠφίει τῶν βασάνων αὐτὸν, ἐσκληρύνετο. ὃ δὴ καὶ ἡ γραφὴ σημαίνουσα, ἔλεγεν· ἰδὼν δὲ Φαραὼ ὅτι γέγονεν ἀνάψυξις, ἐβάρυνε τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ λέγοντος ἄκουσον τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελθῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ· μὴ λέγε διαπορούμενος, ἵνα γνωρίζῃς τὴν δύναμίν σου, κολάζεις ἄνθρωπον; ἄφες αὐτὰ, καὶ πρόσεχε τῷδε τῷ ὑποδείγματι. ἡ ἰα- C τρικὴ τέχνη ὠφέλιμόν τι ποιῆσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει σπουδάζουσα, ζῶντας ἀνθρώπους ἀνέτεμνεν. ἀλλ' ἦν μὲν καὶ τοῦτο ἄδικον, τὸ διὰ τὴν ἑτέρων σωτηρίαν ζῶντας ἄλλους θύεσθαι. Τί οὖν ἐποίουν οἱ ἀρχαῖοι τὸν κατακριθέντα θανάτῳ ὑποπεσεῖν; διὰ λῃστείαν ἢ φαρμακείαν τοῦτον λαμβάνοντες, ἀνέτεμνον ζῶντα, οὔτε ἀδικοῦντες τὸν κολαζόμενον, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει βοήθειαν εὑρίσκοντες. ἀνέτεμνον οὖν ἐκεῖνον ζῶντα, ἵνα ἔτι σπαιρόντων τῶν σπλάγχνων καταμάθωσι τὴν ἐνέργειαν. οὕτω D μὲν οὖν καὶ ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς διὰ τοῦ ἀνιάτως ἡμαρτηκότος Φαραὼ σημεῖα μεγάλα δείκνυσι, τὸν μὲν ἄξιον τιμωρίας κολάζων, τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα γινομένους ἄριστα θεραπεύων, σωτηρίας ὑπόθεσιν τὴν ἐκείνου τιμωρίαν αὐτοῖς παρεχόμενος. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Μετὰ δὲ τὴν δεκάτην πληγὴν θύουσι τὸ πρόβατον οἱ Ἑβραῖοι, καὶ οὕτω τῆς Αἰγύπτου ἐξίασι κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης. ἐφ' ᾧ καὶ νῦν ἔτι κατὰ τὸ ἔθος οὕτω θύουσι, τὴν ἑορτὴν

τοῦ πάσχα καλοῦντες. σημαίνει δὲ ὑπερβασίαν. ἀλλ᾽ ὡς Ἰώσηπός φησι, διότι κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἑσπέραν ὁ Θεὸς αὐτῶν ὑπερβὰς, Αἰγυπτίοις ἐναπέσκηψε τὴν νόσον. φεύγοντες δ᾽ οὖν οἱ Ἑβραῖοι, καὶ μηδενὸς τῶν ἀπὸ τῆς γῆς εὐποροῦντες διὰ τὴν ἐρημίαν, πεφυραμένοις τοῖς ἀλεύροις, καὶ πεπηγόσι μόνον ὑπὸ βραχείας θερμότητος, τοῖς ἀπ᾽ αὐτῶν ἄρτοις διετρέφοντο. καὶ τούτοις ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐχρήσαντο. πρὸς πλείονα γὰρ οὐκ ἐξήρκεσαν χρόνον αὐτοῖς ὅσα ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπεφέροντο. καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἰωσήπου τοιαῦτα.

Περὶ τοῦ Μωσέως. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος καὶ τάδε περὶ τοῦ Μωσέως φησίν· ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ μαρτυρηθεὶς ἀστεῖος εἶναι παρὰ Θεῷ ἔτι ὑπομάζιος ὤν· ὃν εἰσεποιήσατο μὲν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ, ἐξέθρεψε δὲ βασιλικῶς, τοὺς σοφοὺς τῶν Αἰγυπτίων διδασκάλους αὐτῷ τῆς παιδεύσεως ἐπιστήσασα· ὃς τὸν ὄγκον τῆς τυραννίδος μισήσας, καὶ πρὸς τὸ ταπεινὸν τῶν ὁμοφύλων ἀναδραμὼν, εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. ὁ φυγαδευθεὶς παρὰ τῶν εὐεργετηθέντων, κἀντεῦθεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν καταλαβὼν, κἀκεῖ πᾶσαν σχολὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἄγων, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ὅλοις ἔτεσι τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἀποσχολάσας, ὃς ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς ἔτος εἶδε τὸν θεὸν ὡς ἀνθρώπῳ ἰδεῖν δυνατόν. μᾶλλον δὲ ὡς οὐδεὶς τῶν ἄλλων ὑπῆρξε κατὰ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. ὅτι ἐὰν γένηται προφήτης * ἡμῶν τῷ Κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ· οὐχ οὕτως ὡς ὁ θεράπων μου Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι, στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, ἐν εἴδει καὶ δι᾽ αἰνιγμάτων. καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς Φαραὼ ἀποστέλλεται χάριν τοῦ ἐκεῖθεν ἐξαγαγεῖν τὸν λαόν. παραγενόμενος οὖν εἰς Αἴγυπτον, ἔλαβε τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ, καὶ εἰσῆλθε. διὸ καὶ Ἄγγελος φαίνεται φοβῶν αὐτόν. οὐ γὰρ οἰκῆσαι ἐκεῖ ἐπέμπετο, ἀλλ᾽ ἐξαγαγεῖν τὸν Ἰσραήλ. ὅπερ καὶ αὐτὸς συνιδὼν, ἀφίησι τὴν γυναῖκα, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ Ἰοθὸρ μετὰ τῆς γυναικὸς * αὐτὸν ὑπαντῆσαι αὐτῷ ἐξερχομένῳ. τὸν μέν τοι Φαραὼ μὴ πειθόμενον ἀποδοῦναι τὸν λαὸν, ἀφορήτοις ὑποβάλλει μάστιξιν.

* ὑμῶν

* αὐτοῦ

Περὶ τῶν μάγων Φαραώ. Καὶ τί δή ποτε συνεχώρησεν ὁ Θεὸς τοῖς φαρμακοῖς τὰ αὐτὰ δρᾶσαι τῷ Μωσεῖ; ἵνα δειχθῇ τὸ διάφορον τοῦ τε ψεύδους καὶ τῆς ἀληθείας. μετέβαλλον γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰς ῥάβδους εἰς ὄφεις, ἀλλ᾽ ἡ Μωσέως ῥάβδος τὰς ἐκείνων κατέπιε. μετέβαλλον κἀκεῖνοι τὸ ὕδωρ εἰς αἷμα,

A illud Pascha nuncupant, quæ vox transitum significat, quod nimirum, Iosepho teste, Deus illo vespere transiens Israelicos, cædem in Ægyptios immiserit. Hinc fugam arripientes Hebræi, quum terræ fructuum copiam nullam haberent, quod essent illa loca deserta, saltem panibus victitabant, qui de farina leuiter subacta & exiguo calore percocta facti essent. His ad trigesimum vsque diem sunt vsi, non sufficientibus ad longius temporis spatium farinis, quas ex Ægypto secum attulerant. Hæc a Iosepho sic memoriæ prodita sunt. *Iosephus.*

Magnus autem Basilius noster huiusmodi quædam de Mose adiecit: Hic ille fuit, B quem Deus ipse scitum ac elegantem esse prædicauit, etiam tum, quum adhuc mammam sugeret: quem filia Pharaonis adoptauit, quem regio more educauit, præfectis ei sapientibus Ægyptiorum magistris, a quibus erudiretur: qui tyrannidis regnique fastum aspernatus, & ad humilitatem suæ nationis hominum reuersus, vna cum Dei populo ærumnis vexari maluit: qui ab iis eiectus in exsilium, de quibus bene merebatur, in Æthiopiam peruenit, ibique a cunctis rebus aliis otiosus ac liber, totis annis quadraginta contemplationi vniuersi huius intentus vacauit: qui annum iam octogesimum agens, Deum conspexit, quatenus homini Deum intueri fas est, vel potius eo pacto, C quo nemini hominum videre Deum contigit, ipsius etiam Dei testimonio, qui dixit: Si quis erit vestrum Domini vates, illi ego per visa notus fiam, & in somnis cum eo loquar. At cum Mose meo non item, cui totius meæ domus fides habetur: quin eum præsens præsentem affabor, coramque me ille cernet, non per ænigmata. Secundum hæc idem Moses ad Pharaonem ablegatur, vt ex Ægypto populum educeret. In Ægyptum igitur vbi venisset, eodem vxorem quoque cum liberis transtulit. Ob hanc caussam ei se Angelus offert, terrorem in- D cutiens. Non enim illuc propterea mittebatur, vt istic habitaret: sed vt populum educeret. Qua re secum animaduersa, vxorem dimittit. hoc omnino factum esse, vel inde patet: quod Iotorum cum vxore obuium habuit, quum ex Ægypto egrederetur. Idem Pharaonem restituere Deo populum suum recusantem, intolerabilibus plagis adficit.

Mosis encomium ex Basilio.

Num. 12. 6.

Mosis supra vates cæteros præstantia.

Cur autem permisit obsecro Deus, vt excantores eadem perficerent, quæ Moses præstiterat? Nimirum vt mendacii veritatisque discrimen patefieret. Nam & ipsi quidem virgas in serpentes conuertebant, verum virga Mosis ipsorum virgas deglutiebat: mutabant & ipsi aquam in sanguinem,

Magicorum & verorum prodigiorum discrimina.

sed immutatam semel naturæ priori restituere non poterant: educebant & ipsi ranas, sed ab iisdem ædes Ægyptiorum repurgare non poterant. Iisdem facultas erat Ægyptios vexandi, sed sedandi supplicii potestatem nullam habebant. Quinetiam ipsorum corpora pustulis Deus magis adflixit, quam reliquorum: vt hinc manifestum fieret, non solum ipsos pœnas diuinitus irrogatas inhibere non potuisse, sed etiam cum cæteris eadem supplicia pertulisse. Quo factum est, vt istæc prodigia Magi diuino digito perfici faterentur. Iccirco nemini mirum videri debebit, Antichristum quoque vbi scilicet aduenerit, prodigia multa portentaque editurum. Nam & hi Magi Zambres atque Iannes, virgas in serpentes commutarunt. Quinetiam Simon ille magus effecit, vt statuæ ambularent. Idem in ignem prosiliens, non tamen vrebatur: in aera subuolabat: ex lapidibus panes faciebat: alias atque alias in formas migrabat: facies aliquando binas habebat: in columnam conuertebatur: efficiebat vt ianuæ clausæ sua sponte aperirentur, vasa domestica sua sponte moueri ad vsus humanos viderentur, vmbræ ipsum multæ præcederent, quas mortuorum esse animas aiebat. Quum aliquando a Cæsare perquireretur, terrore perculsus, alteri forma sua relicta fugit. Quod si talia tantaque hic ope Satanæ perfecit, omnino nihil nouum erit, etiam mundi consummationis tempore Satanam organo reperto, quod ipso quoque Simone magis sit idoneum & aptum, nimirum Antichristo, maiora per ipsum prodigia portentaque perficere. Nam hocipsum & Apostolus de Antichristo prædicit, his verbis vtens: Aduentus eius erit cum efficacitate Satanæ coniunctus, magnamque potestatem, prodigia, portentaque falsa designabit.

Antichristi prodigia.

Simonis magi præstigiæ.

Thess. 2. 9.

Hunc igitur in morem Pharao decem plagis vexatur. Quamobrem istuc? quia numerus denarius perfectus est: ideoque par erat, vt qui perfecte deliquerat, etiam perfecto calamitatum numero multaretur. Quippe post Iosephi mortem, & Pharaonis illius, qui viuo Iosepho rerum potiebatur: Ægyptii principem alium nacti erant, & valde quidem acerbum, qui & ipse Pharaonis nomen vsurpabat. Nam vt Romanorum Impp. siue reges sibi Cæsarum nomen arrogarunt, tanquam Iulii Cæsaris, qui primus dominatum ad se vnum transtulit, gloriam sibi vindicantes: sic & Ægyptiorum principes a Pharaone primo denominari Pharaones voluerunt.

Nomen Pharaonis commune regibus Ægyptiis.

Moses autem, vbi mare rubrum traiecisset, occupabatur in promulganda populo lege. Quapropter Sinæum in montem adscendit. Ibi dies totos, quemadmodum Georgius memoriæ prodidit, octoginta

Georgii Syncelli locus.

A ἀλλ' εἰς τὴν προτέραν φύσιν ἐπαναγεῖν τὸ ὕδωρ οὐκ ἴσχυσαν· καὶ τοὺς βατράχους ἐξήγαγον, οὐ μὴν καὶ ἀπαλλάξαι αὐτῶν τὰς τῶν Αἰγυπτίων ἠδυνήθησαν οἰκίας. καὶ εἰς μὲν τὸ παιδεύειν τοὺς Αἰγυπτίους καὶ τοῖς φαρμακοῖς ἐνεδίδοτο, εἰς δὲ τὸ παύειν τὴν τιμωρίαν οὐκέτι. μᾶλλον δὲ τὰς φλυκτίδας καὶ τοῖς ἐκείνων ἐπήνεγκε σώμασιν. ὡς ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς οὐ μόνον ἐπέχειν οὐ δύνανται τὰς θεηλάτους ὀργάς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ συντιμωροῦνται τοῖς ἄλλοις. ὅθεν καὶ δακτύλῳ Θεοῦ τὰ σημεῖα οἱ μάγοι ἔλεγον γίνεσθαι. Μηδεὶς οὖν θαυμαζέτω, εἴπερ ἐλθὼν ὁ Ἀντίχριστος σημεῖα ποιήσει καὶ τέρατα. καὶ γὰρ οἱ B μάγοι οὗτοι, ὅ, τε Ζαμβρῆς καὶ Ἰαννῆς, τὰς ῥάβδους εἰς ὄφεις μετέβαλλον. ἀλλὰ καὶ Σίμων ὁ μάγος ἀνδριάντας ἐποίει περιπατεῖν, καὶ εἰς πῦρ κυλιόμενος οὐκ ἐκαίετο, καὶ εἰς ἀέρα ἵπτατο, καὶ ἐκ λίθων ἄρτους ἐποίει, μετεμορφοῦτο, διπρόσωπος ἐγίνετο, εἰς * χρυσὸν μετεβάλλετο, θύρας κεκλεισμένας αὐτομάτως ἐποίει ἀνοίγεσθαι, τὰ ἐν οἰκίᾳ σκεύη ὡς αὐτομάτως φερόμενα, πρὸς ὑπηρεσίαν ἐποίει ὁρᾶσθαι· σκιὰς πολλὰς προηγεῖσθαι αὐτοῦ ἐποίει, ἅσπερ ψυχὰς τῶν τεθνεώτων εἶναι ἔφασκε. ζητούμενός ποτε ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, καὶ φοβηθείς, ἀπέδρα, τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν ἑτέρῳ περιθείς. Εἰ δὲ τοιαῦτα καὶ τοσαῦ- C τα οὗτος ἐποίει τῇ συνεργίᾳ τοῦ Σατανᾶ, καινὸν πάντως οὐδέν, εἴγε κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρόν, ὄργανον καὶ αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος ἐπιτηδειότερον εὑρών, αὐτὸν δηλαδὴ τὸν Ἀντίχριστον, καὶ μείζονα δι' αὐτοῦ ποιήσει σημεῖα καὶ τέρατα. αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου διέξεισι, λέγων· οὗ ἡ παρουσία γενήσεται κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, δυνάμει πολλῇ καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους.

Περὶ Σίμωνος μάγου.

** κίονα*

Ὁ μὲν οὖν Φαραὼ δέκα πληγαῖς ὑποβέβληται. τίνος οὖν ἕνεκα; ὅτι τέλειος ὁ δέκατος ἀριθμός. ὁ γοῦν τελείως ἁμαρτήσας, καὶ τελείως δικαίως D μαστίζεται. μετὰ γὰρ τὸν θάνατον Ἰωσὴφ καὶ τοῦ κρατοῦντος τῶν Αἰγυπτίων Φαραώ, ἕτερος ἄρχων ἀνίσταται τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ λίαν πικρός, Φαραὼ καὶ οὗτος καλούμενος. καὶ γὰρ καθάπερ οἱ τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖς Καίσαρας ἑαυτοὺς ἐπονομάζειν ἤθελον, ἅτε τὴν τοῦ μεμοναρχηκότος Ἰουλίου Καίσαρος εὔκλειαν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι· οὕτω καὶ οἱ τῶν Αἰγυπτίων ἄρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐκείνου Φαραώ, Φαραὼ καὶ οὗτοι κατονομάζεσθαι ἤθελον.

Ὁ μέντοι Μωσῆς μετὰ τὸ περάσαι τὴν ἐρυθράν, φροντίζει τοῦ δοθῆναι νόμον τῷ λαῷ. ὅθεν καὶ περὶ τὸ Σίναιον ἄνεισι. ὁ δὲ Γεώργιος λέγει, ὅτι ὁ Μωϋσῆς ὀγδοήκοντα ἡμέρας

νῆστις ἦν ἐν τῷ ὄρει. δὶς καὶ γὰρ εἰς τὸ ὄρος ἀνέβη, τὰς πλάκας συντρίψας, ἃς ἔλαβε πρότερον ἐκ Θεοῦ, ἐνδίκως κατ᾽ ἐκείνων ὡς μοσχοποιησάντων θυμωθείς. κατελθὼν γὰρ ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ τὰς πλάκας συντρίψας, διὰ τὸ τὸν λαὸν ἰδεῖν ἀνομήσαντα, πῶς ἔμελλε βρώσεως μεταλαβεῖν, εἰ μὴ καὶ πάλιν ἀνῆλθεν εὐθὺς, καὶ τὸν Θεὸν ἐξιλεώσατο. ἐφ᾽ ᾧ καὶ π΄. ἡμέρας ἐξ ἀνάγκης νηστεύει. δὶς γὰρ ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, ἐπειδὴ τὰς προτέρας συνέτριψε πλάκας· ἀνάξιον κρίνας ἐκεῖνον τὸν ἀσεβῆ λαὸν καὶ παράνομον. καὶ τὰ μὲν τοῦ Γεωργίου τοιαῦτα, καὶ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τὰ τοῦ πράγματος οὕτως ἔχει, καθὼς ἐκεῖνος ὑπέλαβεν. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἔλεγεν ὁ Μωσῆς, ὅτι τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄρτον οὐκ ἔφαγον, καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιον. δὶς μὲν οὖν ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, δὶς δὲ καὶ ἐνήστευσεν. ἀλλ᾽ ἐν τῷ μέσῳ τούτων τῶν ἡμερῶν καὶ φαγεῖν ἔοικεν ἄρτον, καὶ ὕδωρ πιεῖν. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, ὀγδοήκοντα ἂν ἡμέρας ἐν τῷ Δευτερονομίῳ νηστεῦσαι ἔλεγεν, οὐ μὴν, ὡς εἴρηται, τεσσαράκοντα. τοῦτο μὲν οὖν ἐπιβεβαιοῖ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. ἐν γὰρ τῷ εἰς τὴν εἴσοδον τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε φησίν. ἵνα γὰρ μὴ νομισθῇ ὁ Κύριος ἀνειληφέναι δοκήσει τὴν σάρκα, τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπίσης τῷ Μωσῇ καὶ τῷ Ἠλίᾳ, καὶ οὐ πλέον, ἐνήστευσεν. εἰ γὰρ ἡμέρας π΄. ἔφθασε νηστεῦσαι ὁ Μωσῆς, καθά φησιν ὁ Γεώργιος, μηδόπωσοῦν τῶν τούτων ἡμερῶν ἁψάμενος βρώσεως, οὐκ ἂν ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπίσης τῷ Μωσῇ νηστεῦσαι, τὸν Κύριον ἔλεγεν.

Ἐπὶ τούτοις εἰδέναι χρὴ, ὡς εἰ καὶ χάριν τινὸς δῆθεν συμφέροντος χρήσεταί τις τῇ ἁμαρτίᾳ, οὐδὲ οὕτως ἀνεύθυνος. καὶ γὰρ Ἀαρὼν γλύψας τὸν μόσχον τῷ λαῷ ἐπὶ τῷ κατασχεῖν αὐτὸν, οὐ παντάπασι συγγνώμης ἄξιος ἦν. ἐφ᾽ ᾧ καὶ θείας ἐδεήθη φιλανθρωπίας, ὥστε τὴν τιμωρίαν ἐκφυγεῖν. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Μωσῆς ἔλεγεν. ἐδεήθην τοῦ Κυρίου περὶ Ἀαρὼν τοῦ ἀδελφοῦ μου, καὶ οὐκ ἀπέθανεν.

Οὗτος μὲν οὖν ὁ τῆς αὐτοπροσώπου θέας τοῦ Θεοῦ ἐξ ἴσου τοῖς Ἀγγέλοις ἀξιωθεὶς, καθά φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, κελεύεται διὰ τὴν ἐν τῷ ὕδατι ἀντιλογίαν ἐλθεῖν εἰς τὸ ὄρος τὸ Ἀβαρὶμ, ὃ καὶ Ναβαῦ ἐλέγετο, καὶ ἰδεῖν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ οὕτως ἐκεῖ τελευτῆσαι. οὐδὲ γὰρ συγχωρεῖ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὁ Θεὸς γενέσθαι κατάδηλον, ἵνα μὴ τὰ ὀστᾶ ἐκείνου λαβόντες οἱ τὸν μόσχον προσκυνήσαντες, θεοποιήσωσιν αὐτά. τοῦτον μέντοι

Περὶ τοῦ θανάτου Μωσέως.

A cibis abstinet.* Nam bis in montem adscendit, altera scilicet vice tum, quum tabulas fregisset diuinitus acceptas, iusta in suos iracundia doloreque percitus, qui vitulum sibi fecerant. Etenim id temporis de monte degressus, confractis tabulis, quod populum se improbe gessisse cerneret: quonam pacto cibum sumere potuit? Nimirum mox in montem rursus adscendit, & Deum placauit. De quo consequi necesse est, eum LXXX dies a cibis abstinuisse, vt qui secunda vice montem fractis prioribus tabulis conscenderit, quod iis populum impium sceleratumque prorsus indignum iudicaret. In hunc modum Georgius ratiocinatur. Ego vero nescio, num res ita se habeat, quemadmodum ipse putauit. B Nam si locum ipsius haberet narratio, Moses in Deuteronomio non dixisset, se quadraginta diebus panem non comedisse, nec aquam bibisse. Bis quidem adscendit in montem, & bis ieiunauit: sed diebus intermediis comedisse panem, & aquam bibisse videtur. Quod nisi verum esset, in Deuteronomio dixisset, se LXXX dies ieiunasse, non XL, qui numerus istic exprimitur. Atque hanc nostram sententiam Chrysostomus quoque confirmat. Nam in oratione, quam in exordio & ingressu sanctæ Quadragesimæ pronuntiauit, huiusmodi quædam profert: Vt non existimaretur, Dominum opinione ac specie tenus carnem adsumpsisse: C quadraginta dies itidem, vt Moses ac Elias, ieiunauit. Quod si de Georgii sententia Moses ad LXXX dies ieiunando processisset, nullo cibo diebus interiectis degustato: haudquaquam Ioannes hic noster, orator vere aureus, Dominum totidem dies, quot Mosem, ieiunasse dixisset.

Vide Notas. Multa enim hic noster codex repræsentat quæ non reddidit Leunclauius.

Deut. 9. 9.

Chrysostomi locus.

* Præter hæc scire debes, etiamsi quis vtilitatis alicuius caussa peccato se polluat: non tamen eum iccirco reum non esse. Nam & Aaro, qui vitulum populo conflauit, vt eum in officio contineret, veniam simpliciter non meruit: D sed Dei benignitatem expertus est, vt pœnam effugeret. Hoc ipsum indicare Moses volens, inquit; Deprecatus sum Dominum pro Aarone fratre meo, ne morte multaretur.

Vide Notas. Omisit hic quoque nonnulla Leunclauius.

Atque hic ipse Moses, qui facie sua, ceu Basilius loquitur, Deum perinde meruit intueri, quemadmodum ab Angelis spectatur, propter aduersationem illam, quæ ad aquam acciderat, in montem Abarim, qui & Nabo dicitur, adscendere iubetur, atque istic promissam terram intuitus fato fungi. Non enim mortem ipsius palam fieri Deus voluit, ne qui vitulum summisse venerati fuerant, sumptis ipsius ossibus, ea ipsa pro diuinis ducerent. Eumdem virum

Basilius.

Cur palam Moses non sit mortuus.

Epiphanius. profecto diuinissimum Epiphanius tradit ab Angelis sepultum esse. Quanquam enim tum aduolauit diabolus, vt in Epistola sua Catholica Iudas inquit, ipsum homicidam tanquam sibi vindicans, & qui in aduersatione deliquisset: tamen princeps ille Dux Michaelus ei restitit, ac verbis huiusmodi compellauit: Increpet te Dominus. *Iosephus. Iuda.10.* Quæ si vera statuemus esse, quo loco Iosephi narrationem habebimus? vel quonam pacto illam admittemus? Lubet autem & ipsa prius indicatis adiicere, quo saltem nota sint. Tradit enim Mosem sub ipsum mortis tempus huiusmodi oratione populum compellasse: Quando, commilitones, sic Deo visum est ac senectuti, exactis iam annis ætatis centum viginti quinque, vt hac vita nunc excedam: etiam modo vos de iis admonebo, quæ faciunda erunt. Ipse quidem lætus ob vestra bona migro. Quum hæc proloquutus ad eum locum pergeret, quo loco futurum erat, vt ex ipsorum conspectu abriperetur: cum lacrymis omnes sequebantur. Interea vero, dum Eleazarum & Iesum amplecteretur, ac sermones cum eis conferret in monte Abari: mox nube subito se supra ipsum demittente videri desiit, in vallem quandam abreptus. Sic rem gestam Iosephus recenset, qui sane nonnunquam fabulis consentanea litteris mandasse videtur.

Cæterum Moses viuendi finem facturus, Iesu Nauæ F. manus imposuit: quanquam ei testimonium iam antea quoque tributum esset, quod Spiritum sanctum haberet. Hinc mos inoleuit & obtinuit, vt muneri alicui præficiendis sacerdotes manus imponant, quo facto, diuinæ gratiæ participes fiunt. Impones, inquit Deus, manum tuam ipsi, & gloriam tuam in eum transferes. *Ios.10.* Quum hic Iesus opem Gabaonitis ferret, quos inuaserant propterea nonnulli, quod sponte sua Iesu partes sequuti fuissent: miraculum in sole contigit. Nam quum is medium cœli attigisset, vlterius progredi per totius diei spatium desiit.

Quod si autem scire nequis, quamobrem Hebræorum natio, postquam ex Ægypto migrasset, totos annos quadraginta in solitudine oberrauerit: quid dicturi simus, audias. Nam in libro Numerorum caussa perspicue indicata est. Quippe quum ii, qui ablegati erant a Mose, terram Chananæam exploratum, reuertissent, ac populum tanto metu perculissent, vt non parum aduersus Dominum murmuraret, Chalebo & Iesu exceptis: tum ergo Deus hisce minis est vsus: *Num. 14. 30.* Nemo ex omni vestrum numero in terram perueniet, supra quam manum meam extendi, præter Chalebum & Iesum Nauæ filium, & pueros vestros, quos prædæ futuros dixistis. Vestra quidem

A τὸν θειότατον δηλαδὴ Μωσέα καὶ παρὰ θείων Ἀγγέλων ἐνταφιασθῆναι ὁ μέγας φησὶν Ἐπιφάνιος. Εἰ γὰρ καὶ ἐπέστη τηνικαῦτα ὁ διάβολος, καθά φησιν Ἰούδας ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ, ζητῶν τε αὐτὸν ὡς φονέα, καὶ ὡς ἐναντιολόγως θανόντα. ἀλλ' ἀντέστη ὁ ἀρχιστράτηγος Μιχαήλ, καὶ ἐπιτιμήσαι σοι ὁ Κύριος, λέγει πρὸς αὐτόν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ποῦ θήσομεν τὰ τοῦ Ἰωσήπου; ἢ πῶς αὐτὰ παραδεξόμεθα; ὅμως μέντοι προσθετέον τοῖς ἄνω καὶ ταῦτα δι' εἴδησιν. παράγει B γὰρ τὸν Μωσέα κατὰ τὸν τοῦ θανάτου αὐτοῦ καιρὸν καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα πρὸς τὸν λαὸν λέγοντα. Ἄνδρες συστρατιῶται, ἐπεὶ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἤδη, καὶ τῷ γήρᾳ, χρόνων ρκ'. καὶ ε'. ἠνυσμένων, δεῖ με τοῦ ζῆν ἀπελθεῖν· ὑποτίθημι καὶ νῦν τὰ δέοντα πρὸς * ἡμᾶς. ἄπειμι δ' αὐτὸς χαίρων ἐπὶ τοῖς ὑμετέροις ἀγαθοῖς. πορευομένῳ δὲ αὐτῷ, οὗ ἔμελλεν ἀφανισθῆναι, πάντες εἵποντο δεδακρυμένοι. ἀσπαζομένου δὲ αὐτοῦ καὶ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ Ἰησοῦν, καὶ προσομιλοῦντος αὐτοῖς, ἔτι δὲ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Ἀβαρίμ· νέφους αἰφνίδιον ὑπὲρ αὐτοῦ στάντος, ἀφανίζεται κατά τινος φάραγγος. καὶ ὁ μὲν Ἰώσηππος ἔστιν ὅτε μυθολογῶν οὕτω φαίνεται. * ὑμᾶς

Ὁ δέ γε Μωσῆς τελευτῶν ἐπιτίθησι τὰς C χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ υἱόν, * καίτοιγε προμαρτυρηθέντα τοῖς χειροτονουμένοις, καὶ οὕτω θείας χάριτος μεταλαμβάνειν αὐτούς. καὶ θήσεις γάρ, φησι, τὰς χεῖράς σου ἐπ' αὐτόν. τούτου δὲ τοῦ Ἰησοῦ συμμαχοῦντος τοῖς Γαβαωνίταις· ἐστράτευσαν γάρ τινες κατ' αὐτῶν, ὡς δῆθεν αὐτομολησάντων τῷ Ἰησοῦ. θαῦμα περὶ τὸν ἥλιον γέγονεν ἐν τῷ μεσουρανήματι. καὶ γὰρ ἔστη τῆς προσω φορᾶς ἡμέρας ὁλοκλήρου διάστημα.

Εἰ δὲ καί σε μετὰ τῶν ἄλλων ἀπορία D κατέχει, διατί τεσσαράκοντα ἔτη τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ἐξιὸν ἐξ Αἰγύπτου ἀνὰ τὴν ἔρημον ἐπλανᾶτο, ἄκουε. ἐν γὰρ τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν σαφὴς ἡ αἰτία σοι πρόκειται· τῶν παρὰ Μωσέως ἀποσταλέντων εἰς κατασκοπὴν τῆς τῶν Χαναναίων γῆς ὑποστρεψάντων, καὶ τὸν λαὸν ἐκφοβησάντων ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ πολλὰ κατὰ Θεοῦ γογγύσαι, δίχα τοῦ Χάλεβ καὶ τοῦ Ἰησοῦ, εἶπεν ὁ Θεός. Οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν, ἐφ' ἣν ἐξέτεινα τὴν χεῖρά μου, ἀλλ' ἢ Χάλεβ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ καὶ τὰ παιδία ἃ εἴπατε εἰς διαρπαγὴν ἔσεσθαι. ὑμῶν δὲ

τὰ κῶλα πεσεῖται ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ. οἱ δὲ υἱοὶ ὑμῶν ἔσονται νεμόμενοι ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη, καὶ ἀνοίσουσι τὴν πορείαν ὑμῶν, ἕως ἂν ἀναλωθῶσι τὰ κῶλα ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν, ὅσας κατεσκέψασθε τὴν γῆν, τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ γνώσεσθε τὸν θυμόν μου. μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο εἶπον εἰς διαστροφὴν τοῦ λαοῦ· ἐκεῖ εἴδομεν τὴν γενεὰν τοῦ Εναακ, ἄνδρας ὑπερμήκεις, γίγαντας, ὧν ἐνώπιον ἦμεν ὡσεὶ ἀκρίδες. ἔφερον δὲ καὶ βότρυν ἐκεῖθεν ὑπερμήκη τοσοῦτον, ὡς ἐπ' ἀναφορεῦσιν αὐτὸν βαστάζεσθαι.

Ὅτι δὲ παιδευόμενος ὁ Ἰσραὴλ κατὰ θείαν ὀργὴν τοσοῦτον ἐν ἐρήμῳ διεβίβασε καιρὸν, καὶ τοῦ μεγάλου Κυρίλλου λέγοντος ἄκουε. ἐν γὰρ τῇ περὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας βίβλῳ αὐτοῦ καὶ τάδε φησίν. ὅτι προσκρούσας ὁ Ἰσραὴλ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ἔρημον. ὅρκῳ γὰρ ὤμοσεν ὁ Θεὸς, μὴ εἰσάξειν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. καὶ τοῦτο διὰ τοῦ Δαβὶδ ἔδειξεν εἰπών· ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. καὶ ἦν ὅρος αὐτοῖς τῆς ὀργῆς, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται. παρῳχηκότος δὲ τοῦ καιροῦ, λέλυται μὲν ἡ ὀργὴ, διέβησαν δὲ τὸν Ἰορδάνην οἱ ἐξ αὐτῶν, καὶ εἰσέβησαν εἰς τὴν γῆν, οὐχ ὑπερδραμούσης τῆς ἀγανακτήσεως τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος. τύπος ἄρα καὶ τοῦδε σαφὴς, τὸ μέχρι πληγῶν τεσσαράκοντα καταπαίεσθαί τινας. ἀφέσεως γὰρ ὁ μετὰ τοῦτο καιρὸς, διάβασιν ἡμῖν εἰσφέρων Ἰορδάνου τὴν μυστικήν. μετὰ γὰρ τεσσαράκοντα ἔτη κἀκεῖνοι τὸν Ἰορδάνην διέβησαν.

Οὗτος μὲν οὖν ὁ τοῦ Ναυὴ Ἰησοῦς Αὐσῆς πρότερον ἐκαλεῖτο. ὑποστρέψας δὲ ἀπὸ τῆς κατασκοπῆς, παρὰ τοῦ Μωσέως μετονομάζεται. τούτῳ δὴ τῷ Ἰησοῦ μετά γε τεσσαράκοντα ἔτη ἃ διεβίβασεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, λέγει ὁ Θεός· καθίσας περίτεμε τὸν λαὸν μαχαίραις πετρίναις· καὶ οὕτω τὸν Ἰορδάνην διάβηθι, ὁ γὰρ Μωσῆς περάσαι οὐ συνεχωρήθη, καίτοι πολλὰ περὶ τούτου τοῦ Θεοῦ δεηθείς. μετὰ γὰρ τὸ λαλῆσαι τὰ τῆς ᾠδῆς τῷ λαῷ, εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός. ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος Αβαρίμ. τοῦτο ὄρος Ναβαῦ κατὰ πρόσωπον Ἱεριχώ. καὶ ἴδε τὴν γῆν Χαναὰν, καὶ τελεύτα, ὃν τρόπον ἀπέθανεν Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἐν Ὢρ τῷ ὄρει. διότι ἠπειθήσατε τῷ ῥήματί μου ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας. Ὅτι δὲ ἐδέετο τοῦ Θεοῦ περάσαι τὸν Ἰορδάνην· καὶ ὑπερεῖ-

A membra in ista solitudine cadent. Nati autem vestri degent in hac solitudine annos XL, & tamdiu vestrum hoc iter conficient, donec membra vestra in desertis absumantur. Quot diebus terram explorastis, qui omnino quadraginta fuerunt, per totidem annos ad totidem dies relatos, culpas vestras luetis, & quid ira mea sit, experiemini. Nimirum illi exploratores inter alia hoc etiam peruertendi populi caussa protulerant: se familiam Enaquinorum in iis locis vidisse, qui essent homines supra modum proceri, & gigantes, cum quibus ipsi collati, locustæ sibi esse visi fuissent. Attulerunt id temporis secum tantæ botrum magnitudinis, vt vestibus & palis gestari eum necesse foret. B *Num. 13. 29.*

Cæterum Israelicos, ob iram diuinam castigatos, tantum in solitudine temporis exegisse: Cyrillus etiam verbis hisce testatur, in eo libro exstantibus, quem de spirituali cultu inscripsit. Quia fremitu suo Deum offenderunt Israelici, quadraginta per solitudinem annis sunt obuagati. Deus enim iureiurando futurum confirmauit, se in terram promissam ipsos haudquaquam introducturum. Atque hoc iusiurandum Dei Dauides his verbis exposuit: Iratus iuraui, non esse meam in requietem peruenturos. Huius iræ terminus tot annis definitus erat, quot superius expositi sunt: atque illis elapsis, omnino extincta est. Tum deinde nati eorum Iordanem transierunt, & terram promissam ingressi sunt, diuina illa iracundia quadragesimum annum non excedente. Fuit huius rei quondam illa quoque figura, quod plagas XL acciperent, qui deliquerant. Post illum enim numerum tempus liberationis succedit, quod mysticam Iordanis transitionem secum adfert. Nam & ipsi post annum quadragesimum Iordanem traiecerunt. C

Cyrilli de cultu spirituali liber.

Psalm. 94. 11.

Iesus autem hic, Nauæ F. Auses prius appellabatur: verum posteaquam ab exploratione reuersus fuisset, a Mose nomen eius est immutatum. Eumdem post annos XL, quos in solitudine populus exegit, Deus D in hunc modum alloquutus est: Circumcide populum cultris saxeis, atque ita Iordanem traiicito, nam Mosi potestas Iordanem transeundi facta non est, quanquam crebris ille precibus hoc exposceret. Quippe quum carminis verba populo recitasset, his verbis eum Deus compellauit: Adscende in montem Abarim, qui Nabo mons est, e regione Hierichuntis, atque istic terram Chananæam intuitus morere, quemadmodum & Aaro frater tuus in Oro monte mortuus est. Non enim verbis meis ad aquam aduersationis & rixæ fidem habuistis. Iam quod obsecrarit Deum, vt Iordanem traiiceret, ipsemet significauit, quum diceret: Equidem am-

Iosuæ duo nomina.

Iof. 5. 2.

Deut. 32. 49.

ne traiecto, præclaram illam regionem, trans Iordanem sitam, intuiturus eram: verum Deus me vestra caussa est aspernatus, nec preces meas exaudiit. Respondit enim in hæc verba mihi: Satis hoc esto tibi, noli tale quiddam amplius a me petere. Saltem in montem hunc adscendito, & terram oculis tuis intuere, nam Iordanem hunc non traiicies.

Quidnam vero caussæ fuit, quamobrem ob delictum exiguum, Moses longo quidem ex interuallo terram intueri iussus est, sed eidem denegatum, ne populum in eam introduceret? Nimirum per hæc docere nos Dominus voluit, se ab iis, qui virtute perfecti sint, extremam accurationẽ requirere. Nam qui perpusillus est, inquit Sapientia Salomonis, ob misericordiam quodam modo veniam meretur: at valentes valide explorabuntur. Et vero delictum Mosis ingens sibi visum fuisse Deus ipse verbis his declarauit: Adscende ac morere, propterea quod verbis meis ad aquam iurgii fidem non habueritis. Atque hæc omnia de quadam adflictione profecta erant. Nam quum Hebræi ad Mosem conuolarent, ipso propter Mariæ sororis obitum tristi, & violenter eum vrgerent ob aquæ defectum, sicut in Numerorum libro perscriptum legimus: hanc ei vocem dubitationis plenam extorserunt. Quapropter missam fac Iosephi narrationem, quæ prorsus litteris sacris aduersari videtur. Moses enim propter iram diuinam hoc modo mortuus est, non ob senectutis molem, quemadmodum ille tradit. Quod autem Deo propter exploratores irato populus annis quadraginta in solitudine commoratus sit, etiam in Deuteronomio perspicue indicatur. Quum enim Moses extrema oratione populum alloqueretur, inter alia verbis huiusmodi vsus est: Accessimus etiam antea traiecturi flumen, & terram Chananitidem occupaturi: sed exploratores illi peruersi, populique fremitus effecerunt, vt annis quadraginta per solitudinem obuagaremur. Quæ quidem verba protulit in altera reuersione ad Iordanem, quum anni scilicet quadraginta iam completi essent. Atque heic quæso mihi animum aduertito. Videtur enim futurum fuisse, vt nisi diuina istæc ira intercessisset, ob exploratorum peruersitatem orta, breui admodum temporis spatio solitudinem peragrarent, ac Iordanem traiicerent.

Sap. 6. 7.

De Manna.

Cæterum dum annis XL per solitudinem hinc inde oberrabant, Manna vescebantur, cibo non sato, nec per arationem comparato. Nam in dies singulos diuinitus instar pluuiæ de cœlo labebatur, vnico Sabbato excepto: quo ipso docebat eos, nihil esse Sabbato faciundum operis. Eademque de caussa quod die sabbatum præcedente, quem

A δὲ Κύριος ἐμὲ ἕνεκεν ὑμῶν, καὶ οὐκ εἰσήκουσέ μου. καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· ἱκανούσθω σοι, μὴ προσθῇς ἔτι λαλῆσαι τὸν λόγον τοῦτον. ἀνάβαινε γὰρ εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἴδε τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὅτι οὐ διαβήσῃ τὸν Ἰορδάνην τοῦτον.

Καὶ τί δήποτε διὰ μικρὸν πλημμέλειαν πόῤῥωθεν ἰδεῖν ὁ Μωσῆς προσετάχθη τὴν γῆν, τὸν δὲ λαὸν εἰσαγαγεῖν ἐκωλύθη; διδάσκει ἡμᾶς ὁ δεσπότης διὰ τούτων, ὡς τοὺς ἐν ἀρετῇ τελείους τὴν ἄκραν ἀκρίβειαν ἀπαιτεῖ. Ὁ μὲν γὰρ ἐλάχιστος, φησὶ Σοφία Σολομῶντος, σύγγνωστόν ἐστιν ἐλέους· δυνατοὶ δὲ B δυνατῶς ἐτασθήσονται. ὅτι δὲ μέγα ἔδειξε τὸ τοῦ Μωσέως ἁμάρτημα, δεδήλωκεν αὐτὸς ὁ Θεὸς οὕτως εἰπών· ἀνάβαινε, καὶ τελεύτα, διότι ἠπειθήσατε τῷ ῥήματί μου ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας. πάντα ταῦτα πεποίηκεν ἡ θλίψις. ἐπιτιθέντες γὰρ Ἰουδαῖοι τῷ θείῳ Μωσεῖ, ὅτε ἀθυμῶν ἦν διὰ τὴν τῆς Μαριὰμ τελευτήν, καὶ βιαζόμενοι χάριν ὕδατος, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν γέγραπται· ἠνάγκασαν τὴν ἀμφίβολον ἐκείνην προσϊέναι φωνήν. ἄφες λοιπὸν τὰ τοῦ Ἰωσήπου, ὅτι καὶ κατὰ πάντα ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς C ἐναντιούμενα φαίνονται. καὶ γὰρ διὰ θείαν ὀργὴν ἐτελεύτησεν, οὐ μὴν διὰ γῆρας, ὡς ἐκεῖνος φησίν. ὅτι δὲ τοῦ Θεοῦ ὀργισθέντος ἐπὶ τοῖς κατασκόποις, ἔτη τεσσαράκοντα διέτριψεν ὁ λαὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ τοῦτο σαφῶς δεδήλωται. ἡνίκα γὰρ ὁ Μωσῆς τὰ τελευταῖα τῷ λαῷ διελέγετο, καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔλεγεν. ἤλθομεν, καὶ πρὶν εἰς τὸ περάσαι, καὶ κατακληρονομῆσαι τὴν Χαναανῖτιδα γῆν. ἀλλ' οἱ διάστροφοι ἐκεῖνοι κατάσκοποι, καὶ ὁ τοῦ λαοῦ γογγυσμὸς, ἔτη μ'. περιπλανᾶσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποίηκε. ταῦτα δὲ D πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑποστροφῇ, τῶν μ'. ἐτῶν δηλαδὴ συμπληρώσει. πρόσεχε λοιπόν. φαίνεται γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι εἰ μὴ θεία ἦν ὀργὴ τῆς τῶν κατασκόπων διαστροφῆς ἕνεκεν, ἐν βραχεῖ διῆλθον τὴν ἔρημον, καὶ τὸν Ἰορδάνην ἐπέρασαν ἄν.

Περὶ τοῦ μάννα.

Οὐκοῦν ἔτη μ'. περιπατοῦντες κατὰ τὴν ἔρημον, τὸ μάννα ἤσθιον, τροφὴν ἄσπαρτον, καὶ ἀνήροτον. καθ' ἑκάστην γὰρ ἔβρεχεν ἡμέραν αὐτὸ ὁ Θεὸς, πλὴν μέντοι τοῦ σαββάτου· διδάσκων κἀντεῦθεν αὐτοὺς μηδὲν ἐν σαββάτῳ ποιεῖν. ἐφ' ᾧ καὶ τὸ ἐν

ἐν παρασκευῇ κατερχόμενον μάννα διπλάσιον ἦν, ὡς ἔχειν αὐτοὺς καὶ τὴν ἐν σαββάτῳ τροφήν. Εἰ δὲ ἐν δευτέρᾳ τυχὸν ἡμέρᾳ, ἢ τρίτῃ λαβὼν ἐκ τοῦ μάννα ἐφύλαξέ τις, εἰς τὴν ὑστεραίαν διεφθαρμένον ἦν ἐξ ἀνάγκης τὸ τοιοῦτον ἰδεῖν. τίνος ἕνεκεν; ἐπεὶ νόμου παράβασις ἦν. διδάσκων γὰρ αὐτοὺς τῶν φροντίδων ἐλεύθερον βιοῦν, ὑπέσχετο καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν παρέχειν τὴν ἀναγκαίαν αὐτοῖς τροφήν. ἐκεῖνοι δὲ ἀπιστήσαντες, μέρος τι τοῦ συλλεγέντος εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐφύλαξαν. διὰ τοῦτο καὶ ἐπώζεσεν. ὅτι γὰρ οὐ τῆς τοῦ μάννα φύσεως ἦν τὸ πάθος, μαρτυρεῖ τὸ σάββατον, ἐν ᾧ ἀλώβητον διετηρεῖτο τὸ χάριν αὐτοῦ κατὰ τὴν παρασκευὴν συλλεγόμενόν τε καὶ φυλαττόμενον. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ κιβωτῷ ἐπὶ πολλαῖς διαφυλαχθὲν γενεαῖς.

Τοῦτο δὲ τὸ μάννα κατά γε τὸ πρωΐ καὶ μόνον συνήγετο. ἡλίου γὰρ ἀνατείλαντος ἐτήκετο. τοῦτο μέν τοι τὸ μάννα, καθά φησιν ὁ θειότατος Νύσσης ἐκ τῆς σοφίας Σολομῶντος τὰς ἀφορμὰς λαβών, μονοειδὲς ἦν. ἡ δὲ ποιότης αὐτοῦ τὸ ποικίλον εἶχεν, ἑκάστῳ προσφόρως κατὰ τὸ εἶδος τῆς ἐπιθυμίας ἐγγινομένη. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τὸ νοητὸν δηλονότι μάννα, πρὸς τὴν διάθεσιν τῆς ἑκάστου ψυχῆς διατίθεσθαι εἴωθε. τοῦτο δὴ τὸ μάννα εἶδος εἶχε κορίου, οὗ τὴν φύσιν ὅλην δι᾽ ὅλου λόγον ἔχειν σπέρματος λέγουσιν, ὥστε μηδὲ ἐν τῷ κατακόπτεσθαι ἐξαφανίζεσθαι τὴν πρὸς τὸ σπείρεσθαι δύναμιν αὐτοῦ. οὕτω μὲν οὖν καὶ τὸ θεῖον μάννα καὶ πνευματικὸν πανταχοῦ σκεδαννύμενόν τε καὶ κατακερματιζόμενον, ὅλον δι᾽ ὅλου ἐν ὅλοις εὑρίσκεται. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; ὥσπερ ἐπὶ τοῦ μάννα ἐκείνου κατερχομένου ἄνωθεν τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ὑπερεκπληττόμενον ἔλεγε; τί τοῦτό ἐστιν; οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ νοητοῦ μάννα τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, αὐτοῦ δηλαδὴ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐπὶ γῆς ὀφθέντος ὑπερεκπληττόμενοι ἔλεγον ἅπαντες· τί τοῦτό ἐστι; πῶς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ κατῆλθεν εἰς τὴν γῆν; πῶς σάρκα ἐφόρεσε; πῶς ἄνθρωπος γέγονε; καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Μωσέως τελευτήν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν ὁ Θεός. Μωσῆς ὁ θεράπων μου τετελεύτηκεν· νῦν οὖν ἀναστὰς διάβηθι τὸν Ἰορδάνην σὺ καὶ πᾶς ὁ λαός σου. καὶ ὡς ἤκουσαν οἱ βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων, οἳ ἦσαν πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅτι ἀπεξήρανε Κύριος ὁ Θεὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμόν, κατετάκησαν αὐτῶν αἱ διάνοιαι, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐ-

A a præparatione Parasceuen nuncupabant, manna delabebatur: duplum erat aliorum dierum respectu, quo videlicet abunde ipsis etiam Sabbato durante alimenti sufficeret. Quod si quis autem die secundo septimanæ, vel tertio, acceptum manna seruasset in diem alterum, non poterat deinceps aliter, quam putrefactum intueri. Quamobrem istuc? quia legis erat hæc violatio. Quippe Deus volens eos docere, quid esset vita curis soluta & libera: se præbiturum eis pollicebatur in dies singulos tantum victus, quantum ipsis alendis sufficeret. Huic pollicitationi quum fidem quidam non haberent, nec mandato parerent: forte collecti mannæ partem aliquam in diem posterum seruarunt, quæ B continuo fœtuit. Et hanc nequaquam profecto mannæ naturam fuisse, colligi tum de Sabbato potest, quo quicquid eius caussa præparatorio die coactum erat, incorruptum manebat: tum de illo manna, quod in arca multis sæculis est conseruatum.

Colligebatur autem matutino tempore tantum. Quippe quamprimum sol ortus fuisset, liquescebat. Idem manna, quemadmodum Nyssenus antistes ille diuinissimus ait, sapientiam Solomonis sequutus, vnius quidem erat eiusdemque formæ: qualitatem vero multiplicem habebat, vti quod cuique C pro ratione cupiditatis saperet. Eodem modo panis ille, qui de cœlo descendit, manna scilicet intellectile, pro adfectione animi quorumlibet & ipse adfectus esse solet. Idem manna quandam esse coriandri speciem aiunt, cuius naturam in vniuersum semini respondere perhibent, ita vt si dissecetur, nulla sit particula, quæ vim suam amittat. Sic & diuinum illud ac spirituale manna vbique locorum dispersum & quasi concisum minutas in partes, nihilominus totum integre in integris reperitur. Quid multa proferemus? Quemadmodum illo manna cœlitus demisso, Hebræorum natio admirabunda dicebat, quid hoc D est? Sic & intellectili manna, pane scilicet vitæ, vnigena Dei filio, cœlitus delapso, & in terris conspecto, cuncti obstupescentes aiebant: Quid hoc est? quonam pacto Dei filius in terram descendit? qui carnem gestat? qui homo factus est? Ac de his quidem hoc modo dictum esto.

Gregorius Nyssenus.

De manna intellectili.

Cæterum post mortem Mosis Deus Iesum alloquutus est in hunc modum: Quandoquidem meus seruus Moses mortuus est: age tu, traiice Iordanem istum, vna cum omni hoc populo. Quumque reges Amorræorum, qui vltra Iordanem erant, inaudiuissent Dominum, qui Deus est, Iordanem fluuium exsiccasse: mentes & animi eorum contabuerunt, nec præ metu Israe-

Res a Iesu Nauæ F. gestæ.

Ios. 1.2.

A licorum prudenter rebus suis consulere vllo modo poterant. Consimile quiddam scilicet eis accidit illi, quod Iacobus expertus est præ gaudio, quum profectus in Ægyptum, Iosephum filium adspiceret. Nimirum de lætitia quædam oritur sanguinis diffusio, de formidine vero facultatis vitalis contractio in nobis existit. Vtroque modo fieri nonnunquam solet, vt mors hoc pacto adfectos necessario comitetur. Postquam Israelici flumen traiecissent, mox absque armis Hierichunte potiuntur: quo nomine factum, vt eam pro anathemate ducerent, hoc est, Deo consecrarent. Secundum hæc Achar ille Charmæ F. ex iis, quæ Deo consecrata erant, veste quadam cum auri massa clanculum surrepta, Deum ad iram prouo- B cauit. Quapropter Iesus Deum precatus, iræque caussa cognita: lapidibus hominem vniuersa cum domo obruit. In hac Hierichuntis obsidione primum omnium violari Sabbatum cœpit. Dies enim septem oppidum cum tubis cinxerunt atque circumierunt, quo dierum numero Sabbatum quoque necessario compræhenditur. Eodem Iesu, quemadmodum & supra meminimus, contra quinque reges præliante, sol in medio cœlo restitit, nec ad occasum progressus est, vnius integri diei spatio. Et cœperunt Israelici bello cunctas Chananæorum ditiones & opes, Domino ipsis suppetias ferente.

Chalebus gigantes excidit.

Chalebus quoque Ephonæ F. tres Enaaci C filios prorsus exstirpauit, nimirum Susem, Tholmeum, & Schimam: qui gigantes erant supra modum proceris corporibus, qua de caussa Enaaci filii sacris in litteris appellati sunt. [Atque hoc loco illud etiam scire debes, legem primam apud Hebræos in eo libro perscriptam esse, qui est de Israelicorum ex Ægypto profectione. Suntque legis hæc prima verba: Deos alios, præter me, nullos habeto. Simulacrum tibi ne facito, nec imaginem cuiusquam rei, quæ exstet aut supra in cœlo, aut infra in terra. Non heic distinguuntur simulacrum & imago, siue terrestris animalis, siue marini, siue volatilis. De Origenis autem sententia D & enarratione, simulacrum est conceptum mente figmentum, quod tamen reapse non existat: quale quiddam erat Cynocephalus ille religiose cultus apud Ægyptios, vel Græcorum Hippocentaurus.]

* *Hæc absunt a nostro codice, qui supra plurибus Decalogum aliasque leges a Mose latas exponit, vt dicemus in Notis.*

Origenes qui simulacrum accipiat.

Post Iesum Nauæ F. populus a Iudicibus gubernabatur, quorum primus fuit Iudas, qui Adonibezecum in potestatem redegit, regem extranearum nationum, eique manuum ac pedum extremas partes amputauit. Quippe Chananæi post Iesu mortem de Iudæis subigendis fiducia concepta, principatum Adonibezeco detulerunt, eoque Duce copiis in illos ductis, fine ac instituto

A τοῖς φρόνησις οὐδεμία ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ τοιοῦτόν τι πεπόνθασιν, ὁποῖον ἀπὸ χαρᾶς ὁ Ἰακώβ, ἡνίκα κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον, τὸν Ἰωσὴφ ἐθεάσατο. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς χαρᾶς διάχυσις, ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου σύνδυσις τῆς ζωογονούσης ἡμᾶς δυνάμεως γίνεται. καὶ οὕτως ἢ ἐκείνως ἐστὶν ὅτε ὁ θάνατος ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. μετὰ δὲ τὸ περάσαι τηνικαῦτα χωρὶς ὅπλων τὴν Ἱεριχὼ κεκρατήκασιν· ἐφ' ᾧ καὶ ἀναθεματίσαντες αὐτὴν, τουτέστι τῷ Θεῷ ἀφιέρωσαν. Ἀχαρ λοιπὸν ὁ τοῦ Χαρμὴ ἀπὸ τῶν ἀναθεματισθέντων τῷ Κυρίῳ στολὴν ἵνα καὶ μάζαν χρυσίου ἀποσυλήσας, τὸν Θεὸν εἰς ὀργὴν ἤγειρε. B δεηθεὶς οὖν ὁ Ἰησοῦς τοῦ Θεοῦ, καὶ μαθὼν τὸν τῆς ὀργῆς αἴτιον, λίθοις αὐτὸν πανοικὶ κατέχωσαν. ἐν τούτῳ δὲ τῷ κατὰ τῆς Ἱεριχὼ πολέμῳ ἀρχὴν ἔλαβε καταλύεσθαι τὸ σάββατον. ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας αὐτὴν μετὰ σαλπίγγων περιεκύκλωσαν, ἐν αἷς καὶ τὸ σάββατον ἐξ ἀνάγκης συμπεριείληπται. ἀλλὰ καὶ μετὰ πέντε βασιλέων, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τοῦ Ἰησοῦ μαχομένου, ἔστη ὁ ἥλιος κατὰ τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ. οὐ προεπορεύετο εἰς δυσμὰς ἕως εἰς τέλος ἡμέρας μιᾶς. καὶ πάντα δὲ τὰ τῶν Χαναναίων ἔλαβεν ὁ Ἰσραὴλ ἐν πολέμῳ, ὅτι διὰ Κυρίου ἐγένετο. ἀλλὰ καὶ Χάλεβ υἱὸς Ἐφωνῆ ἐξωλόθρευσε τοὺς τρεῖς C υἱοὺς Ἐνααὰκ, τὸν Σουσῆ, τὸν Θολμὲ, καὶ τὸν Σχιμάν. γίγαντες δὲ καὶ οὗτοι ὑπερμήκεις ἦσαν. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν υἱοὺς τοῦ Ἐνααὰκ ἐκείνους ὠνόμασαν.

Περὶ Ἀχάρ.

. . . .

D . . . .

Μετὰ μέντοι τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν ὑπὸ κριτῶν ὁ λαὸς ἐκρίνετο. ὧν πρῶτος Ἰούδας ὁ τὸν Ἀδωνιβεζὲκ χειρωσάμενος, καὶ ἀκρωτηριάσας αὐτοῦ χεῖράς τε καὶ πόδας, βασιλέα τῶν ἀλλοφύλων ὄντα. οἱ γὰρ Χαναναῖοι μετὰ θάνατον τοῦ Ἰησοῦ κρατῆσαι τῶν Ἰουδαίων θαρρήσαντες, τῷ Ἀδωνιβεζὲκ τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτρέπουσι, καὶ κατ' ἐκείνων χωροῦσιν. ἀλλ' ἐσφάλησαν

Περὶ κριτῶν.

Περὶ Ἀδωνιβεζέκ.

τοῦ σκοποῦ. κτείνονται γὰρ ἐξ αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι, κρατεῖται δὲ καὶ ὁ Ἀδωνιβεζέκ, καὶ χεῖρας καὶ πόδας ἀκρωτηριασθεὶς ἔλεγεν· οἱ Βασιλεῖς τὰ ἄκρα τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν αὐτῶν ἀποκεκομμένοι ἦσαν συλλέγοντες τὰ ὑποκάτω τῆς τραπέζης μου. καθὼς οὖν ἐποίησα, οὕτω καὶ ἀνταπέδωκέ μοι ὁ Θεός.

Περὶ Δεβώρας.

Ἀλλὰ καὶ Βαρὰχ σὺν Δεβώρᾳ τῇ προφήτιδι διέκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη μ'. προφῆτις δὲ ἦν ἡ Δεβώρα. αὕτη τοὺς Ἰουδαίους ἀναχωρεῖν βουλομένους διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατ' αὐτῶν ἐπιστρατευομένων Χαναναίων, καὶ κατέχει, καὶ πείθει τοῖς πολεμίοις συμβαλεῖν· ὅθεν καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτειναν. χειμὼν γὰρ βαρὺς γεγονὼς, τοὺς μὲν Χαναναίους τὰ μέγιστα ἔβλαπτε, τοὺς δὲ Ἰουδαίους οὐδαμοῦ. τότε καὶ ὁ Σισάρας ἰδὼν τὴν γινομένην τροπὴν, ἐκπηδᾷ τοῦ ἅρματος, καὶ πρὸς γυναῖκά τινα καταφεύγει λεγομένην Ἰαὴλ, τοῦ σωθῆναι παρ' αὐτῆς. τούτῳ δὲ τῷ Σισάρᾳ καὶ ποτὸν αἰτήσαντι, γάλα δίδωσιν ἤδη διεφθορός. καὶ ὃς πλέον τοῦ μέτρου πιὼν, εἰς

Περὶ Ἰαήλ.

ὕπνον ἐτράπη βαθύν. τότε γοῦν Ἰαὴλ φονεύει αὐτὸν, τὸν πάσσαλον τοῖς κροτάφοις ἐμπερονήσασα. καὶ οὕτως αὖθις ἡ νίκη περίεισι κατὰ τὴν τῆς Δεβώρας προφητείαν. καλῶς οὖν ἡ γραφὴ τὸν Σουσῆ, τὸν Θολμὲ, καὶ τὸν Σχιμὰν, υἱοὺς ἐκάλεσε τοῦ Ἐναάκ, γιγάντεια φέροντας σώματα. ὁρᾷ γὰρ ὅτι καὶ ὁ Ἰώσηπος ὑπολελεῖφθαι λέγει τοῖς Χαναναίοις τὸ τῶν γιγάντων γένος, οἳ διὰ σωμάτων μεγέθη καὶ μορφὰς οὐδὲν τοῖς ἄλλοις παραπλησίας ἀνθρώποις, παράδοξον ἦσαν θέαμα, καὶ δεινὸν ἄκουσμα. δείκνυται δὲ καὶ νῦν ἔτι τούτων ὀστᾶ μηδὲν τοῖς ὑπὸ πίστιν ἐρχομένοις ἐοικότα.

Ἐπὶ μὲν Βαρὰχ καὶ Δεβώρας Προμηθεὺς καὶ Ὀρφεὺς Θρᾷξ ἐγνωρίζοντο, οἱ παρ' Ἕλλησι σοφώτατοι· καὶ Ἀσκληπιὸς ὁ ἰατρὸς, καὶ Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης. τοσοῦτον δὲ λέγουσι τὸν Ἀσκληπιὸν ἠκριβωκέναι τὴν ἰατρικὴν τέχνην, ὡς καὶ νεκροὺς ἀνιστᾶν. ἐφ' ᾧ χαλεπήναντα τὸν Δία κεραυνῷ βαλεῖν αὐτὸν, καὶ οὕτω τῶν τῇδε ἐκστῆσαι.

Περὶ Γεδεών.

Δεῖξαι δὲ θέλων ὁ Θεὸς, ὅτι τῇ δυνάμει αὐτοῦ τὰ πάντα γίνονται, καὶ οὐ πλήθει λαοῦ, συμβασιλεύει τῷ Γεδεὼν, ἡνίκα κατὰ Μαδιηναίων ὁρμᾶν ἤθελε, περὶ μεσοῦσαν ἡμέραν ἐν ἀκμῇ τοῦ καύματος ὄντος, ἄγειν τὴν στρατιὰν ἐπὶ τὸν ποταμόν. καὶ τοὺς μὴ κατακλιθέντας, καὶ οὕτω πίνοντας, εὐψύχους ὑπολαμβάνειν. ὅσοι δ' ἂν ἐσπουδασμένως

A suo exciderunt. Nam haud paucis interfectis, Adonibezecus viuus captus est, extremisque pedum ac manuum partibus mutilatus: Septuaginta, inquit, reges extremis pedum manuumque partibus truncati, mea sub mensa micas collegerunt. Quemadmodum in illos ego me gessi, ita mihi diuinitus est repensum.

Pœna talionis.

Iud. 1.7.

Barachus quoque cum Debora, muliere vate, iudicis apud Israelicos officio functus est annos quadraginta. Mulier ea vaticinandi perita erat, quumque Iudæos cerneret ob hostium Chananæorum multitudinem pedem referre velle: non solum eos B in officio continuit, sed etiam persuasit, vt manum cum hoste consererent: quo facto magnæ illorum copiæ sunt occisæ. Nam tempestas ingens exorta Chananæos quidem grauissime lædebat, Iudæis vero nihil damni dabat. Itaque tum Sisaras suos in fugam versos conspiciens, de curru exsilit, & ad fœminam quandam se fugiens confert, cui nomen esset Iaele, vt apud ipsam vitæ suæ consuleret. Tum illa Sisaræ, qui potum sibi dari postulasset, lac iam corruptum præbet: quo ille immodice hausto, graui somno corripitur. Ibi Iaela clauo tempora ei transadigit, hominemque interficit. Hoc modo victoria potiti sunt, quemadmodum Debora vaticinata fuerat. Cæterum litteræ sacræ Susem, Tholmeum, & C Schimam non abs re, ceu diximus, Enaaci filios appellarunt, vti quorum corpora Gigantum corporibus magnitudine paria fuerint. Nam & Iosephus commemorat, apud Chananæos tum reliquam Gigantum fuisse nationem, qui propter corporum molem atque formam, quæ reliquorum hominum formæ non responderet, inusitatum mortalibus spectaculum erant, & famam de se terribilem concitabant. Eorum nunc quoque monstrantur adhuc ossa, fidem plane superantia.

Barachus. Deboræ virtus

Iosephus.

Horum ætate, videlicet Barachi atque Deboræ, sapientissimi apud Græcos viri, Prometheus & Orpheus oriundus e Thracia, celebres fuerunt: itemque medicus Æ- D sculapius, & Lycurgus legum apud Lacedæmonios lator. Æsculapium aiunt artem medicam tam accurate cognitam habuisse, vt etiam mortuum quemdam vitæ restituerit: quo facto, Iupiter iratus, hominem fulmine tactum rebus humanis exemerit.

Prometheus & Orpheus quãdo vixerint. *Lycurgus.*

Æsculapius.

Secundum hæc indicare Deus volens, omnia per ipsius potestatem fieri, non per hominum ingentes copias: Gedeoni Madianæos inuadere conanti auctor fuit, vt ipsa in meridie, quum æstus maximus foret, exercitum ad flumen duceret. Ibi vero quicumque in genua procumberent, atque ita biberent, eos vt pro magnanimis haberet, monet. Quotquot autem festinanter

Gedeonis res gestæ.

& cum tumultu quodam biberent, eos exi- A stimaret hoc præ formidine facere. Quum Gedeo Dei monitis parens, hoc ipsum fecisset, CCC homines reperti sunt, qui cum trepidatione manibus aquam haustam ori admouerent, quemadmodum Iosephus memoriæ prodidit. *Iosephus.* Quapropter ei præcepit Deus, vt cum illis hostem adoriretur. Noctu ergo Medianæos inuadunt, quum tubas manibus, itemque faces accensas intra vasa quædam gestarent.

Post hæc Gedeo senectute confectus vita fungitur, relictis filiis legitimo toro natis septuaginta, quos ex pluribus vxoribus susceperat, & vno spurio, e concubina nato. Hinc Manoas accepto diuinitus promisso, filium gignit, cui Samsonis nomen est in- B ditum, quod ex interpretatione Iosephi robustum significat. *Samsonis res gestæ. Nominis interpretatio. Hercules & Samson coætanei.* Eodem cum hoc tempore Hercules quoque vixit. Erat autem Samsoni tam virilis animus, vt quum Gazam ingressus, ad meretriculam quandam diuertisset, atque ab incolis oppidi vniuersis custodiretur: manibus suis portas cum repagulis euulserit, atque ita oppido sit egressus. Quinetiam prius, quam hoc accideret, suscepto aduersus Palæstinos bello, quiddam huiusmodi fecit. Erat tempus æstiuum, iamque fructus ita maturuerant, vt messis appeteret: quum Samso trecentis vulpibus captis, earum caudis faces ardentes alligat, atque ita in Palæstinorum agros eas im- C mittit. Hoc pacto segetes eorum exustæ fuerunt. Illi segetibus succensis, bellum Israelitis faciunt, simulque Samsonem sibi dedi iubent. Quid heic factum ab Israelitis? Nimirum illi hostiles incursus veriti, vinctum Samsonem eis dedunt. Heic quum ille Palæstinos ad se contendentes cerneret, ruptis vinculis, quibus adstrictus erat, asini maxillam nactus, mille hostes interficit. Quum autem tanta virium contentione præliaretur in hostem, accidit vt sitis ardens eum grauiter adfligeret. Quapropter Deum obsecrat, qui mox opem sup- D peditans, hominem consolatur. Quippe de maxilla, quam abiecerat, ingens aquæ copia promanauit. Atque hic fons in hodiernum vsque diem in Eleutheropolis suburbio conspicitur, & Fons maxillæ nuncupatur. *Eleutheropoli fons maxillæ.* Atque hoc loco Iosephus ait, *Iosephus.* quod quum suis viribus, non Deo victoriam acceptam tulisset, tanta siti vexatus fuerit.

Sed enim tanto vir præstans robore, deinceps vnius mulierculæ opera cunctis se deridendum præbuit. Nam haud multo post amore Dalilæ Palæstinæ captus est, quæ ab alienigenis muneribus corrupta, petebat ab eo, vt sibi fateretur, quonam in membro situm robur illud haberet. Tum ille mulierem initio fallens: Si me

A καὶ μετὰ θορύβου πίνοντες τύχοιεν, τούτους δὴ νομίζειν ὑπὸ δειλίας τοῦτο πάσχειν. Τοῦ μέν τοι Γεδεὼν κατὰ τὰς ὑποθήκας τοῦ Θεοῦ *Περὶ Γεδεών.* ποιήσαντος, τριακόσιοι ἄνδρες εὑρέθησαν ταῖς χερσὶ μετὰ τρόμου προσενηνεγμένοι τὸ ὕδωρ, ὡς Ἰώσηππος ἱστορεῖ. ὅθεν καὶ διὰ τῶν τοιούτων ἔφη ὁ Θεὸς τοῖς πολεμίοις ἐμβαλεῖν. νυκτὸς οὖν αὖθις ἐπεμβαίνουσι, σάλπιγγας ταῖν χεροῖν φέροντες, καὶ λαμπάδας ἁπτομένας ἐντὸς ἀγγείων τινῶν.

Καὶ ὁ μὲν Γεδεὼν γηραιὸς τελευτᾷ. παῖδες δὲ ἦσαν αὐτῷ γνήσιοι μὲν ο'. πολλὰς γὰρ ἔγημε γυναῖκας· νόθος δὲ εἷς ἐκ παλλακῆς. B ἐξ ἐπαγγελίας τίκτει ὁ Μανωέ, τὸ δὲ γεννηθὲν παιδίον Σαμψῶνα καλοῦσιν, ἰσχυρὸν δὲ κατὰ τὸν Ἰώσηππον σημαίνει τὸ ὄνομα. τηνικαῦτα καὶ Ἡρακλῆς ἤκμαζε. τοσοῦτον δὲ ἦν ἀνδρεῖος ὁ Σαμψών, ὅτι καὶ ἐπὶ Γάζαν εἰσελθών, *Περὶ Σαμψῶν τοῦ θαυμαστοῦ.* καὶ παρὰ πόρνῃ τινὶ καταλυθείς, ἐπειδὴ περιετηρεῖτο παρὰ τῶν ἐκεῖσε, ἀνεμόχλευσε διὰ χειρῶν τὰς πύλας, καὶ ἐξῆλθεν. ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου κατὰ Παλαιστινῶν ἔχων ὁ Σαμψών, τί ποιεῖ; θέρους ὄντος, καὶ πρὸς ἀμητὸν ἤδη τῶν καρπῶν ἀκμαζόντων, συλλαβὼν τὰς ἀλώπεκας, καὶ τῶν οὐρῶν αὐτῶν ἐξάψας λαμπάδας ἡμμένας, ἀφίησι * τὰς ἀρούρας ** εἰς τὰς* C τῶν Παλαιστινῶν, καὶ οὕτω τοὺς καρποὺς αὐτῶν διέφθειρεν. οἱ οὖν ἀλλόφυλοι μετὰ τὸ ἐμπρησθῆναι τὰς ἀρούρας αὐτῶν, πόλεμον πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας συνάπτουσι, τὸν Σαμψὼν αἰτούμενοι ἔκδοτον. τί οὖν οἱ Ἰσραηλῖται; τὴν τῶν πολεμίων δεδιότες ἔφοδον, δέσμιον αὖθις τὸν Σαμψὼν ἐκδιδόασι. καὶ ὃς ἰδὼν ἐκείνους ὁρμήσαντας κατ' αὐτοῦ, τὰ μὲν δεσμὰ διέρρηξε, σιαγόνα δὲ ὄνου λαβών, χιλίους ἄνδρας τῶν ἀλλοφύλων ἀπέκτεινεν. ὅθεν ἐπὶ τοσοῦτον *Περὶ τῆς δίψης Σαμψών.* D ἀγωνιζόμενος, ὑπὸ δίψους ἐφλέγετο. δέεται οὖν τοῦ Θεοῦ, καὶ τηνικαῦτα παραμυθεῖται αὐτόν. ἡ γὰρ σιαγὼν παρ' αὐτοῦ ἐκθλιβεῖσα, ὕδωρ ἔβλυσεν ἄφθονον. ὅθεν ἡ τοιαύτη πηγὴ μέχρι καὶ τήμερον ἐν τοῖς προαστείοις Ἐλευθεροπόλεως φαίνεται, σιαγόνος ἐπονομαζομένη πηγή. Ὁ μὲν οὖν Ἰώσηππός φησιν, ὅτι τῇ οἰκείᾳ δυνάμει, καὶ οὐ τῷ Θεῷ τὴν νίκην ἐπιγραψάμενος, διψῆσαι κατὰ πολὺ συγκεχώρηται.

Πλὴν ὁ τοσοῦτος τὴν ἰσχύν, ὑπὸ γυναικὸς κατέστη παίγνιον ὕστερον. μετὰ ταῦτα γὰρ ἠγάπησε τὴν ἐκ Παλαιστινῶν Δαλιλάν, ἥτις παρὰ τῶν ἀλλοφύλων δωροφορηθεῖσα, ἠξίου αὐτὸν ἐξειπεῖν αὐτῇ, ἐν τίνι τυγχάνει ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. καὶ ὃς παρελογίζετο μὲν αὐτὴν τὰ πρῶτα, λέγων· ἐὰν

δήσωσί με ἐν ἑπτὰ κλημάτισιν ὑγραῖς, ἤγουν νευραῖς, ἀσθενήσω, καὶ ἔσομαι ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων. καὶ δὴ λαβοῦσα νευρὰς, ἔδησεν αὐτὸν, εἶτ' οὕτως ἐβόησεν· ἀλλόφυλοι ἐπὶ σὲ Σαμψών. καὶ ὃς ἀναστὰς, διέῤῥηξεν αὐτάς. παραλογισθεῖσα οὖν ἐνέκειτο, καὶ αὖθις ἠξίου μαθεῖν, ὅθεν ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. καὶ ὃς ἀπατῶν αὐτὴν ἔλεγεν, ἐὰν δήσωσί με ἐν ἑπτὰ καλωδίοις ἀθίκτοις, ἐκλείψει ἡ ἰσχύς μου. ποιησάσης οὖν καὶ τοῦτο, καὶ βοησάσης· ἀλλόφυλοι ἐπὶ σὲ Σαμψών· διέῤῥηξεν αὐτὰ παραχρῆμα ἐκ τῶν βραχιόνων αὐτοῦ. πάλιν οὖν ἀξιούσης αὐτῆς ἔλεγεν· ἐὰν τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους τῆς κεφαλῆς μου διεστῶτας ἀπ' ἀλλήλων ἐπὶ πασσάλων ἐκδήσῃς, καὶ ἐπὶ τοῦ τοίχου προσπήξῃς, ἀσθενήσω, καὶ ἔσομαι ὡς οἱ λοιποὶ κἀγώ. ἀποτυχοῦσα οὖν κἀν τούτῳ, ἐξελιπάρει αὐτὸν αὖθις· ὅθεν ἀνακαλύπτει τὸ ἀπόῤῥητον, καὶ οὕτω φησὶ πρὸς αὐτήν. ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἀνέβη, ὅτι Ναζαραῖος Θεοῦ εἰμι ἐγὼ ἐκ κοιλίας μητρός μου. καὶ εἰ ξυρήσωμαι, ἀσθενήσω, καὶ ἀποστήσεται ἀπ' ἐμοῦ, ἡ ἰσχύς μου καὶ ἔσομαι ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων. κατακοιμίσασα οὖν αὐτὸν ἡ Δαλιλὰ, ἐξύρησε· καὶ τοῦτο ποιήσασα, ἐβόησεν· ἀλλόφυλοι ἐπὶ σὲ Σαμψών. καὶ ὃς ἀναστὰς, οὐκ ἔτι ἐνεργεῖν ἴσχυεν, ὡς καὶ πρότερον. ἐκκοινοῦ ἐμπίπτουσιν αὐτῷ οἱ ἀλλόφυλοι, καὶ κρατήσαντες, ἐκτυφλοῦσιν αὐτόν.

Ἀλλὰ τί τὸ μετὰ ταῦτα; ἔκλαυσε Σαμψὼν πρὸς Κύριον, καὶ εἶπεν· Ἀδωναὶ Κύριε τῶν δυνάμεων, μνήσθητί μου νῦν, καὶ ἴσχυσόν με ἔτι ἅπαξ τοῦτο θεὲ, καὶ ἀνταποδώσω ἀνταπόδοσιν μίαν περὶ τῶν δύο ὀφθαλμῶν μου τοῖς ἀλλοφύλοις. ἐφ' ᾧ καὶ οὐ παρεῖδεν αὐτὸν ἐπικερτομούμενον ὁ Θεός, καὶ παιδαρίοις γὰρ εἰς γέλωτα μετὰ τὸ τυφλωθῆναι προὔκειτο. παραδόξως οὖν ἐνισχύει αὐτόν. ἐφ' ᾧ καὶ καθημένων ἐκείνων, καὶ μεθυόντων, ἐπινικίων γὰρ ἕνεκεν τοῖς εἰδώλοις ἐπανηγύριζον· ἐπιδράσσεται τῶν τοῦ οἴκου δύο κιόνων, ἐν ᾧ ἦσαν καθήμενοι, καὶ μετὰ τὸ κρατῆσαι αὐτοὺς, εἶπεν. ἀποθανέτω ἡ ψυχή μου μετὰ τῶν ἀλλοφύλων. ὃ δὴ καὶ γέγονεν. ἀφ' οὗ καὶ δείκνυσιν ὁ Θεὸς, ὡς οὐ παραβλέπει τοὺς ἀδικουμένους δεομένους αὐτοῦ. τοσαύτην γὰρ ἰσχὺν ἐχαρίσατο τῷ Σαμψὼν, ὡς κλονῆσαι μὲν τοὺς φέροντας κίονας τὸν τῶν εἰδώλων σηκὸν, συγκατενεγκεῖν δὲ τούτοις τὸν ὄροφον, καὶ γ'. ἄνδρας συγχῶσαι, καὶ γυναικῶν ὡσαύτως παραπλήσιον ἀριθμόν.

A tui constrinxerint, ait, septem neruis humidis, vires me destituent, similisque cæteris mortalibus ero. Illa vero sumptis neruis hominem constrinxit, ac deinde clamorem verbis hisce sustulit: Alienigenæ te inua- *Iudic. 16. 9.*
dunt Samso. Quibus auditis surrexit, & neruos lacerauit. Quapropter illa decepta, rursus hominem precibus vrgere, scireque cupere, quænam esset illius roboris caussa. Samso contra fœminam fallere, ac vicissim dicere, si se funibus septem recentibus & nullum ad vsum adhibitis colligarent, vires suas omnino defecturas. Quum hoc etiam illa fecisset, & inclamasset: Alienigenæ te inuadunt Samso: mox funes discerpsit, quibus erant eius colligata bra-
B chia. Quum rursus igitur idem ex eo quæreret, respondit, si capitis sui cincinnos diuisos clauis alligaret, ac parieti adfigeret: debilem se futurum, reliquisque mortalibus consimilem. Verum ne tum quidem voti compos facta, de integro blandiciis hominem exorare nititur: quamobrem ille tandem arcanum ei patefacit. Capiti, ait, meo *Iud. 16. 17.*
nouacula numquam est admota, nam inde vsque a ventre matris Dei sum Nazaræus. Quod si tondebor, abituræ sunt a me vires, & infirmus, cæterorumque omnium similis ero. Quapropter vbi hominem Dalila consopiuisset, totondit: quo facto, exclamat: Inuadunt alienigenæ te Samso. Tum ille
C consurgens, non amplius eo corporis vti robore poterat, quo dudum. Quapropter in eum alienigenæ irruunt, hominemque suam in potestatem redactum oculis spoliant.

Quid vero secundum hæc factum? Plorans Samso Dominum his verbis inuocat: Domine Deus exercituum, memento nunc *Iud. 16. 38.*
quæso mei, meque hoc saltem postremum corrobora, Deus, dum pro ambobus oculis meis alienigenas semel vlciscor. Quapropter illusum ab hostibus non neglexit nec auersatus est Deus. Nam ex quo amiserat oculos, etiam ludibrio pueris erat. Nouo igitur & inusitato quodam modo Deus ei vires adauget. quo facto, sedentibus illis, ac vino se ingurgitantibus, vt qui celebri-
D tatem quandam simulacris instituissent victoriæ, quam de hoste suo consequuti fuissent, caussa: domus illius, qua in domo sedebant, columnas duas præhendit, easque complexus: Volo, inquit, ex vita cum alienigenis discedere. Quod quidem mox ita factum est. Atque hoc exemplo declarauit Deus, se adfectos iniuriis non negligere. Tantum enim roboris hoc tempore Samsoni largitus est, vt non solum columnas confractas dirueret, quibus fanum illud simulacrorum fultum innitebatur: sed etiam eadem vi tectum deiiceret, ac virorum quidem tria millia, mulierum vero maiorem quoque numerum ea ruina opprimeret.

Anastasii locus. Hoc loco diuinus ille vir Anastasius Sinaites non parum Dei tum administrationem, tum benignitatem obstupescens demiratur, expendens ipse secum, quod Samsonem dignatus sit eorum in numerum recipere, qui salutem consequuntur, quum tamen hoc etiam ille præter alia commiserit, vt eos vlciscendi caussa, quorum iniuriis læsus fuerat, semetipsum morti dederet. Nec omittenda heic nobis est indicatio caussæ, quam ob caussam a ventre matris Samso tantum roboris habuerit. Quia enim Israelitæ, qui iam totos annos quadraginta seruitutem alienigenis seruierant, Dei prorsus erant obliti, nec vllum apud se iustum hominem habebant: iccirco Samsonem Deus ipsis tribuit, virum a primis incunabulis iustum ac magno robore præditum, vt per ipsius virtutem ac fortitudinem plane admirandam seruari se liberarique animaduertentes vitam suam emendarent, & Deum illum huius vniuersi quærerent. Verum enimuero magis illi Deum obliuioni tradebant, ac virum præclare de se meritum in manus hostiles traditum scelerate reiiciebant. Quamobrem Deus etiam æquissimo iure curam ipsorum habere desiit. Nam post Samsonem nullus apud Hebræos iudex amplius exstitit.

Quod si etiam intelligere de nobis aues, dilecte fili, quamobrem Deus Iephthæ filiam mactari & iugulari permiserit, (fuit autem is quoque iudex apud Hebræos) quid dicturi simus, audito. Promissum hoc votumque Iephthæ perquam stultum erat. *Stultum fuisse votum Iephthæ.* Nam expendere secum ipse prius debuerat, fieri fortassis posse, vt vel canis, vel asinus, vel aliquod aliud immundum ex indicatione legis animal ipsi primũ occurreret. Quapropter eius exemplo, qui voto concepto promiserat, se immolaturum Deo, quicquid ex domo sua primum obuium habuisset, alios monere volens Deus, vt non absque consideratione vota conciperent: iugulationem hanc non impediuit. Filia quidem ipsa longe Iephtham patrem virtute superauit. *Iud. 11. 36.* Nam quum eum cerneret vestimenta sua lacerantem atque plorantem: Si quidem, ait, de me aliquid policitus es, facito mihi, vt tua fert promissio, postquam tibi Dominus tuos hostes Ammonitas vltus est.

Præter hactenus autem indicata scire debes, post Samsonis e vita migrationem, Beniamineam tribum voluptati se Sodomitarum, abhorrenti a natura tradidisse, ac furiose in homines peregrinos irruisse. Forte quidam Leuita, qui habitaret Ierudimæ, *Leuitæ vxor stupro necatur* vxorem duxerat concubinam a Bethlehema, quæ ex animi quadam infirmitate suos ad parentes est reuersa. Quapropter eodem & Leuita proficiscitur, & exceptus a socero perhonorifice, vxorem

A Οὐ μικρῶς δὲ τὴν ἄρρητον τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, καὶ φιλανθρωπίαν ἐπὶ τούτοις ἐκπλήττεται ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης, ἐννοῶν ὅπως τῆς τῶν σεσωσμένων μοίρας ἠξίωσε τὸν Σαμψὼν καὶ ταῦτα πρὸς φόνον ἑαυτὸν ἐκδεδωκότα τῶν ἀδικησάντων αὐτὸν ἕνεκεν. ἀλλὰ καὶ τίνος χάριν τοσαύτην ἰσχὺν ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐκτήσατο ὁ Σαμψὼν, οὐ παρελθεῖν ἄξιον. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Ἰσραηλῖται τεσσαράκοντα ἔτη χρόνον τοῖς ἀλλοφύλοις δουλεύσαντες, τοῦ Θεοῦ τέλεον ἐπελάθοντο, δικαίου μηδενὸς ὄντος· παρ' αὐτοῖς τούτου χάριν ἐκ σπαργάνων αὐτὸν ὁ Θεὸς δίκαιον ἄνδρα καὶ ἰσχυρὸν παρέσχεν αὐτοῖς· ὅπως διὰ τῆς ἐναρέτου πολιτείας, καὶ παραδόξου ἀνδρείας παρεχομένην αὐτοῖς ὁρῶντες τὴν σωτηρίαν, ἑαυτούς τε διορθώσωνται, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐκζητήσωσιν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μᾶλλον, καὶ τοῦ Θεοῦ λήθην ἐλάμβανον, καὶ τὸν εὐεργέτην αὐτῶν εἰς χεῖρας τῶν πολεμίων φέροντες ἔρριπτον. ὅθεν εὐλόγως ἡ τοῦ Θεοῦ ἐξέλιπεν αὐτοὺς ἐπισκοπή. μετὰ γὰρ τὸν Σαμψὼν οὐκέτι παρ' Ἑβραίοις κριτής.

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν ὁ Θεὸς τὴν τοῦ Ἰεφθάε θυγατέρα σφαγιάσαι συνεχώρησε (κριτὴς δὲ καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις ἦν, ἄκουε) ἀνόητος ἄγαν ἡ τοῦ Ἰεφθάε ὑπόσχεσις. ἔδει γὰρ αὐτὸν συνιδεῖν, ὡς εἰκὸς, κύνα πρῶτον ἢ ὄνον συναντῆσαι, τὰ κατὰ νόμον ἀκάθαρτα. παιδεύων οὖν ὁ Θεὸς δι' ἐκείνου τοὺς ἄλλους, ὥστε μετὰ σκοποῦ ποιεῖσθαι τὰς ὑποσχέσεις· ὑπεσχέθη γὰρ ἐκεῖνος τὸ συναντῆσαν αὐτῷ ἐκ τῆς οἰκίας θῦσαι τῷ Θεῷ, οὐκ ἐκώλυσε τὴν σφαγήν. ἡ δὲ θυγάτηρ πολλῷ κρείττων τοῦ Ἰεφθάε. ἰδοῦσα γὰρ αὐτὸν τὴν ἐσθῆτα ῥηγνύντα καὶ ὀλοφυρόμενον, εἶπεν· εἰ ἐν ἐμοὶ ἤνοιξας τὸ στόμα σου, ποίει μοι ὃν τρόπον ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ στόματός σου, ὑπὲρ ὧν ἐποίησέ σοι ὁ Κύριος ἐκδίκησιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν σου ἐκ τῶν υἱῶν Ἀμμών.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὅτι μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Σαμψὼν, ἡ φυλὴ τοῦ Βενιαμὶν τὴν παρὰ φύσιν τῶν Σοδομιτῶν ἐνενόησεν ἡδονὴν, καὶ τοῖς ἐπιξενουμένοις ἐπεμαίνοντο. Λευΐτης δέ τις ἐν Ἱερουδὶμ κατοικῶν, γυναῖκα ἐκ Βηθλεὲμ ἄγεται παλλακίδα, ἥτις δι' ὀλιγοψυχίαν τινὰ πρὸς τοὺς πατέρας ὑπέστρεψε. παραγίνεται οὖν ἐκεῖσε καὶ ὁ Λευΐτης, καὶ φιλοτίμως δεξιωθεὶς παρὰ τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ, λαμβάνει

τὴν γυναῖκα, καὶ παραγίνεται εἰς Γαβαὰ πόλιν τῆς φυλῆς Βενιαμὶν, καὶ κατάγεται παρὰ πρεσβύτῃ κατοικοῦντι τὴν πόλιν. γνόντες οὖν οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες Βενιαμὶν, τοῦ πρεσβύτου τὸν οἶκον περιστοιχίζουσι, καὶ τὰς θύρας συντρίβουσιν, ἐμπαροινῆσαι τῷ ξένῳ ζητοῦντες. ὁ δὲ τὴν θυγατέρα ἔτι ἄγαμον οὖσαν, καὶ τοῦ ξένου τὴν παλλακὴν εἰς παράχρησιν ἐδίδου αὐτοῖς, φείσασθαι τοῦ ξένου ἀξιῶν. οἱ δ' οὐκ ὑπέσχοντο. ἀλλὰ καὶ ὁ Λευίτης προελθὼν, τὴν παλλακὴν αὐτοῦ ἐκδίδωσι, κἀκεῖνοι δι' ὅλης νυκτὸς αὐτῇ παραχρησάμενοι ἐξαπέστειλαν. ἐγγίσασα οὖν αὕτη τῇ θύρᾳ ἔνθα κατήγετο, εὐθέως ἐξέπνευσεν. ὁ γοῦν ἀνὴρ αὐτῆς νεκρὰν ἰδὼν αὐτὴν, ἐπέθετο τῷ ὑποζυγίῳ αὐτοῦ, καὶ οἴκαδε ἀπεκόμισε. καὶ διελὼν αὐτὴν εἰς ιβ'. τμήματα, ἑκάστῃ φυλῇ πρὸς ἓν τεμάχιον ἐξαπέστειλε, τὴν παρανομίαν τῆς τοῦ Βενιαμὶν κηρύττων φυλῆς. σχετλιάζει οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἰσραήλ. δέονται τοῦ Θεοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ κατ' αὐτῶν ὁρμήσαντες, ἐπεὶ τοὺς ὑπαιτίους δοῦναι πρὸς τιμωρίαν οὐκ ἤθελον, αὐτοὺς μὲν κατασφάττουσι, τὴν δὲ πόλιν ἔργον ποιοῦσι πυρός.

Αἴνιγμα. Τὸ μέντοι πρόβλημα ὅπερ ὁ Σαμψὼν προὐβάλλετο, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τί βρωτὸν ἐξῆλθεν ἐκ βιβρώσκοντος, καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ γλυκὺ βρωτόν. ἡδὺ τὸ μέλι καλεῖ· βιβρώσκοντα δὲ ἰσχυρὸν, τὸν λέοντα, ἐν ᾧ νεκρῷ ὄντι μέλι ἐξύφαινον μέλισσαι. ἀφ' οὗ λαβὼν ἔφαγεν ὁ Σαμψών. ἀλλ' ἐντεῦθεν, ἀγαπητὲ, συνορᾶν ἄξιον, ὅτι μάτην οἱ Ἰουδαῖοι ἀκαθάρτους καλοῦσιν ἡμᾶς. εἰ γὰρ ἀκάθαρτοι ἦμεν ἡμεῖς, (Περὶ καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων.) ἅτε δὴ τὸν λαγωὸν, τὸν χοῖρον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, μὴ κατὰ νόμον ταῦτα ἐσθίοντες, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸν ἐν προφήταις μέγιστον Ἠλιὰν τοῖς αὐτοῖς ἐγκλήμασι καθυποβάλλεσθαι. τίνος ἕνεκεν; ὅτι τὸν ἄρτον ἐξ ἀκαθάρτου ζώου τοῦ κόρακος ἤσθιε. διατί δὲ ταῦτα συνέβαινε; καὶ τίνος ἕνεκεν; ἵνα μάθωμεν ὅτι καὶ πρὸ τῆς χάριτος ἡ παλαιὰ τὰ τοῦ νόμου διέτρεπεν. εἰ γὰρ ἀκάθαρτος ἦν ὁ κόραξ, πῶς ἐξ αὐτοῦ τὴν βρῶσιν ὁ τοσοῦτος Ἠλίας * ἐδέξατο; (*al. ἐδέχετο) πῶς δὲ καὶ ὁ Σαμψὼν Ναζαραῖος ὢν, καὶ ὑπὸ νόμου τελῶν, τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος ἔφαγεν, ὅπερ ἐν νεκρῷ λέοντι ἐξύφαινον μέλισσαι; πῶς δὲ καὶ διψήσαντα διὰ τῆς ἀκαθάρτου καὶ μιαιφόνου σιαγόνος παρεμυθήσατο ὁ Θεὸς, ἐὰν ὁ κόραξ, ὁ νεκρὸς λέων, καὶ ἡ σιαγὼν τοῦ ὄνου ἀκάθαρτα; πῶς διὰ τῶν τοιούτων ὁ Θεὸς τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας ἐθεράπευε; πῶς δὲ καὶ ἀκάθαρτα ὄντα κοινὴν ἀρχῆθεν

A suam recipit. Inde Gabaam discedit, oppidum Beniamineæ tribus, ibique ad senem quendam agricolam, inquilinum eius loci, diuertit. Ea re cognita Beniaminei, qui ciues eius oppidi erant, senis illius domum vndique cinctam obsident, & impulsis foribus, hospitem per scelus violare conantur. Ibi senex ille filiam suam necdum nuptam, & hospitis concubinam eis offert, quibus ad libidinem abuterentur: saltem petens, vt hospiti parcerent. Quod quum illi facturos se negarent: egressus e domo Leuita, concubinam suam eis exhibet. Illi tota nocte ad libidinem illa abutentes, tandem dimittunt. Quapropter ad hospitii fores progressa, continuo vitam cum B morte commutat. Tum maritus eius mortuam videns, iumento suo imponit, ac domum deportatam in partes duodecim dissecat: quarum partium singulas quamlibet ad tribum mittit: simulque Beniamineæ tribus scelus demonstrat. Quo facto, rem Israelici perquam moleste ferunt: ipsumque Deum precantur. Deinceps Beniamineos cum copiis inuadunt. qui quum auctores facinoris ad noxam se dedituros negarent: Israelici eos interficiunt, & oppidum igne iniecto cremant.

Cæterum problema, quod Palæstinis Samso proposuit, erat huiusmodi: Ex comedente cibus, ex robusto exiit dulcedo. (Samsonis problema.) C Per dulcedinem, mel intelligit: per comedentem ac robustum, leonem: in cuius cadauere mel apes finxerant, quod inde sumptum Samso comederat. (Iud. 14. 14.) Est autem operæ pretium, dilecte fili, te hinc animaduertere, nos nulla de caussa iusta immundos a Iudæis appellari. (Contra Iudæos.) Nam si propterea sumus immundi, quod leporibus, porcis, aliisque talibus contra legis interdictum vescamur: omnino sequi necesse est, vt maximus ille vatum Elias eodem nobiscum crimine teneatur. Quamobrem istuc? quia panem ab immundo animali, nimirum coruo, acceptum comedit. Qua vero de caussa hæc ita facta sunt? vt sciremus, etiam ante pate-D factam Dei gratiam, durante adhuc veteri fœdere, legis quædam præcepta violata fuisse. Nam quamuis animal immundum sit coruus, nihilo tamen minus eximius ille vates Elias allatum ab eo cibum accepit. (Elias & Samso legem violarunt.) Quo item pacto factum, vt Samso, qui Nazaræus esset, ac legi subiectus, fauo mellis vesceretur, quod apes in cadauere leonino finxissent? Qui hominem siti vexatum per immundam pollutamque maxillam Deus recreat? Si coruus, si leoninum cadauer, si asini mortui maxilla res immundæ sunt: cur per ea Deus ministrorum suorum vitæ consuluit & opem tulit? Præterea qui factum est, vt si quidem immunda sunt quædam, initio tamen rerum commu-

nem illam cum cæteris benedictionem acceperint? Sic enim sacris in litteris perscriptum legimus: Vidit Deus omnia quæ fecerat, eaque bona esse pronuntiauit. Si ergo porcus, tanquam res a Deo creata, bonus erat, qui deinceps factus est immundus? De quibus omnibus perspicue potest intelligi, Deum corrigere volentem Israelicorum ad vitia propensionem, huiusmodi leges tulisse, atque huiusmodi remediis vsum fuisse. Eadem ratione Noæ quoque temporibus animalium discrimen instituit. Nam quia futurum prospiciebat, vt homines ad insanum deastrorum cultum deflecterent: optimo sane consilio sic distinguit animalia, quo alia pro mundis, alia pro immundis haberentur. Quanam illud obsecro de caussa? Nimirum vt partim iis victitantes, tanquam mundis, partim auersantes velut immunda: neutra pro Diis venerarentur. Nam cæteroquin ea non dixisset immunda, quæ cum aliis communem a Deo benedictionem initio rerum acceperant.

Gen. 1. 31.

Et vero factam id temporis animalium distinctionem profectam esse de consilio Dei se nostra caussa demittentis, etiam Paulus hisce verbis ostendit: Nulla Dei creatura reiici debet, modo cum gratiarum actione sumatur. Idem magis quoque confirmat illa Dei vox, qua summum illum Apostolum Petrum compellauit, quo tempore demissum e cœlo linteum conspexit: Surge Petre, macta & vescere. Item: Quæ Deus purgauit, tu ne polluta dicito. Neque vero mirum tibi videatur, etiam modo quædam pro immundis haberi, verbi gratia lupum, leonem, pardalim. Quippe magnus ille Basilius hæc in Asceticis suis, qui libri rationes exercitiorum pietatis continent, in hunc modum explicauit & illustrauit. Quemadmodum in oleribus quod noxium est, ab eo secernimus, quod naturæ nostræ conuenit: sic etiam in carnibus ab vtilibus quæcumque noxiæ sunt, secernimus. Nam & cicuta perinde olerum appellatione venit, vt & vulturum carnes pro carnibus ducuntur. Nemo tamen mentis compos hyoscyamum comederit, nec carnem caninam gustauerit, nisi forte magna quædam necessitas vrgeat: quod quidem si vsu ueniat, nihil hoc modo vescens delinquit. Quapropter scire debes, nos opera data res noxias auersari, & iis quidem animalibus vesci, quæcumque succi boni sunt, vtileque nutrimentum præbent: ab aliis autem abhorrere, quæ forte valetudinem incommodam, vel aliquid aliud ingratæ rei nobis sint conciliatura, si comedantur. Prisci quidem illi patres certas nobis hac in parte leges præscripserunt, vt lasciuiæ voluptatique nostræ modum statuerent. Ac de his sane dictum hactenus esto. [Quia vero studium in discendo tuum mihi perspe-

1. Tim. 4. 34.
Act. 10. 13.
Cur adhuc animalia quædam sint immunda.
Basilius.

τὴν εὐφημίαν ἐδέξαντο; εἶδε γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς αὐτά, καὶ εἶπεν ὅτι καλά. Εἰ οὖν ὁ χοῖρος καλός, ὡς κτίσμα Θεοῦ, πῶς ὁ αὐτὸς ἀκάθαρτος ὕστερον; εὔδηλον οὖν ὅτι τὸ τοῦ Ἰσραὴλ πρὸς κακίαν ὀξύρροπον διορθούμενος ὁ Θεὸς τοιούτους ἔθετο νόμους, καὶ τοιαῖσδε θεραπείαις ἐχρήσατο. οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Νῶε διαίρεσιν τεχνᾶται τῶν ζώων. ἐπεὶ γὰρ ἑώρα τοὺς ἀνθρώπους εἰς εἰδωλομανίαν ἐκκλίνοντας, εὐμεθόδως, ὡς ἔφημεν, εἰς καθαρὰ ταῦτα διΐστα καὶ ἀκάθαρτα. τίνος ἕνεκεν; ἵνα τὰ μὲν αὐτῶν ἐσθίοντες ὡς καθαρά, τὰ δὲ πάλιν ὡς ἀκάθαρτα φεύγοντες, μηδὲν ἐξ αὐτῶν ὡς Θεὸν προσκυνήσωσιν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκάλει ἀκάθαρτα τὰ κοινῶς ἀρχῆθεν παρ' αὐτοῦ τὴν εὐφημίαν δεξάμενα.

Ὅτι δὲ συγκαταβάσεως ἦν ἡ γενομένη τότε τῶν ζώων διαίρεσις, καὶ ὁ μακάριος ἔδειξε Παῦλος οὕτως εἰπών· οὐδὲν κτίσμα Θεοῦ ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον. ἐπιβεβαιοῖ ταῦτα καὶ μᾶλλον ἡ γενομένη θεία φωνὴ πρὸς τὸν κορυφαῖον Πέτρον, ἡνίκα τὴν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθεῖσαν ὀθόνην ἑώρακεν. ἀναστὰς γάρ, φησι, Πέτρε θῦσον καὶ φάγε. καί, ἃ ὁ Θεὸς ἐκάθηρε, σὺ μὴ κοίνου. Εἰ δὲ καὶ νῦν ἀκάθαρτά τινα παρ' ἡμῖν, ὡς ὁ λύκος, ὁ λέων, καὶ ἡ πάρδαλις, μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν. ἔχεις γὰρ τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ τὰ περὶ τούτων οὕτω διευκρινοῦντά σοι. ὡς ἐν λαχάνοις τὸ βλαβερὸν τοῦ καταλλήλου χωρίζομεν· οὕτω καὶ ἐν τοῖς κρέασι τοῦ χρησίμου τὸ βλαβερὸν διακρίνομεν. ἐπεὶ λάχανόν ἐστι καὶ τὸ κώνειον, ὥσπερ κρέας ἐστὶ καὶ τὸ γύπειον. ἀλλ' ὅμως οὔτε ὑοσκύαμον φάγοι ἄν τις νοῦν ἔχων, οὔτε κυνὸς ἅψαιτο, μὴ μεγάλης ἀνάγκης κατεπειγούσης. ὡς ὅ γε φαγὼν οὐκ ἠνόμησε. μάνθανε οὖν ὅτι τὸ βλαβερὸν ἐκφεύγοντες, τὰ μὲν τῶν ζώων ἐσθίομεν, ὅσα καὶ μᾶλλον εὔχυμά τε καὶ εὔτροφα, τὰ δὲ μυσαττόμεθα, καχεξίας καὶ ἴσως καὶ ἀηδίας ὄντα παρεκτικά. ταύτῃ τοι καὶ ὅρους οἱ πατέρες ἐπὶ τούτοις τεθείκασι, τὸ λίχνον κἀντεῦθεν ἡμῶν ἀναστέλλοντες. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. . . . .

. . . .

Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν κριτῶν λιμοῦ γεγονότος, ἀπῆρεν ἐκ Βηθλεὲμ ἡ Νοεμὶν σὺν τοῖς παισὶν *αὐτῶν, ἐν ἀγρῷ Μωάβ· κἀκεῖσε νύμφας ἔλαβον, Ὀρφανὴν καὶ Ῥούθ. μετὰ δέκα δὲ ἔτη τῶν ἀνδρῶν θανόντων, ὑπέστρεψεν ἡ Νοεμίν, ἠκολούθουν αὐτῇ καὶ αἱ δύο νύμφαι· καὶ ἡ μὲν Ὀρφανὴ πεισθεῖσα τοῖς λόγοις Νοεμὶν ὑπέστρεψεν. ἡ δὲ θαυμασία Ῥοὺθ οὐκ ἐπείσθη, λέγουσα· ὁ λαός σου, λαός μου, καὶ ὁ Θεός σου Θεός μου. καὶ συνελθοῦσα ἐμίγη τῷ Βοὼς, καὶ τέτοκε τὸν Ὠβὴδ τὸν πατέρα Ἰεσσαὶ, ἀφ' οὗ Δαβίδ.

*αὐτῆς.

Ἀπὸ Ναβουχοδονόσορ αἰχμάλωτοι Μαρδοχαῖος, γυνὴ Ἐσθὴρ, καὶ λοιποὶ, οἳ ἦσαν ἐπὶ Ἀρταξέρξου. οὗτος ὁ Μαρδοχαῖος ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως ἀκούσας δύο εὐνούχων μελετώντων κατὰ τοῦ βασιλέως, ἀνέφερε περὶ τούτων αὐτῷ. οἳ καὶ ἀπώλοντο. τούτων οὖν ἕνεκεν ὁ παρὰ τῷ βασιλεῖ μέγιστος Ἀμμὰν λυπηθεὶς, ἔπεισε τὸν βασιλέα κατὰ Ἰουδαίων ἐπεξελθεῖν, καὶ γράμματα στεῖλαι τοῖς τῶν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ χωρῶν ἄρχουσιν, ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως Αἰθιοπίας, τοὺς ὁπουδήποτε εὑρισκομένους Ἰουδαίους τελείως κατασφάττειν κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ δωδεκάτου μηνός. μανθάνει ταῦτα ἡ βασιλὶς Ἐσθήρ· καὶ νηστεύσασα τρεῖς ἡμέρας, δέεται πρῶτον τοῦ Θεοῦ, εἶτα καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀρταξέρξου, λέ-

A ctum est, operæpretium facturus sum, si quarundam ex Iudithæ libro narrationum meminero.

Nabuchodonosor propterea, quod nationes cæteræ sibi aduersus Arphaxam bellum gerenti opem non tulissent, copiarum suarum imperatorem Olophernem aduersus quosuis ablegauit, seque totius terrarum orbis magnum regem ac Dominum appellauit. Hoc mandato accepto, aduersus Iudæos Olophernes copias mouet. Eum Achior Ammanites in hanc sententiam monere: si quod esset delictum eius nationis, quo Deum offendissent, recte se facturos, si regionem illam inuaderent, quippe quam bello haud dubie capturi essent. Sin autem, consulere se Olopherni, tanquam Domino suo, illam vt nationem missam faceret. His auditis Achiorem vicissim Olophernes interrogare: Putaretne Deum quempiam esse, præter Nabuchodonosorem? illum scilicet ablegaturum copias suas, & nationem illam funditus exstirpaturum. Hoc modo factum, vt bello moto, caput ei Iudithæ mulieris consilio plane callido & feliciter succedente præcideretur, omnesque ipsius opes a Iudæis diriperentur. Achiore diuinam fidem cum circumcisione amplexo.]

Iudithæ ac Olophernis historia.

Cæterum quo tempore Iudices Israelicorum nationi præerant, oborta fame, Noema cum filiis suis Bethlehemam reliquit, & Moabitarum in terram profecta est. Ibi cum vxores filii duxissent, Orphanum scilicet ac Rutham, annisque decem exactis mortui essent: Noema nuribus suis se comitantibus in patriam suam reuersa est. * Nolebat enim ei roganti, vt istic manerent, Orphana parere: quod se diceret gentem eius agnituram pro sua, Deumque ipsius pro suo Deo habituram. Hoc modo profecta cum socru, Booso nupta est, ac Obedum, Iessæ patrem, Dauidis auum peperit.

Ruth. 1. 16.
** Vide Notas.*

Inter alios, quos Nabuchodonosor captiuos abduxerat, fuerunt Mardochæus & Esthera mulier. Hi quum regnante Artaxerxe superstites adhuc forent, forte accidit, vt quum Mardochæus in aula regia duorum eunuchorum consilia depræhendisset, aduersus regem inita, rem omnem regi renuntiaret, qua patefacta illi morte multabantur. Hinc offensus Ammanus, qui plurimum apud regem poterat, auctor regi fuit, vt Iudæos adoriretur, missisque litteris ad centum viginti septem regionum præsides, quæ regiones inter Indiam & Æthiopiam sitæ sunt, imperaret: vt quotquot vbique gentium Iudæi reperirentur, omnino morte adficerentur. Hanc rem vbi Esthera regina cognouisset ad XIV mensis XII, completo trium dierum ieiunio, Deum initio precatur, inde regem Artaxerxem huiusmodi ver-

Estheræ historia.
Vide Notas.

Esther 5. 2. bis alloquitur: Quum te, rex, intuerer Angelo diuino consimilem, cor meum formidine maiestatis tuæ perculsum plane se demisit & contabuit. Tum rex eam hortari, vt quod vellet, ab se peteret. Interim Ammanus Mardochæo in regia conspecto, totus in hoc incumbere, vt hominem in crucem ageret. Verum Deus adempto regi somno, quominus Ammani consilium succederet, impediuit. Quum enim rex noctu præ quadam animi ægritudine non dormiret, forte secum ipse Mardochæi meritum recognoscens expendit. Quapropter inuito Ammano Mardochæus honoribus amplissimis ornatur: & Ammanus e contrario suæ peruersitatis pœnas luens, Esthera regina obsecrante ac rem perficiente, cruci adfigitur. Simul diuersam in sententiam perscriptæ litteræ mittuntur, quibus non Iudæorum modo saluti consulebatur: verumetiam mandabatur, vt aduersarios suos necarent. Itaque factum est, vt illi supra quingentos homines interficerent, decem Ammani filiis in crucem actis. Hanc ob caussam institutum legimus, vt XIII & XIV Adaris mensis dies Iudæis perpetuo festi sint.

Historia Tobiæ. Tobæus imperante Enemesaro Assyriorum rege in captiuitatem abductus est. Is per omnem vitam veritatis & iustitiæ studiosissimus fuit, quumque captiuus Nineuen vna cum vxore Sarra & Tobia filio perductus esset, cognatis cæteris pane gentium vescentibus, ab eo prorsus abstinuit. Deinde necatos a rege Senacherimo, quo tempore is reuertebatur, e Iudæa profugiens, furtim sepeliebat: qui sane ab irato rege non pauci sunt interfecti. Quinetiam noctu multos ob regis metum terræ mandabat. Quapropter aliquando accidit, vt vultu aperto iuxta parietem consopitus cubaret: ignorans istic passeres in pariete nidificasse. Illi vero calidum stercus in oculos eius excernunt, ex quo innata ipsius oculis est albugo. Consimiliter quum vxor die quodam ipsi hœdum adferret, datum sibi mercedis nomine: nolebat eo vesci propterea, quod furtiuum existimaret, eaque de caussa probris ab vxore incessebatur, vt qui fructum ex virtute nullum caperet. Tum ille plorare, ac Domino dicere: satius sibi fore, si moriatur, quando falsis probris adficiatur. Eodem hoc tempore Sarra quoque Ragueli filia verbis contumeliæ plenis est exagitata, quasi viros septem, quibuscum nupta fuerat, suffocasset, quos tamen Asmodæus ille nequam genius interfecerat prius, quam cum ea consuescerent: quam illa rem tam ægro tulit animo, vt ipsa sibi manus adferre cogitaret. Verum Deus neque Tobæi, neque Sarræ probra neglexit. Nam quum Tobæus

A γοῦσα. εἶδόν σε Κύριε ὡς Ἄγγελον Θεοῦ καὶ ἐταράχθη ἡ καρδία μου ἀπὸ φόβου τῆς δόξης σου, καὶ ἔπεσεν ἐκλυθεῖσα. ὁ δὲ προὐτρεπεν αἰτῆσαι ὃ θέλει. ὁ δὲ Ἀμμὰν ἰδὼν τὸν Μαρδοχαῖον ἐπὶ τῆς αὐλῆς, παρασκευάζει κρεμασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ ξύλου. ὁ δὲ Θεὸς τοῦτον ἐκώλυσεν, τὸν τοῦ Βασιλέως ἀφελόμενος ὕπνον. ἀκηδιῶν γὰρ νυκτὸς, εἰς ἀνάγνωσιν ἦλθεν. ἐφ' ᾧ καὶ ἐμνήσθη ὧν ἐποίησεν εἰς αὐτὸν ὁ Μαρδοχαῖος. ὅθεν καὶ μὴ βουλομένου τοῦ Ἀμμὰν, ἐτιμήθη τὰ μέγιστα. ὁ δὲ Ἀμμὰν καθ' ἑαυτοῦ τὴν κακίαν ἔφερεν, ἐκρεμάσθη γὰρ ἐπὶ ξύλου τῇ δεήσει καὶ κα-

B τασκευῇ τῆς Ἐσθήρ. καὶ γράμματα δὲ ἕτερα ἐστάλησαν, οὐ μόνον εἰς σωτηρίαν αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ἀντικειμένους ἀμύνωνται. καὶ γὰρ ἄνδρας φ'. ἀπέκτειναν, καὶ ἑτέρους πλείονας. ἐκρεμάσθησαν δὲ καὶ οἱ δέκα υἱοὶ τοῦ Ἀμμάν. κατὰ τοῦτο καὶ ἡ γραφή φησιν· ἔσονται δὲ ἡ ιγ'. καὶ ἡ ιδ'. τοῦ Ἀδὰρ, ἡμέρα ἑόρτιος εἰς γενεὰς αὐτῶν.

Ὁ Τωβὴτ ᾐχμαλωτίσθη ἐν ἡμέραις Ἐνεμεσάρου βασιλέως Ἀσσυρίων. ἐγὼ Τωβὴτ ὁδοῖς ἀληθείας ἐπορευόμην καὶ δικαιοσύναις Περὶ Τωβίτ.

C πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. καὶ ὅτε μετὰ Σάῤῥας καὶ Τωβίου ᾐχμαλωτίσθη εἰς Νινευὶ, πάντες οἱ ἐκ τοῦ γένους μου ἤσθιον ἄρτους τῶν ἐθνῶν, ἐγὼ δὲ οὔ. καὶ εἴ τινας ἀπέκτεινε Σενναχηρεὶμ ὁ βασιλεὺς, ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων· πολλοὺς γὰρ ἀπέκτεινεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. καὶ νυκτὸς διὰ φόβον πολλοὺς ἔθαπτον. ὅθεν καὶ ἐκοιμήθην παρὰ τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς ἀνακαλύπτῳ προσώπῳ· καὶ οὐκ ᾔδειν ὅτι στρουθία ἐν τῷ τοίχῳ ἐστί. καὶ ἀφώδευσαν τὰ θερμὸν εἰς τοὺς ὀφθαλμούς μου, ἐγενήθη λευκώματα ἐν αὐτοῖς. ἡ δὲ γυνή μου

D προσήγαγέ μοι ἔριφον, ὃν εἰς μισθὸν τοῦ κόπου ἔλαβεν. ἐγὼ δὲ δοκῶν * κλεψιμαῖον εἶναι, οὐκ ἔφαγον, καὶ ὠνειδίσθην παρ' αὐτῆς, ὡς δῆθεν μηδὲν ὠφελούμενος ἐξ ἀρετῆς. καὶ ἔκλαυσα πρὸς Κύριον· λυσιτελεῖ μοι ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν, ὅτι ὀνειδισμοὺς ψευδεῖς ἤκουσα. τότε δὲ καὶ Σάῤῥα ἡ τοῦ Ῥαγουὴλ ὠνειδίσθη, ὡς δῆθεν ἀποπνίξασα οὓς ἔλαβεν ἄνδρας ἑπτά· τούτους δὲ Ἀσμοδαῖος τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ἀπέκτεινε, πρὶν ἢ γενέσθαι μετ' αὐτῆς. ὡς καὶ βουληθῆναι αὐτὴν ἐντεῦθεν ἀπάγξασθαι. ἀλλ' ὁ Θεὸς οὔτε Τωβὴτ, οὔτε Σάῤῥας παρεῖδε τὸν ὀνειδισμόν. ἀποστελλομένου γὰρ τοῦ

* κλεψιμαῖον

A Τωβίου ἐπὶ τῷ τὰ εἰς παρακαταθήκην κείμενα πατρῷα ἀργύρια λαβεῖν, ὁ τοῦ Κυρίου Ἄγγελος Ῥαφαὴλ συνηκολούθησε. καὶ καθ᾽ ὁδὸν ἰχθύος φανέντος παρὰ ποταμὸν, ἐπτοήθη ὁ παῖς. ὁ δὲ Ἄγγελος ἐπέτρεψε λαβεῖν αὐτὸν καὶ φαγεῖν, τὴν δὲ καρδίαν καὶ τὸ ἧπαρ φυλάσσειν, τὸ μὲν ἧπαρ εἰς θυμίασιν τοῦ Ἀσμοδαίου, τὴν δὲ καρδίαν εἰς *χρῆσιν τῶν πατρικῶν ὀφθαλμῶν. ἀπήγαγε δὲ αὐτὸν εἰς τὸν Ῥαγουὴλ οἶκον, ὅθεν καὶ λαμβάνει μὲν εἰς γυναῖκα τὴν Σάῤῥαν, τὸν δὲ φιλοῦντα αὐτὴν Ἀσμοδαῖον ἐκεῖθεν διώκει. ἀναλαβόμενος δὲ τὸ ἀργύριον καὶ τὴν Σάῤῥαν, ὑπέστρεψε. B ταύτῃ τοι καὶ τῶν τοῦ Τωβὴτ ὀφθαλμῶν χρισθέντων, θαῦμα ἐγένετο.

*χρίσιν.

Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τάδε πρὸς αὐτοὺς ὁ ἅγιος Ἄγγελος ἔλεγεν· Ἐλεημοσύνη ἐκ θανάτου ῥύεται, καὶ αὐτὴ ἀποκαθαίρει πᾶσαν ἁμαρτίαν. καὶ νῦν ὅτε προσηύξω σὺ καὶ ἡ νύμφη σου Σάῤῥα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ ἁγίου Θεοῦ· καὶ ὅτε ἔθαπτες τοὺς νεκροὺς, συμπαρήμην σοι. καὶ ὅτε οὐκ ὤκνησας ἀναστῆναι καὶ καταλιπεῖν τὸ ἄριστόν σου, ὅπως ἀπελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρὸν, οὐκ ἔλαθές με ἀγαθοποιῶν, ἀλλὰ σὺν σοὶ ἤμην. C καὶ νῦν ἀπέστειλέ με ὁ Θεὸς ἰάσασθαί σε καὶ τὴν νύμφην σου Σάῤῥαν. ἐγώ εἰμι Ῥαφαὴλ εἷς τῶν ἑπτὰ Ἀγγέλων, οἳ προσαναφέρουσι τὰς εὐχὰς τῶν ἁγίων. καὶ ταῦτα παραινέσας, ἀνέβη πρὸς τὸν ἀποστείλαντα. καὶ τοῦτο μὲν *τοῦ Ῥαφαὴλ ὄνομα ἔμαθες ἤδη ἐκ τοῦ Τωβήτ. τὸ δὲ Οὐριὴλ, καθά φησι τῷ ὄντι Ψελλὸς, οὔτε τὰ τῆς παλαιᾶς, οὔτε τὰ τῆς νέας ἡμῖν ἐγνώρισεν. ἔστι δέ τι βιβλίον Ἑβραϊκὸν ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, προσευχὴ δὲ Ἰωσὴφ ἐπιγεγραμμένον· ἔνθεν δὴ ὁ ἐκείνου D πατὴρ Ἰακὼβ εἰσῆκται τούτῳ δὴ τῷ Ἀγγέλῳ Ῥαφαὴλ διαλεγόμενος, καὶ ἄρτι τοῖς Ἑβραίοις, ὡς καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀποκρύφων ἀπωσταί τε καὶ ἠθέτηται. ὁ μέν τοι Τωβὴτ ρν΄. ἔτη ἔζησεν. ὁ δὲ Τωβίας ρκζ΄. μετὰ δὲ τὸ θάψαι τοὺς γονεῖς αὐτοῦ, ἀπῆλθεν πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ, καὶ ἤκουσε πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν τὴν ἀπώλειαν Νινευὶ, ἣν ᾐχμαλώτευσε Ναβουχοδονόσορ κατὰ τὴν Τωβὴτ πρόῤῥησιν.

*τὸ

Μετὰ μέν τοι τὸν Σαμψὼν ἕως Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως, ἐπανιστάμενοι συνωλοθρεύοντο. ὅσον μὲν οὖν κακόν ἐστι τὸ περιορᾶν τοὺς ὑπὸ χεῖρα ἁμαρτάνοντας, καὶ

Glycæ Annal.

A filium suum Tobiam ablegasset ad repetendum argentum, quod alibi deposuerat: Angelus Dei Raphaelus eum comitatus est. In eo itinere puer conspecto ad fluminis ripam pisce, vehementer est exterritus, quem Angelus hortatur, vt piscem prehendat, eiusque partes cæteras comedat, solum cor & iecur sibi reseruet: quorum alterum, videlicet hepar, seruiret ad abigendum suffitu Asmodæum: cor autem, ad inungendum paternos oculos. Secundum hæc iuuenem Ragueli domum deducit, qui Sarram filiam eius vxorem accipit, & Sarræ amatorem Asmodæum abigit. Hinc sumpto secum argento & coniuge Sarra, B domum reuertitur. Quumque peruncti forent ab eo Tobæi patris oculi, prodigium fit ingens, visu ei restituto.

Quibus in hunc modum gestis, Angelus ipsos verbis talibus alloquitur: Beneficentia profecta de commiseratione cordis, hominem a morte vindicat, & omne peccatum expiat. Quo quidem tempore tu nurusque tua Sarra Deum precabimini, ego precationis vestræ monumentum coram sancto illo Deo subuehebam: quum tu mortuos sepeliebas, aderam tibi: cum minime cunctabaris, quin surgeres, relictoque prandio tuo discederes obuelatum mortui hominis cadauer: hæc tua præclara facta me non latebant, semper tibi scilicet præsentem. C Meque nunc adeo misit Deus ad te nurumque tuam Sarram sanandos. Sum enim genius ille Raphaelus, vnus de septem Angelis, qui ad Deum sanctorum preces deferunt. His pronuntiatis ad eum ascendit, a quo fuerat ablegatus. Hoc ipsum autem Raphaeli nomen ex hac de Tobæo narratione cognitum scilicet habes. Verum appellatio Vrieli, quemadmodum vir reapse sapiens Psellus scripsit, nec prisci fœderis libris, nec noui continetur: sed exstat in libro quodam Hebraico, qui vulgo non est notus, habens inscriptionem precationis Iosephi: quo in D libro Iosephi pater Iacobus hoc cum Angelo colloquens introducitur. Liber ipse apud Hebræos, vt alii quoque apocryphi, pro reiecticio ducitur, & nihil auctoritatis habet. Cæterum Tobæus annos CL viuendo expleuit, Tobias filius CXXVII, quumque parentes suos humo tradidisset, ad Raguelum socerum suum profectus est, & ante mortem suam de Nineues interitu cognouit, quam Nabuchodonosor cœpit, vti futurum Tobæus prædixerat.

Tob. 12. 9.

Pselli locus. Vide Notas.

Ad Samsonem vt redeamus, post obitum eius ad Elium vsque pontificem [totis annis XL Israelici nullius imperio parebant.] Quapropter se inuicem alii alios adorti, communis interitus & excidii sibimet auctores erāt. Quantum quidem in eo mali sit, cum nobis subiecti animaduertēte nemine delinquunt,

Elii pontificis historia.

nec acriter coercentur: Elii demonstrat historia, cum iis, quæ arcæ populoque Israelico acciderunt. Nam & Elius miserabili fine vitam claudit, & hostium in potestatem arca venit, & gladio populus occiditur. Quippe Iudæos Palæstini bello inuadunt, prælio inter se vtrique congrediuntur, Hebræorum ad quatuor millia cadunt. Hinc arca Israelici aduecta, cum ea in hostes irruunt, quod omnino futurum confiderent, vt ea præsente superiores ipsi pro more discederent. Conseruntur ergo manus, Hebræorum plurimi cadunt, arca ipsa ab hostibus intercipitur. Quamobrem infeliciter gestæ rei tristem nuntium Elius accipit, ac suorum quidem filiorum interitum generoso fert animo, quod ii vitiis suis non caruissent, scortationi ac luxuriæ dediti: (consueuerant enim toros alienos polluere, oblatisque Deo carnibus ante vesci, quam consecratæ forent) verum ob arcæ captiuitatem grauissime perculsus, solio suo delabitur, moxque viuendi finem facit. Nam forte tum pro templi foribus in sella versatili consederat annos iam nonaginta & octo natus.

Arcam Palæstini ab se captam in oppidum Azotum auehunt. neque multo post Dagon loco suo motus est, allisusque terræ venerabundi speciem coram arca prostratus exhibuit.

Cur arca fuerit capta.

Voluit autem Deus ostendere, non ex imbecillitate quadam sua fuisse captam arcam. Nam cæteroqui Deus aduersariorum Dagon arca præsente non fuisset attritus. De quo colligere licet, præsentem in ea quidem fuisse diuinam gratiam: sed ob Iudæorum sceleratam vitam Deum permisisse, vt hostium in potestatem veniret. Eodem tempore morbo intestinorum adfecti moriebantur, quotquot arcam cœperant, visceraque corrupta excernebant. Præterea murium ingens enata copia fines eorum infestabat. Quapropter Azotii vix tandem intellecto, se malis huiusmodi ob arcam vexari: Ascalonitas orant, vt eam ad se reciperent. Hoc illi quum fecissent, consimiles calamitates experiuntur. Ad alios igitur eam Ascalonitæ ablegant, iique vicissim ad alios: omnibus eadem mala perpessis. Hanc ob caussam congressi optimates illarum quinque vrbium, quæ hisce suppliciis multatæ fuerant, nimirum Accaronis, Gazæ, Azoti, & reliquarum, de tota re deliberant: statuuntque duas vaccas fœtas currui alligandas esse, cui arca imponatur. Hoc facto, vaccas in triuio relinquunt, eisque potestatem faciunt eundi quo velint. Quod si pergerent in Hebræorum fines, omnino existimandum aiunt, arcam ipsis eiusmodi malorum caussam fuisse: sin

A μὴ σφοδρῶς ἐπιπλήττειν αὐτούς, ἔδειξε τὰ κατὰ τὸν Ἠλεὶ, τὴν κιβωτὸν καὶ τὸν λαὸν συμβάντα. τηνικαῦτα γὰρ ὁ μὲν Ἠλεὶ θανάτῳ οἰκτρῷ περιπίπτει, ἡ κιβωτὸς αἰχμαλωτίζεται, καὶ ὁ λαὸς ἀναιρεῖται μαχαίρᾳ. Παλαιστινοὶ καὶ γὰρ κατὰ Ἰουδαίων ὁρμῶσι, συμπλέκονται ἀλλήλοις, καὶ πίπτουσιν Ἑβραῖοι ὡσεὶ τετρακισχίλιοι. εἶτα τὴν κιβωτὸν ἀράμενοι, σὺν αὐτῇ κατὰ τῶν πολεμίων ὁρμῶσι, κρατῆσαι συνήθως θαρρήσαντες. συμβάλλουσιν ἀλλήλοις, καὶ πίπτουσι μὲν ἐκ τῶν Ἑβραίων B οὐκ ὀλίγοι, αἰχμαλωτίζεται δὲ καὶ αὐτὴ ἡ κιβωτός. οὐκ ἀγαθὴ λοιπὸν ἀγγελία καταλαμβάνει τὸν Ἠλεί· καὶ τὴν μὲν τῶν αὐτοῦ παίδων ἀπώλειαν φέρει γενναίως, καὶ ὅτι καὶ σφάλματα προσῆσαν αὐτοῖς, πορνεία καὶ γαστριμαργία. (γάμους γὰρ ἀλλοτρίους ἐξώρυττον, καὶ τὰ κρέα πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι ἤσθιον.) τὴν δὲ τῆς κιβωτοῦ αἰχμαλωσίαν οὐκ ἐνεγκὼν, καταπίπτει τοῦ θρόνου, καὶ τελευτᾷ. ἔτυχε γὰρ τότε κατά γε τὰς πύλας τοῦ ἱεροῦ καθήμενος ἐπὶ δίφρου, ὀκτὼ καὶ ϙʹ. βιώσας ἔτη.

Αἰχμαλωσία κιβωτοῦ.

Τὴν μέν τοι κιβωτὸν οἱ Παλαιστινοὶ λαβόντες, εἰς πόλιν Ἄζωτον αἰχμάλωτον ἤγαγον. τότε καὶ Δαγὼν συνετρίβη τῆς οἰκείας ἐκστὰς ἕδρας, καὶ ὡς ἐν σχήματι προσκυνοῦν- C τος πεσών. ἔδειξε γὰρ ὁ Θεὸς ἐνταῦθα, ὅτι οὐχ ὡς ἀσθενὴς ᾐχμαλωτίσθη ἡ κιβωτός. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς ὁ Θεὸς αὐτῶν Δαγὼν συνετρίβη. ὥστε εἰ μὴ θεία χάρις προσῆν ἐν αὐτῇ. αἰχμαλωτισθῆναι δὲ συνεχωρήθη διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων κακίαν. τότε δὴ τότε καὶ ὑπὸ δυσεντερίας ἀπέθνησκον οἱ αἰχμαλωτίσαντες αὐτὴν, τὰ ἐντὸς ἐξεμοῦντες διεφθαρμένα. ἀλλὰ καὶ μυῶν πλῆθος ἀνελθὸν τὰ τῆς χώρας κατέβλαπτε. μόλις οὖν οἱ Ἀζώτιοι συνῆκαν, ὡς ἐκ τῆς κιβωτοῦ τὰ D τοιαῦτα προσγίνονται αὐτοῖς· ἀξιοῦσι λοιπὸν τοὺς Ἀσκαλωνίτας. καὶ ταύτην προσδεξάμενοι, ἐν τοῖς ὁμοίοις γίνονται κακοῖς. οἱ δὲ Ἀσκαλωνῖται πρὸς ἑτέρους πέμπουσι, κἀκεῖνοι πρὸς ἄλλους. καὶ πάντες τὰ αὐτὰ πάσχουσι. συνέρχονται οὖν οἱ τῶν παθουσῶν πέντε πόλεων ἄρχοντες, Ἀκαρὼν, Γάζης, Ἀζώτου, καὶ τῶν λοιπῶν, καὶ περὶ τούτου σκοποῦσιν. ὅθεν, καὶ βόας ὑποζεύξαντες πρωτοτόκους, καὶ κιβωτὸν αὐτοῖς ἐπιτεθέασι, καὶ ἐπὶ τριόδου καταλιπόντες, ἐπιτρέπουσιν αὐτοῖς ἣν βούλονται * ὁδὸν ἀπελθεῖν. κἂν μὲν τὴν Ἑβραίων ἀπίωσιν, ὑπολαμβάνειν τὴν κιβωτὸν αἰτίαν εἶναι τῶν τοιούτων κακῶν. ἂν

*al. τὴν ὁδὸν

δὲ ἄλλῃ τρέπωνται, καταδιώξωμεν αὐτὴν ἔφασαν, ἅτε μὴ τοιαύτην ἔχουσαν δύναμιν. γίνεται ταῦτα, καὶ θείαν τῇ κιβωτῷ προσεῖναι διέγνωσαν δύναμιν.

Præterea Solomo de gemmis quoque disseruit, earumque natura: non tantum quo illæ pacto colores hos vel illos accipiant, vel gignantur & coalescant: verumetiam quis vniuscuiusque sit vsus. Aliam enim pudicitiæ custodem esse pronuntiauit: aliam sulfureis inflammationibus resistere: aliam malos genios abigere. Quinetiam librum de geniis composuit, quo nimirum pacto e sublimi deducantur, & qualibus formis appareant. B Eorumdem naturas atque proprietates complexus est, tum quo pacto vinculis adstringantur, & certis locis adsueti abigantur. Hinc factum, vt operas quasdam gestandorum onerum eis imponeret. Nam & materiem (ceu perhibent) eos cædere cogebat, & humeris onera portare. Idem hominum viscera exhulcerata vel carminibus, vel herbis adhibitis sanabat. Verum diuinus homo Ezecias, qui se totum Deo consecrasset ac mancipasset, eiusque ad prouidentiam cuncta referret, parui ea fecit, quæ supra naturam Solomo philosophatus esset. Hæc autem a Psello tradita veritati consentanea esse, Iosephus quoque verbis hisce testatur: C Etiam carmina quædam aduersus genios, & eorumdem adiurationes excogitauit: quibus, inquit, memini Iudæum quemdam Eleazarum vtentem, annulum naribus hominis agitati malo a genio sic admouisse, quemadmodum indicauit Solomo: quem quum genius olfecisset, continuo ex eo migrauit. Et migrationem hanc fieri, de vase quodam, aqua repleto, perspicue animaduerti poterat. Nam aqua genio exeunte turbabatur. Atque hæc omnia de Solomone commemorata, confirmat ipsemet in eo libro, qui Sapientia Solomonis appellatur; his ipsis verbis, Deus mihi dedit rerum cognitionem verissimam, D vt mundi compagem perspectam habeam, siderumque situs, & naturas animantium, & stirpium differentias, & radicum vires, & abditorum cognitionem. Quibus sane verbis ostenditur, omnia de Solomone prodita fidem mereri.

De gemmis libri Solomonis.

Eiusdem liber de geniis.

Quo pacto geniis imperauerit.

Ezeciæ pietas.

Iosephi de magicis Solomonis locus.

Genius ex præscripto Solomonis expulsus.

Sap. 7. 20.

Cæterum Sabæi natio sunt Æthiopica. Eorum regina fuit admiranda illa Sibylla: quippe quæ quum legem ignoraret, nec vates audisset, per Solomonem sapientiæ subministratorem Deum prædicauit. Celebretur, ait, Dominus Deus ille tuus, qui tibi sic fauerit, vt te Israelicorum solio imponeret. Hæc inter alia, quibus Solomonem tentauit, etiam huiusmodi quiddam excogitauit. Formosos aliquot pueros, tam ma-

Æthiopum regina.

3. Reg. 10. 9.

res quam femellas, vniusmodi vestitu & eadem tonsura quum exornasset: Solomoni eos exhibuit, vtriusque sexus discrimen in his vt indicaret, postulans. Tum ille iussis pueris facies suas abluere, naturam in vtrisque suam deprædhendit: quum mares quidem viriliter vultus suos fricarent, fœminæ vero molliter ac delicate. Illa vero obstupescens, inquit: Maiora vidi, quam auditu acceperim. Simul ei largita centum viginti auri talenta, cum aromatibus, gemmis, & opobalsami radice, vnde Palæstina deinceps hoc germen, Iosepho teste, habuit, ad suos est reuersa. Talentum vero libras CXXV continet. De quo colligi potest, eum a regina centenarios auri nostros centum accepisse.

Iosephus.

Quid talentũ.

Neque vero tantum Solomo præstabat his rebus, verumetiam quamdiu religiosus in Deum erat, omnes ab Euphrate ad Nilum vsque nationes tributarias habebat. Sed ab eo tempore suis inimicis male viuendo talem se præbuit, vt eis resistere non posset. Nimirum ab initio admirationi mortalibus erat, quum Prouerbia litteris mandabat, & exstruebat fanum, sicut eximius ille Cyrillus ait: eodem scilicet tempore, quo Homerus Troianorum calamitates suis exponebat tragice versibus, annis ab vrbe Troiana capta CLX. verum deinceps ita se gessit, vt in summam impietatem prolaberetur. Licet id colligas ex huiusmodi verbis, quæ sacris in litteris exstant: Deflexa mens Solomonis est per exteras vxores ad alienos deos. Quinetiam illustrius intelligi potest ex Achiæ vatis ad famulum Solomonis Ieroboamum oratione, Solomonem deastris religioso cultu honorem exhibuisse. Sunt enim hæc ipsius verba: Significat hæc tibi Dominus. Ego Solomoni regnum de manu extorquebo, & tibi decem scipiones dabo. Vnum illi scipionem relinquam, propter Dauidem famulum meum, & propter Hierosolymam vrbem meam. quandoquidem ille, relicto me, Astarten Sidoniorum piaculum, & Chamosum Moabitarum deastrum, & Melchomum Ammonitarum offendiculum coluit. Astarten sunt qui Luciferum esse tradunt, eamdem scilicet Deam cum Venere. Piaculum & offendiculum appellant litteræ sacræ deastros ac simulacra. Quinetiam Deus ipse Solomonem verbis hisce compellat: Quoniam tu commisisti, vt præcepto meo non obtemperares, & mandata mea tibi præscripta non seruares: eripiam ego tibi de manu tua regnum tuum, idque seruo tuo dabo. Nimirum hoc dicere vult: Quia debitum mihi creatori honorem gloriamque creaturæ seruæ detulisti: ego quoque gloriam maiestatemque tuam ad seruum tuum transferam. Quibus sane verbis elatus Ieroboa-

Cyrillus.

Homerus Solomonis coætaneus.

Vide Notas.

Astarte eadem cum Venere.

3. Reg. 11. 11.

Vide Notas.

ὁμοτρόπῳ στολῇ καὶ κουρᾷ τῇ αὐτῇ καλλωπίσασα, παρέστησεν αὐτῷ, ζητοῦσα ἑκατέρου γένους αὐτὴν διάκρισιν ποιήσασθαι, τούτοις προστάξας τὸ πρόσωπον, ἑκατέρων τὴν φύσιν διέγνωκε· τῶν μὲν ἀρρένων ἀνδρικῶς τὰς ὄψεις καταψώντων, τῶν δὲ θηλειῶν ἁπαλῶς. ἡ δὲ ἐκπλαγεῖσα εἶπεν· ὅτι πλείονα ἑώρακα ὑπὲρ ὃ ἤκουσα. καὶ δοῦσα αὐτῷ χρυσίου τάλαντα ρκ΄. καὶ ἡδύσματα, καὶ λίθους τιμίους, καὶ δὴ καὶ τὴν τοῦ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἀφ᾽ οὗ ἡ Παλαιστίνη τοῦτο γεώργιον ἔσχεν, ὥς φησιν Ἰώσηπος, ὑπέστρεψε. τὸ δὲ τάλαντον ἔχει λίτρας ρκ΄. καὶ ε΄. ὡς ἐντεῦθεν λαβεῖν αὐτὸν ἐξ ἐκείνης χρυσίου ῤῤ ρ.

Οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἕως ηὐσέβει, πάντας τοὺς ἀπ᾽ Εὐφράτου μέχρι Νείλου δασμοφοροῦντας εἶχεν. ἔκτοτε δὲ τοῖς δυσμενέσιν ἀνεπιχείρητος γέγονε. καὶ κατάρχας μὲν ὁ Σολομὼν ἐθαυμάζετο, τὰς παροιμίας γράφων, καὶ τὸν ναὸν ἀνιστῶν, ὥς φησιν ὁ μέγας Κύριλλος· ἡνίκα καὶ Ὅμηρος τὰς τῶν Τρώων ἐτραγῴδει συμφοράς, μετὰ ρξ΄. ἔτη τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. ὕστερον δὲ ἀσεβείᾳ περιέπεσε. δῆλον δὲ τοῦτο, καὶ ἐξ ὧν ἡ θεία γραφὴ διέξεισι περὶ αὐτοῦ λέγουσα· καὶ ἐξέκλιναν αἱ ἀλλότριαι τὴν καρδίαν Σολομῶντος ὀπίσω θεῶν ἑτέρων. οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐξ ὧν ὁ προφήτης Ἀχίας ἔφη πρὸς τὸν ἐκείνου δοῦλον Ἱεροβοάμ, μανθάνομεν ὅτι τοῖς εἰδώλοις λελάτρευκεν ὁ Σολομών. ἔφη δὲ οὕτως· Τάδε λέγει Κύριος. Ἰδοὺ ἐγὼ ῥήσσω τὴν βασιλείαν ἐκ χειρὸς Σολομῶντος, καὶ δώσω σοι τὰ δέκα σκῆπτρα, καὶ δύο σκῆπτρα δώσω αὐτῷ διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν μου. ἀφ᾽ ὧν ἐγκατέλιπέ με, καὶ ἐδούλευσε τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδωνίων, καὶ τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωάβ, καὶ τῷ Μελχὼ προσοχθίσματι υἱῶν Ἀμμών. καὶ Ἀστάρτην μὲν αὐτὴν εἶναι τὸν Ἑωσφόρον μυθολογοῦσι, τὴν καὶ Ἀφροδίτην. βδέλυγμα καὶ προσόχθισμα τὰ εἴδωλα καλεῖ ἡ γραφή. καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν Σολομῶντα οὕτω φαίνεται λέγων ὁ Θεός· Ἀνθ᾽ ὧν ἐγένετο ταῦτα μετὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολήν μου, καὶ τὰ προστάγματά μου, ἃ ἐνετειλάμην σοι, διαρρήσσων διαρρήξω τὴν βασιλείαν σου· ἐκ χειρός σου, καὶ δώσω ταύτην τῷ δούλῳ σου. ἐπειδὴ γάρ, φησι, τὴν πρέπουσαν ἐμοὶ τῷ κτίστῃ τιμήν, καὶ δόξαν τῇ δούλῃ κτίσει ἀπένειμας· δώσω κἀγὼ τὴν δόξαν σου τῷ δούλῳ σου. ὅθεν καὶ ἐπαρθεὶς ὁ Ἱεροβοὰμ ἤρξατο

ἤρξατο ἀπὸ Σολομῶντος τὸν λαὸν ἀφιστᾷν. τοῦτο μαθὼν ὁ Σολομὼν ἐζήτει τὸν Ἱεροβοὰμ συλλαβεῖν. ἐφ᾽ ᾧ καὶ φεύγει πρὸς Αἴγυπτον, τὴν τελευτὴν Σολομῶντος καρτερῶν. καὶ κατὰ μὲν τὴν θείαν γραφὴν ἐβασίλευσε Σολομὼν ἔτη μʹ. κατὰ δὲ τὸν Ἰώσηππον ἔτη ὀγδοήκοντα. ἐτελεύτησε δὲ, ὡς ἐκεῖνος ἔφησεν, ἐτῶν ἐνενήκοντα καὶ τεσσάρων.

Πλὴν ἡ γραφὴ καὶ τάδε περὶ αὐτοῦ διέξεισι. καὶ ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἦν φιλογύναιος, καὶ ἔλαβε γυναῖκας ἀλλοτρίας πολλὰς, καὶ τὴν θυγατέρα Φαραὼ, Μωαβίτιδας, Ἀμμανίτιδας, Σύρας καὶ Ἰδουμαίας, Χετταίας καὶ Ἀμορραίας· καὶ ἦσαν αὐτῷ γυναῖκες ἄρχουσαι ψʹ. καὶ παλλακαὶ τʹ. τότε ᾠκοδόμησεν ὑψηλὰ τοῖς εἰδώλοις πασῶν τῶν γυναικῶν αὐτοῦ. ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὸν παραβάτην Ἰουλιανὸν ὁρμηθῆναι καὶ εἰπεῖν, ὅτι τὸν Σολομῶντα σοφὸν μὴ λέγετε· καθάπερ ὁ μέγας διέξεισι Κύριλλος· εἰ δὲ πεπιστεύκατε εἶναι σοφὸν, μήτοι παρὰ γυναικὸς ἐξηπατῆσθαι νομίζετε, κρίσει δὲ οἰκείᾳ καὶ παρὰ τοῦ φανέντος αὐτῷ Θεοῦ πειθόμενον, λελατρευκέναι τοῖς ἄλλοις θεοῖς. πρὸς οὖν ταῦτα ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἀνταποκρινόμενος καὶ τάδε προστίθησιν· ἀπὸ μὲν * οὖν [*ὧν] ἔγραφε, σοφὸς ἂν λέγοιτο παρ᾽ ἡμῶν δὴ καὶ νοοῖτο κατὰ ἀλήθειαν ὁ Σολομών. ὅτι δὲ πεπλημμέληκεν ὁμολογουμένως, τοῖς ψευδωνύμοις λατρεύσας θεοῖς, ἀρνήσαιτ᾽ ἂν οὐδείς. ὅθεν οὔτε προφήταις ἁγίοις, οὔτε μὴν Ἀποστόλοις ποιούμεθα αὐτὸν ἐναρίθμιον· εἴγε καὶ μᾶλλον κατὰ μὲν τὴν νεότητα τὰ πρὸς δόξαν Θεοῦ πληροῦν ἠπείγετο· κατὰ δὲ τὸν τοῦ γήρως καιρὸν, πάγην αὐτῷ τὴν ἀπὸ γυναικὸς ὁ Σατανᾶς κατεσκεύασε. τούτοις μὲν οὖν καὶ Ἰώσηππος συμφωνεῖ διεξιὼν οὑτωσί. ἀλλ᾽ οὐ τοιοῦτος ὁ Σαλομὼν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ γήρως, ὁποῖος ἄρα καὶ ἐν τῇ νεότητι αὐτοῦ ἦν. προβαινούσης γὰρ τῆς ἥβης, καὶ τοῦ λογισμοῦ διὰ τὸν χρόνον ἀσθενοῦντος ἀντέχειν πρὸς τὴν μνήμην τῶν θείων ἐντολῶν, τοῦ ἰδίου τε Θεοῦ κατωλιγώρησε, καὶ εἰς γυναῖκας ἀλλοφύλους ἐξώκειλε, τοῖς θεοῖς αὐτῶν πρότερον καταθύσας. καὶ πρὸ τούτων δὲ εἰς τὴν φυλακὴν τῶν νομίμων ἐξήμαρτεν, ὅτε τὰ τῶν χαλκῶν βοῶν ὁμοιώματα κατεσκεύασεν, καὶ τῶν λεόντων τῶν περὶ τὸν θρόνον τὸν ἴδιον· καὶ ταῦτα δὶς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καθ᾽ ὕπνους φανέντος. ὅθεν καὶ Ἄδερ τὸν Ἰδουμαῖον ἐγείρει κατ᾽ αὐτοῦ ὁ Θεός. ὁ μέντοι θρόνος τοῦ Σολομῶντος ἐλεφάντινος ἦν, ἀναβαθμίδας ἔχων ἕξ· καὶ ἐν μιᾷ ἑκάστῃ αὐτῶν λέοντες εἱστήκεισαν ἑκατέρωθεν, πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁμοίωμα μόσχου ἦν παρ᾽ αὐτῷ. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται,

A mus, populum a Solomone cœpit abducere: quo ille cognito, quo pacto Ieroboamum compræhenderet, cogitabat. Verum is fuga in Ægyptum euaſit, ibique Solomonis exitum exſpectauit: qui de ſacrarum quidem litterarum auctoritate regnauit annos XL, ſed iuxta Ioſephum LXXX. Idem tradit Solomonem mortuum eſſe, quum natus eſſet annos XCIV. *Ioſephus.*

Narrant etiam litteræ ſacræ, Solomonem mulierum amori fuiſſe deditum, & vxores exteras complures duxiſſe, nimirum filiam Pharaonis, Moabitides aliquot, & Ammanitides, & Syras, & Idumæas, & Chettæas, & Amorræas: ita vt principes vxores DCC, B concubinas CCC habuerit. Ex eo tempore ſublimibuss in locis delubra ſimulacrorum cunctis vxoribus ſuis exſtruxit. Vnde ſumpſit occaſionem deſertor ille fidei Iulianus, vt diceret, Chriſtianos Solomonem minime debere ſapientem appellare. Nam hoc eius verbum Cyrillus memoriæ prodidit. *Iuliani Imp. calumnia.* Quod ſi omnino, inquit, ſapientem fuiſſe perſuaſi eſtis: nolite putare, deceptum a muliere fuiſſe, ſed potius exiſtimate certo iudicio, & auctoritate illius Dei fretum, qui ei ſemet videndum obtulerat, Diis peregrinis ſeruiiſſe. Quibus verbis Cyrillus reſpondens, huiuſmodi quædam ſubiicit: Nos Solomonem propter ea, quæ ſcripſit, & dicere ſapientem, & reipſa ſtatuere poſſumus. *Cyrilli ad Iulianum reſponſio.* C Eundem colendis deaſtris haud dubie deliquiſſe, nemo certe negarit. Qua de cauſſa nec inter ſacros eum vates, nec inter Apoſtolos numeramus. Vel potius ita ſtatuimus, in iuuentute ſtudioſiſſimum fuiſſe, vt quæ ad Dei gloriam pertinerent, efficeret: in ſenecta vero Satanam ei per mulieres inſidias ſtruxiſſe. Quibus ſane poſtremis Cyrilli verbis etiam hoc Ioſephi teſtimonium conſentit. *Ioſephus.* Nequaquam, ait, talis in ſenecta Solomo fuit, qualem in iuuentute ſe geſſerat. Nam ætate iam prouectiore, quum eius ratio paullatim debilitaretur in retinenda diuinorum mandatorum memoria: Deum ſuum non magnifecit, & exteras ad mulieres non ſolum deflexit: verumetiam Diis earum ſacra fecit. D Quinetiam antea deliquit in legis edicta, quum aheneorum boum ſimulacra, leonumque circa ſolium ſuum fingeret: quantumuis ei bis Deus in ſomno apparuiſſet. Quam ob cauſſam Deus Aderē Idumæum aduerſus eum concitauit. Solomonis autem ſolium iſtud eboreum erat, & gradus ſex habebat, in quorum graduum quolibet vtrimque leones ſtabant, & præter hos vituli quoque ſimulacrum habebat. Quæ hactenus indicata ſi vera ſunt,

caueto dilecte fili, ne cui fidem habeas, qui A Solomonem in senectute pœnitentia ductum fuisse dixerit. Nam si hoc accidisset, omnino inter sacros vates referretur, nec vir ille diuinus Cyrillus eum de vatum numero excluderet.

Roboami regnum.

Post Solomonem Roboamus eius filius imperio potitus est, quo regnante populus duas in partes se disiunxit: quod Roboamus eos nimium a Solomone grauatos seruitutis iugo, tractare mitius nollet. Tum duæ tantum tribus, nimirum Iudaica & Beniaminea, reliquæ ipsi manserunt, cæteris decem tribubus Hieroboami Samariæ degentis imperio se subiicientibus. Is metu Solomonis in Ægypto prius vixerat, verum eo B rebus humanis exempto se Samariam contulerat. Subiectus illius regno populus Israelici & Ephræmi appellationem habebat propterea, quod ab Ephræmo Iosephi F. generis originem Ieroboamus traheret. Eum populū Salamanassar rex Assyriorum, qui proxime Senacheribum antecessit, in captiuitatem abduxit: quorum in numero fuit iustus ille Tobæus. Magna vero pars illorum a Senacheribo est interfecta, cum ille singulari cum ignominia Hierosolymis reuerteretur, tandem & ipse tristi fine vitam claudens. Quia enim contumeliosis in Deum verbis vsus fuerat, a propriis filiis vita spoliatus est.

Ieroboami regnum.

Ieroboamus autem, ne regnum amitteret, C populo Hierosolymam proficiscente fani gratia: primus impietatis cuiusdam auctor exstitit, iuuēcasque aureas duobus in locis constituit. Quo facto, Ioelus vates & homo diuinus e Iudæa Bethelem se confert, deque mandato Dei verbis huiusmodi vtitur: O ara, ara. En Dauidis e familia quidam nascetur, cui nomen erit Iosias. Is super te sacerdotes excelsorum mactabit, & ossa humana in te comburet. Quæ verba quum pronuntiasset, etiam manum Ieroboami, quæ propterea prorsus emarcuerat, quia sustulisset illam aduersus vatem, vates ipse sanauit. Tum vates quidam alius, qui iis in locis degeret, hominem illum diuinum vrget, vt D secum vesceretur: quanquam Ioelo mandasset Deus, vt Bethelem proficisceretur, non tamen ibi vel cibo, vel potu sumpto reuerteretur. Itaque cum mensæ adsiderent, Deus alteri vati præcepit, vt diuinum hominem Ioelum verbis huiusmodi compellaret: Quandoquidem in oppidum te contulisti, & cibo potuque te recreasti hoc in loco: corpus tuum sepulcro maiorum tuorum non inferetur. Itaque deinceps factum est, vt ad suos reuertens in itinere a leone perimeretur. Ac interfecit ille quidem vatem, sed vlterius progredi non est ausus. Quippe corpus vatis supplicio propter inobedientiā adfectum, quod supplicium erat ipsa necatio,

3. Reg. 13. 2.

A προσέχειν, ἄξιον, ἀγαπητὲ, καὶ μὴ συναρπάζεσθαι τοῖς λέγουσιν, ὅτι μετάνοια περὶ τὸ γῆρας ὁ Σολομὼν ἐχρήσατο. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, Προφήταις ἂν ἁγίοις ἐναρίθμιος ἦν, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸν ὁ θειότατος Κύριλλος τῆς τῶν Προφητῶν ἐποίει μερίδος ἀλλότριον.

Περὶ τῆς βασιλείας Ροβοάμ.

Μετὰ δὲ ταῦτα κρατεῖ ὁ τοῦ Σολομῶντος υἱὸς Ροβοάμ, ἐφ' οὗ καὶ σχεδάζεται ὁ λαὸς, ἅτε μὴ θελήσαντος ἀναπαῦσαι αὐτοὺς βεβαρημένους ἤδη ὄντας τῷ τοῦ Σολομῶντος ζυγῷ. καὶ δύο μὲν φυλαὶ, ἥτε τοῦ Ιούδα, καὶ ἡ τοῦ Βενιαμὶν, αὐτῷ ἐναπέμειναν· αἱ δὲ λοιπαὶ δέκα ὑπετάγησαν τῷ Ιεροβοὰμ ἐν Σαμαρείᾳ B διάγοντι. διὰ γὰρ τὸν φόβον τοῦ Σολομῶντος ἐν Αἰγύπτῳ διέτριβεν· ἐκείνου δὲ παρελθόντος εἰς Σαμαρείαν ἔρχεται. καὶ ὁ μὲν * ὑπ' αὐτῶν λαὸς καὶ Ισραὴλ ἐλέγετο, καὶ Εφραὶμ υἱοῦ Ιωσὴφ, ὃς Ιεροβοὰμ κατήγετο. τοσοῦτον τὸν λαὸν ἠχμαλώτευσεν ὁ πρὸ τοῦ Σενναχηρεὶμ μετ' αἰσχύνης ἐξ Ιερουσαλὴμ ὑποστρέφει, εἰ καὶ τὸ τέλος οὐκ εἰς καλὸν ἀπέβη αὐτῷ. εἰς γὰρ τὸν Θεὸν βλασφημήσας, ὑπὸ τῶν ἰδίων τέκνων ἀνῄρητο τὴν ζωήν.

*ὑπ' αὐτῷ

Ὁ Ιεροβοὰμ, ἵνα μὴ ἀποσχίζηται ὁ λαὸς C θέλων εἰς Ιεροσόλυμα ἔρχεσθαι διὰ τὸν ναὸν, τῆς ἀσεβείας κατάρχεται πρῶτος, καὶ τὰς χρυσᾶς δαμάλεις ἵστησι. τηνικαῦτα καὶ ὁ Προφήτης Ιωὴλ, ὁ καὶ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, ἐξ Ιούδα παρεγένετο εἰς Βαιθὴλ ἐν λόγῳ Κυρίου, καὶ εἶπε· θυσιαστήριον, θυσιαστήριον. ἰδοὺ τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, Ιωσίας ὄνομα αὐτῷ, καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων ἐπὶ σὲ κατακαύσει. τότε δὴ τότε, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ Ιεροβοὰμ ξηρανθεῖσαν, διὰ τὸ κινηθῆναι κατὰ τοῦ Προφήτου, αὐτὸς ὁ Προφήτης ἰάσατο. Προφήτης δέ τις ὢν ἐκεῖσε, ἐβιάσατο τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ φαγεῖν ἄρτον μετ' αὐτοῦ. καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ πρὸς D αὐτὸν εἰπόντος ἀπελθεῖν μὲν εἰς Βαιθὴλ, καὶ μήτε ἄρτον φαγόντα, μήτε ὕδωρ πιόντα ὑποστρέψαι. ἐφ' ᾧ καὶ καθημένων ἐπὶ τραπέζης, λόγος Κυρίου ἐγένετο πρὸς τὸν Προφήτην ἐκεῖνον, ἵνα εἴπῃ πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ. ἀφ' ὧν ἐπέστρεψας, καὶ ἔφαγες ἄρτον, καὶ ἔπιες ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, οὐ μὴ εἰσέλθῃ τὸ σῶμά σου εἰς τὸν τάφον τῶν πατέρων σου. ἐφ' ᾧ καὶ ὑποστρέφων ὑπὸ λέοντος κατὰ τὴν ὁδὸν θανατοῦται. καὶ ὁ μὲν θὴρ ἀπέπνιξε μόνον αὐτὸν, ἐπὶ πλέον δὲ χωρῆσαι οὐκ ἐτόλμησε. τὸ γὰρ σῶμα τοῦ Προφήτου δίκας εἰσπραχθὲν διὰ τὴν παρακοὴν, αὐτὴν δηλαδὴ τὴν πνιγμονὴν, ἐδικαιώθη ἔκτοτε,

καὶ οὐκέτι βορὰ τῷ λέοντι προὔκειτο. καὶ τὸν μὲν Προφήτην ἐκεῖνον ψευδοπροφήτην εἶναι λέγει, καὶ πονηρὸν, καὶ ἀπατεῶνα τοῦ Ἱεροβοὰμ, ὁ Ἰώσηπος. ὁ δὲ Θεοδώρητος ἀληθῆ προφήτην τὸν τοιοῦτον εἶναι λέγει, παράγων καὶ τὴν γραφὴν οὕτω λέγουσαν· διεσώθη τὰ ὀστᾶ τοῦ προφήτου τοῦ πρεσβύτου, τοῦ κατοικοῦντος ἐν Βαιθὴλ, μετὰ τῶν ὀστῶν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ τοῦ ἥκοντος ἐξ Ἰούδα· καὶ λελαληκότος πάντα τὰ ἔργα ἃ ἐποίησεν Ἰωσίας, ὡσαύτως καὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ· ὁ μὲν Ἰώσηπος Ἰαδὼν αὐτὸν ὀνομάζει. ἡ δὲ βίβλος τῶν παραλειπομένων Ἰωὴλ αὐτὸν ἡμᾶς καλεῖσθαι ἐδίδαξεν.

Περὶ Ἀσᾶ. Ἐπαινεῖ ἡ γραφὴ, καὶ τοῦ Ἀσᾶ τὴν προτέραν εὐσέβειαν. ἐποίησε γάρ, φησιν Ἀσᾶ τὸ εὐθὲς ἐνώπιον Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ. ὅθεν καὶ τοὺς ὁμόρους πάντας ὑπέταξεν. ἀλλὰ καὶ ἑορτὴν ἐπινίκιον ἐκτελέσας, ὀμόσαι παρεσκεύασεν ἅπαντας, ὡς τῆς ἐννόμου πολιτείας οὐκ ἀποστήσονται. ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ τῇ Ἀστάρτῃ λατρεύσασαν περιελομένην τῆς βασιλείας ἐγύμνωσεν. οὐκ ἐν πᾶσι δὲ τέλειος ἦν. οὐδὲ γὰρ ἐξῆρε τὰ ὑψηλά· καὶ τοῦ Βασᾶ δὲ στρατεύσαντος κατ' αὐτοῦ, οὐ τὸν Θεὸν εἰς συμμαχίαν ἐκάλεσεν, ἀλλὰ τὸν βασιλέα Συρίας. ἐφ' ᾧ καὶ δι' Ἀνανῆ τοῦ προφήτου τὴν ἀπιστίαν διήλεγξεν ὁ Θεὸς εἰπών· ἐν τῷ πεποιθέναι σε βασιλεῖ Συρίας, καὶ μὴ ἐπὶ Κύριον τὸν Θεόν σου, ἤτοι ὁ Βασιλεῦ κατὰ σοῦ· διὰ τοῦτο ἐσώθη ἡ δύναμις βασιλείας Ἰσραήλ. ὁ δὲ Ἀσᾶ μὴ θρηνήσας ἐπὶ τούτοις, ὡς δέον ἦν, τὸν προφήτην ἐφυλάκισε, καὶ νοσήσας ὕστερον, οὐ τὸν Κύριον ἐζήτησεν, ἀλλὰ τοὺς ἰατρούς, ἴσως δὲ τοὺς φαρμακούς.

Περὶ Ἰωσαφάτ. Ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὸν Ἰωσαφὰτ, ὡς τὴν ἀρετὴν ἐζηλωκότα κατ' ἀρχὰς τοῦ Δαβίδ. τὸ γὰρ, ὑψώθη αὐτοῦ ἡ καρδία, οὐ κατηγορία, ἀλλ' ἔπαινος. ἐπήγαγε γὰρ, ἐν ὁδοῖς Κυρίου. ἐπιμέμφεται δὲ αὐτῷ τὴν γαμικὴν ἐπιμιξίαν, ἣν πρὸς τὸν Ἀχαὰβ ἐποιήσατο. Γοθολίαν γὰρ τοῦ Ἀχαὰβ τὴν θυγατέρα κατεγγύησε τῷ παιδὶ αὐτοῦ. ὅπερ δὲ ἀφῆκεν ἡ τῶν βασιλειῶν ἱστορία, ἐνταῦθα ῥηθήσεται. ἐπανιόντι γὰρ αὐτῷ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀχαὰβ παρατάξεως τῷ Ἰωσαφὰτ, ἀπήντησεν Ἰηοῦ προφήτης ὁ τοῦ Ἀνανῆ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· βασιλεῦ Ἰωσαφὰτ, εἰ ἁμαρτωλῷ σὺ βοηθεῖς; εἰ μισουμένῳ ὑπὸ Κυρίου σὺ φι-

deinceps immune factum, a leone deuorari non poterat. Cæterum vatem hunc alterum Iosephus tradit fuisse talem, qui falso nomen hoc mentiretur, & improbus esset, ac Ieroboami regis impostor. *Iosephus.* verum Theodoritus eum in verorum vatum numerum refert, atque idipsum vt probet, litterarum sacrarum auctoritatem allegat, in quibus memoriæ proditum sit, vatis illius senis, qui habitauerit Bethele, ossa cum ossibus diuini hominis, e Iudæa profecti, & omnia proloquuti, quæ Iosias deinceps exsequutus est, sepulta fuisse. *Theodoritus.* Itidem diuinum hunc hominem Iosephus quidem Iadonem appellat. Omissorum vero liber docet, ei nomen Ioeli fuisse.

Asæ regis pietas. Secundum hæc prædicant litteræ sacræ regis Asæ pietatem, quam ab initio declarauerit. Recte, inquiunt, se gessit Asa erga Dominum Deum suum. *3. Reg. 15. 11.* Quo factum, vt finitimos omnes imperio suo subiiceret. Quinetiam triumphali festo instituto, cunctos sacramento deuinxit, se a præscripta in lege disciplina, viuendique ratione non discessuros. Præterea matrem suam quæ Astartæ cultum probaret, regno abdicauit. Non tamen in omnibus perfectum sese gessit. Nec enim sacella editorum sustulit, ac deinceps Basa Israelicorum rege cum exercitu aduersus ipsum profecto, auxilium opemque Dei non implorauit: sed Syriæ regem arcessiit. *2. Paral. 16. 7.* Iccirco per Ananem vatem Deus ipsius diffidentiam huiusmodi verbis obiurgauit: Quoniam Syriæ regi, non Domino Deo tuo innixus es, propterea manus tuas Israelici regis exercitus euasit. Tum Asa nequaquam deplorato delicto suo, quemadmodum facere debuerat, etiam fatidicum in carcerem coniecit: Deinde morbo correptus, non ad opem Domini confugit, sed ad medicos: quorum appellatione fortassis venefici, & excantores veniunt.

Iosaphatus rex. Laudant & litteræ sacræ Iosaphatum, vt qui virtutem exemplo Dauidis, vnius ex maioribus suis, vnice dilexerit. *2. Paral. 17. 6.* Nam quod in eis perscriptum legimus, Elatum est cor eius: id vero non ad vituperationem spectat, sed ad laudem atque commendationẽ. Subiiciuntur enim huiusmodi quædam verba, in præscriptis & institutis a Domino. Vnum in eo reprehenditur, coniugalis videlicet vinculi & adfinitatis coniunctio cum Achaabo instituta. Quippe Gotholiam Achaabi filiam suo F. coniugẽ dedit. Atq; hoc loco recitandum est, quod scripta de regibus historia memoriæ nõ prodidit. Cum ex acie Iosaphatus reuerteretur, qua suppetias Achaabo tulerat: Hieus vates, Ananis F. occurrit, ac regem in hunc modũ compellauit: Tene, Iosaphate rex, homini scelerato ferre auxilium? tene cum exosis Domino amicitiã co-

lere? Ergo istius rei Domino irato pœnas A
dares: sed exstiterunt in te laudabilia quæ-
dam, quod lucos scilicet e solo ditione-
que Iudaica exterminaueris. Quibus ex
verbis discere licet, præclara hominum
facta, quæ prius sint præstita, delictorum
sequentium pœnas imminuere. Iosaphatus
quidem certe, quum hanc repræhensio-
nem benigne tulisset, cunctis in actioni-
bus se deinceps egregie gessit, ac iudices
reipublicæ præfecit, eisdem imperans, vt
omnia de iuris & æqui præscripto face-
rent. Quumque hostes ipsum inuasissent,
ad Deum confugit. Is hominis animo ro-
bur addidit, huiusmodi verbis per Ieze-
cielum vatem editis: Nolite tantam istam
multitudinem metuere, sed cras ad illam B
3. Reg. 20. 15. egredimini. Quo facto, rex primos om-
nium Leuitas eduxit, nec multo post ipsi-
met hostes se mutuis vulneribus concide-
runt. Licet autem ex indiciis quibusdam
colligere, quemdam alium quoque librum
2. Paral. 20. 34 de Iosaphato scriptum fuisse. Nam huius-
modi verba exstant in historiæ monumen-
tis: An non multæ Iosaphati orationes &
facta tum ineuntis ætatis, tum defectæ,
in libris Hiei vatis, Ananis F. perscripta
sunt?

Psal. 118. 134. Cæterum præclare diuinus ille Dauides
canit, Libera me ab hominum calumnia.
3. Reg. 21. 13. [Nam de Nabuthæo perscriptum legimus,
fuisse qui verbis huiusmodi hominem de-
ferrent:] Nabuthæus Deo & regi bene pre- C
catus est, hoc est, maledixit. Sic enim ver-
bum istud hoc loco debet accipi, quemad-
Iob 1. 11. modum & in Iobo legimus: In os profecto
bene tibi precabitur. Hoc pacto delatus,
vitam amisit, Iezabele rem consilio & astu
suo procurante. Hinc factum, vt magnus
ille vates Elias verbis talibus Achaabum
compellare non dubitaret: Hæc tibi Do-
3. Reg. 21. 19. minus denuntiat. Tune hominem occide-
ris, & eius bona possideas? Atenim a Do-
mino sic habeto. Quo in loco linxere porci
& canes Nabuthæi sanguinem, ibidem ca-
nes tuum quoque cruorem lingent, seque
scorta tuo sanguine abluent. Quibus ver- D
bis Achaabus admodum contristatus, non
mox pœnas luit propterea, quod mœrore
adfectus fuisset. Quinetiam Deus Aderis fi-
lium, qui Samariam obsidebat, cum duo-
bus & triginta regibus in potestatem ei de-
dit: quem vbi vita donatum, præter edi-
ctum diuinum, satellitibus etiam adiunctis,
dimisisset, iram Dei aduersus se concitauit.
Nam is continuo per vatem Michæam (hoc
Iosephus. enim ipsius nomen Iosephus memoriæ pro-
didit) quodam a viatore læsum ac vulnera-
tum in capite, verbis huiusmodi alloqu-
3. Reg. 20 42. tus est: Quoniam tu exitialem virum de ma-
nu emisisti, tam vita illius tua vita, quam
populus populo rependetur.

A λιάζῃ; διὰ τοῦτο ἐγένετο ἐπὶ σὲ ὀργὴ παρὰ Κυρίου. ἀλλ' οἱ ὀλίγοι ἀγαθοὶ εὑρέθησαν ἐν σοὶ, ὅτι ἐξῆρας τὰ ἄλση ἀπὸ τῆς γῆς Ἰούδα. ἐντεῦθεν οὖν μανθάνομεν ὡς ἐλαττοῖ τὰς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τιμωρίας τὰ πρῶτα κατορθώματα. Ὁ τοίνυν Ἰωσαφὰτ δεξάμενος τὸν ἔλεγχον, διωρθώσατο ἐπὶ πᾶσι, καὶ κριτὰς τῇ πόλει ἐπέστησεν, ἵνα δικαίως πάντα πράττοιντο. ἀλλὰ καὶ πολεμίων ἐπιστάντων, πρὸς Θεὸν κατέφυγεν, ὃς καὶ παρεθάρρυνεν αὐτὸν διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ λέγων. μὴ φοβηθῆτε τὸ πολὺ πλῆθος, ἀλλ' αὔριον ἐξέλθετε. πρώτους
B δὲ τοὺς Λευΐτας ὁ βασιλεὺς ἐξήγαγεν· ὅθεν καὶ οἱ πολέμιοι ἀλλήλους κατέκοψαν. Ὅρα δὲ καὶ ἑτέραν βίβλον προφητικήν. λέγει γὰρ ἡ ἱστορία· καὶ οἱ πολλοὶ λόγοι Ἰωσαφὰτ οἱ πρῶτοι καὶ οἱ ἔσχατοι, οὐκ ἰδοὺ γεγραμμένοι εἰσὶν ἐν λόγοις Ἰηοῦ υἱοῦ Ἀνανῆ.

Καλῶς δὲ ὁ θεῖος ψάλλει Δαβίδ· λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων. ηὐλόγησε γὰρ, φησὶν, Ναβουθαὶ Θεὸν καὶ βασιλέα· τουτέστιν ἐβλασφήμησε, κατὰ τὸ ἐν Ἰὼβ γεγραμμένον. ἦ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει, ἐφ' ᾧ
C καὶ τὸν βίον ἐξέλιπεν, τῆς Ἰεζάβελ τοῦτο οἰκονομησάσης. Ἐφ' ᾧ καὶ παρρησιάζεται ὁ μέγας Ἠλίας πρὸς Ἀχαὰβ λέγων· Τάδε λέγει Κύριος· ὡς σὺ ἐφόνευσας, καὶ ἐκληρονόμησας; διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος. ἐν παντὶ τόπῳ ᾧ ἔλειξαν αἱ ὕες καὶ οἱ κύνες τὸ αἷμα Ναβουθαὶ, ἐκεῖ λείξουσι οἱ κύνες τὸ αἷμά σου, καὶ αἱ πόρναι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου. σφόδρα δὲ κατανυγεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀχαὰβ, οὐκ εὐθὺς ἐτιμωρήθη διὰ τὴν κατάνυξιν. ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν
D Ἀδὲρ τὴν Σαμάρειαν παρακαθίσαντα, μετὰ τριάκοντα καὶ δύο βασιλέων, εἰς χεῖρας αὐτοῦ τοῦ Ἀχαὰβ ἔδωκεν ὁ Θεός. διότι δὲ ζωογονήσας αὐτὸν παρὰ τὴν κέλευσιν, ἀπέστειλε μετὰ δορυφορίας, ὠργίσθη ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦ προφήτου (Μιχαίας δὲ οὗτος, ὥς φησιν Ἰώσηπος) τοῦ παταχθέντος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπό τινος ὁδίτου, εἶπε πρὸς αὐτόν· διότι ἐξήνεγκας σὺ ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ τῆς χειρός σου, καὶ ἔσται ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Καὶ μετὰ τρία ἔτη λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Ἰωσαφὰτ βασιλέα Ἰούδα, ἠρώτησε υʹ. προφήτας αὐτοῦ λέγων· εἰ πορευθῶ εἰς Ῥεμὰ Γαλαὰδ εἰς πόλεμον, ἢ ἐπίσχω. καὶ εἶπον, ἀνάβαινε, οἱ ψευδοπροφῆται τοῦ Βάαλ. ἐπὶ τούτοις τοῦ Ἰωσαφὰτ εἰπόντος, εἰ ἔστιν ἐνταῦθα προφήτης Κυρίου, ἐρωτήσωμεν τὸν Κύριον δι' αὐτοῦ. ἔστι μὲν, ἔφη ὁ Ἀχαὰβ, καὶ Μιχαίας καλεῖται· οὔποτε δὲ προφητεύει τὰ θυμήρη. καλεῖται λοιπόν· καὶ πρῶτα μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτόν· ἀνάβαινε, καὶ Κύριος εὐοδώσει ἐν χειρὶ βασιλέως. εἶτα ὁρκωθεὶς, τὰ θεῖα προεμήνυε. τοῦ γοῦν Ἀχαὰβ πρὸς τὸν Ἰωσαφὰτ εἰπόντος· οὐκ εἶπόν σοι ὅτι οὐ προλέγει μοι καλὰ, ἀλλ' ἢ κακά; ὁ προφήτης ἔφη· οὐκ ἐγώ. ἄκουσον τὸν λόγον Κυρίου. εἶδον Κύριον τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ καθήμενον ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ περιειστήκει αὐτῷ, καὶ εἶπε· τίς ἀπατήσει τὸν Ἀχαὰβ βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἀναβήσεται εἰς Ῥεμὰ Γαλαὰδ, καὶ πεσεῖται ἐκεῖ; καὶ ἐξῆλθε πνεῦμα, καὶ ἔστη ἐνώπιον Κυρίου, καὶ εἶπεν. ἐγὼ ἀπατήσω αὐτόν. καὶ εἶπε Κύριος πρὸς αὐτό. ἐν τίνι; καὶ εἶπεν. ἐξελεύσομαι, καὶ ἔσομαι πνεῦμα ψευδὲς ἐν τῷ στόματι πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπατήσω αὐτόν· καὶ εἶπε. δυνήσῃ ἐξελθεῖν, καὶ ποίησον. ταῦτα δὲ πάντα, καθά φησι Θεοδώρητος, προσωποποιΐα ἐστὶ διδάσκουσα ἡμᾶς τὴν θείαν συγχώρησιν. οὕτω μὲν οὖν καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰὼβ, ἐν οἷς ἡ γραφή φησι, τοὺς Ἀγγέλους ἐνώπιον παραστῆναι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν διάβολον ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ οὕτω διαλεχθῆναι πρὸς τὸν Κύριον, προσωποποιΐαν εἶναι φησὶν ὁ θεῖος Χρυσόστομος. τὸν μέντοι Βάαλ Θεὸν εἶναι λέγει Τυρίων ὁ Ἰώσηπος, τὴν δὲ Ἀστάρτην Σιδωνίων, Βααλὴμ δὲ τὸν τοῦ Βάαλ σηκόν· καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Ὁ δὲ Ἰωσαφὰτ καὶ προφήτην ζητήσας, καὶ τοιαῦτα μαθὼν, ὅμως συναπῆρεν εἰς πόλεμον μετὰ τοῦ Ἀχαάβ. πλὴν διὰ τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἀρετὴν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, διεφυλάχθη. Ὁ μέντοι Μιχαίας φυλακῇ ἐμβληθεὶς παρὰ τοῦ Ἀχαάβ, ἔλεγε μετὰ παρρησίας· ἐὰν ἐπιστρέφων ἐπιστρέψῃς ἐν εἰρήνῃ, οὐ λελάληκεν ἐν ἡμῖν ὁ Κύριος. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ Ἀχαὰβ διὰ τοῦ Ἠλιοῦ θεία προῤῥησις πέρας ἔσχε. τρωθεὶς ἐπὶ πολὺ τῷ ἅρματι ἵστατο, ἵνα μὴ τροπὴν ἐργάσηται τῇ φυγῇ. τὸ δὲ αἷμα φερόμενον ἐνεπάγη τῷ ἅρματι· τοῦτο παρὰ κρήνῃ ὁ ἡνίοχος ἔπλυνεν, οἱ δὲ κύνες ἐξέλειχον. αἱ δὲ πόρναι περὶ τὴν ἕω κατὰ τὸ ἔθος ἐλούσαντο.

Post hæc tribus elapsis annis, sumpto secum Iosaphato Iudææ rege, vates suos quadringentos consulit, censerent ne sibi cum exercitu pergendum aduersus Rema Galaaditidis oppidum, an expeditionem potius omittendam? Respondent Baalis vates, omnino pergendum. At quum Iosaphatus quæreret, ecquis præterea Domini vates adesset? eius enim opera Dominum esse consulendum: Est, inquit Achaabus, adhuc quidam vates, cui Michææ nomen. Sed nunquam ille animo meo grata vaticinatur. Nihilominus arcessitur: & primo quidem respondet: eundum esse, quod Domino fauente regi feliciter res omnes sint successuræ. Verum deinceps eum obtestante per sacramentum rege, diuinā mentem aperit. Tum Achaabo ad Iosaphatum dicente: Nonne prædixi vatem hunc mihi nihil boni denuntiare, sed tantum infausta? subiecit Michæas: * Videbam Dominum, Deum Israelitarum, in solio suo considentem, quumque vniuersæ copiæ cœlestes ipsi adstarent, hæc fatus est: Quis Achaabum regem Israelicum decipiet, vt cum exercitu Rema Galaaditidis oppidum proficiscatur, atque ibi pereat? Tum se spiritus quidam proripuit, & coram Domino se sistens, in hunc modum loquutus est: Ego vero hominem decipiam. Cui Dominus: Et quo tandem pacto? Abibo, inquit, & ero spiritus mendax in ore cunctorum vatum eius, eoque modo ipsum fallam. Tum Dominus: Abi ergo, ait, quodque dixisti, facito. Sunt autem hæc omnia, quemadmodū Theodoritus scripsit, meræ personarum fictiones, quæ nos de permissione diuina erudiunt. Eodem modo quum in narratione de Iobo litteræ sacræ referunt, Angelos coram Domino adstitisse, ac inter eos ipsum quoque diabolum, qui Deum compellauerit: diuinus ille Chrysostomus personarum fictionem agnoscit. Cæterum Baal Iosepho Deus est Assyriorum, Astarte vero Sidoniorum, Baalim denique sacellum Baal interpretatur. Ac de his quidē hæc indicata sunto. Iosaphatus autem requisito vate, ac huiusmodi rebus ex eo cognitis, nihilominus cum Achaabo ad bellum profectus est. Quia tamen alioqui vir magnæ virtutis erat, vt supra quoque diximus, incolumis domum euasit. Michæas in carcerē ab Achaabo coniectus, magna cum oris libertate dixit: Quod si tu prospere domum reuersus fueris, Deum per me minime loquutū esse fatebor. Enimuero diuinum illud oraculum de Achaabo, quod Elias edidit, euentus ipse comprobauit. Nam quum vulnus accepisset, diu admodum in curru stetit, ne conspecta regis fuga milites hosti terga darent. Ibi sanguis e vulnere profluens, curru adhæsit: quem deinceps auriga ad fontem abluit, & canes linxerunt. Mane vero meretrices ad fontem,

3. Reg. 22. 8.

Theodoriti locus.

Chrysostomus.

Iosephus.
Baal.
Astarte.
Baalim.

Achaabi ſanguine tinctum accedentes, etiam in eo corpora ſua pro more abluerunt.

Ioramus rex. Secundum hæc rex Ioramus impietatem Achaabi ſoceri ſui æmulatus, meritas omnino pœnas luit. Nam magnus ille vates Elias huiuſmodi verbis eum per litteras compellauit: Hæc tibi Dominus ſignificat. *2. Paral. 21. 12.* Quoniam inſtitutum paternæ Ioſaphati vitæ non es ſectatus, ſed fratres tuos interfeciſti: en magna calamitate Dominus familiam tuam adficiet, ac tu grauibus admodum morbis laborabis, quos inter erunt viſcerum tormina, tam diu durantia, donec inteſtina egeras. Non multo poſt exteræ nationes in eum copias educunt, omnes e medio tollunt, liberos regios interficiunt, Ochozia ſolo excepto. Simul & morbus hominem inuadit, ac ne regiam quidem ſepulturam a morte conſequutus eſt. *Hebr. 10. 31.* „ Nimirum reapſe formidabile eſt, in Dei viuentis „ manus incidere.

Ochozias rex. Succeſſit in regno filius Ochozias, & ipſe paternæ impietatis æmulator. Hoc tempore miſſi ſunt ad magnum illum vatem Eliam duo quinquagenum militum præfecti, qui eum ſuperbe arceſſunt, de regis morbo conſulendum. Tum ignem ille cælitus deducens, vniuerſos concremauit. Hoc loco qui crudelitatem vatis accuſant, Deum ipſum criminantur. Nam per eum hæc omnia facta ſunt. Tandem & tertius quidam militum quinquagenum præfectus ablegatur, qui vatem mitibus verbis alloquutus, ſupplicium quo priores adfecti fuerant, euaſit. Quamobrem vates de monte deſcendens, quum incidiſſet in homines ablegatos a rege ad conſulendos deaſtros, *4. Reg. 1. 16.* huiuſmodi verba protulit: Quandoquidem delinquere non dubitaſti, & quaſi Deus apud Iſraelicos nullus foret, muſcam Accaronis Deum conſuluiſti: ex eo lecto, quem ſemel iam conſcendiſti, non euades. De quo licet æſtiment, quali iudicio & pœna pereant, quantamque Dei concitent in ſe iracundiam, qui ſpes ſuas in aſtrologos & vates collocant. Eſtque adeo non abs re deploranda hominum impiorum bruta fatuitas. Non enim tantum olim illi maxima quæuis animalia pro Diis habuerunt, ſed etiam minima, eaque piacularia. Muſca Deus Accaronitarũ. Nam quid obſecro muſca poteſt eſſe fœdius & abominabilius? nihilominus illi muſcæ ſimulacro diuinitatem tribuerunt: quamque viuam flabellis abigebant, eius imagini appellationem Dei conceſſerunt.

Cæterum ille vatum princeps Elias, cui tanta libertas oris erat, vt huiuſmodi verbis Achaabum alloqueretur: *3. Reg. 17. 1.* Ita viuat Dominus Deus ille meus, vt annis hiſce nec rorem nec pluuiam habituri ſumus, niſi me iubente: qui præterea Baalis ſacrificos tan-

πεπηγμένον γὰρ ἦν τὸ ὕδωρ, κεχρωσμένον δὲ τῷ αἵματι.

Ἰωρὰμ δὲ τοῦ κηδεστοῦ Ἀχαὰβ ζηλώσας τὴν ἀσέβειαν, ἀξίαν τὴν τιμωρίαν εὕρατο. ὁ γὰρ μέγας Ἠλίας διὰ γραμμάτων μεμήνυκε τὴν ἀπόφασιν· τάδε λέγει Κύριος. ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπορεύθης ἐν ὁδῷ Ἰωσαφὰτ τοῦ πατρός σου, ἀπέκτεινας δὲ τοὺς ἀδελφούς σου· ἰδοὺ Κύριος πατάξει πληγὴν μεγάλην ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ σὺ ἔσῃ ἐν ἀρρωστίαις πονηραῖς, ἐν ἀρρωστίᾳ κοιλίας, ἕως ἂν ἐξέλθῃ τὰ ἔντερά σου. ἐπεστράφησαν τοίνυν ἀλλόφυλοι κατ' αὐτοῦ, καὶ πάντας ἐξηνδραπόδισαν, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ πάντα κατέκτειναν, πλὴν τοῦ Ὀχοζίου. ἐπέσκηψε καὶ ἡ νόσος, καὶ οὐδὲ μετὰ θάνατον βασιλικῆς ἠξιώθη ταφῆς. ἀληθῶς φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.

Μετὰ τοῦτον Ὀχοζίας ζηλωτὴς καὶ αὐτὸς τῆς πατρικῆς ἀσεβείας. Περὶ Ὀχοζίου. ἀποστέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν μέγαν Ἠλίαν δύο πεντηκόνταρχοι μετὰ βαρύτητος καλοῦντες αὐτόν, ἐπὶ τῷ ἐρωτηθῆναι τῆς νόσου τοῦ βασιλέως ἕνεκεν. ἐφ' ᾧ καὶ πῦρ καταγαγὼν ἄνωθεν, κατέκαυσεν αὐτούς. ἀλλ' ἐνταῦθα οἱ ὠμότητα τοῦ προφήτου κατηγοροῦντες, αὐτοῦ κατηγοροῦσι τοῦ Θεοῦ. δι' αὐτοῦ γὰρ τὰ πάντα. στέλλεται οὖν τρίτος πεντηκόνταρχος, καὶ ἠπίοις λόγοις χρησάμενος, τὴν τιμωρίαν διέφυγεν. κατερχόμενος οὖν, καὶ συναντήσας τοῖς ἀποσταλεῖσιν ἐπὶ τὰ εἴδωλα, εἶπε· παρὰ τὸ μὴ εἶναι Θεὸν ἐν Ἰσραήλ, πορεύῃ ζητῆσαι μυῖαν * Θεῶν Ἀκαρῶν; ἡ κλίνη ἐφ' ἧς ἀνέβης, οὐ καταβήσῃ. * Θεόν. ἴστωσαν οὖν ἐντεῦθεν οἵῳ κρίματι περιπίπτουσι, καὶ ὅπως ἀγανακτεῖν παρασκευάζουσι τὸν Θεόν, οἱ τὰς ἐλπίδας αὐτῶν ἀστρολόγοις καὶ μάντεσιν ἀνατιθέμενοι. ἄξιον δὲ θρηνῆσαι τῶν δυσσεβῶν τὴν ἀλογίαν. οὐ γὰρ μόνον τὰ μέγιστα τῶν ζώων ἐθεοποίησαν, ἀλλὰ καὶ τὰ σμικρότατα, καὶ μύσους μεστά. τί γὰρ μυσαρώτερον μυίας; ἀλλ' ὅμως καὶ τὴν εἰκόνα ταύτης Θεὸν ἀνηγόρευσαν· καὶ ἣν ζῶσαν ταῖς ῥιπίσιν ἐλαύνουσι, ταύτης τὸν τύπον Θεὸν ὠνομάκασιν.

Ὁ δέ γε τῶν προφητῶν κορυφαῖος Ἠλίας, Περὶ Ἠλιοῦ τοῦ προφήτου. ὁ παρρησίαν ἔχων τοσαύτην, ὥστε καὶ πρὸς Ἀχαὰβ οὕτως εἰπεῖν· ζῇ Κύριος ὁ Θεός μου, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα δρόσος ἢ ὑετός, εἰ μὴ διὰ λόγου στόματός μου. ὁ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βαὰλ ἐπὶ τοσοῦτον καται-

χύνας, ὥστε καὶ πάντας αὐτοὺς τῇ προστάξει αὐτοῦ παρὰ τῶν Ισραηλιτῶν ἀποκτανθῆναι, ἵνα μήτις ὑπερέγκον, τοσοῦτον παρὰ τῆς Ιεζάβελ συγχωρεῖσθαι διώκεσθαι, ὡς καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εἰπεῖν· ἱκανούσθω δή, λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ᾽ ἐμοῦ. μὴ κρείσσων ἐγὼ ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου; ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις, πῶς ἅγιος ὢν ὁ προφήτης, καὶ κατὰ νόμον πολιτευόμενος, ἤσθιε τὴν διὰ κοράκων τροφήν. αὐτὸς ὁ νομοθέτης ταύτην αὐτῷ διὰ τῶν κοράκων προσέφερε. καὶ ἄρτον μὲν ἕωθεν, δείλης δὲ κρέα. οἱ γὰρ νόμοι οὗτοι διὰ τὴν τῶν Ιουδαίων ἀσθένειαν ἐτέθησαν. καὶ γὰρ καὶ Σαμψὼν διὰ μὲν τὴν μέθην καὶ τὴν λαγνείαν ἐγυμνώθη τῆς χάριτος. φαγὼν δὲ τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος, ὃ ἐν νεκρῷ λέοντι ἐξύφαινον μέλισσαι, κατηγορίαν οὐδεμίαν ἐδέξατο.

Περὶ τῆς εὐχῆς Ελίου. Πρόσεχε δὲ ἀγαπητέ. ἡνίκα προσῆλθε τῇ Σαραφθίᾳ ὁ προφήτης, καὶ ἄρτῳ ἐδεξιώθη αὐτοσχεδίῳ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ, τοῖς ἀγγείοις ἐκείνοις ἐπηύξατο, οὕτως εἰπών· ἡ ὑδρία τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐκλείψει, καὶ ὁ καμψάκης. τοῦ ἐλαίου οὐκ ἐλαττονήσει. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα ζητῆσαι ἄξιον. εἴπερ ἀληθῶς ἐν τῷ καμψάκῃ ἐκείνῳ ἔλαιον ἦν. ἔγωγε γὰρ τοῦ προφήτου ἀκούων λέγοντος· καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἐλαττονήσει, ἕως οὗ δώσει τὸν ὑετὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς· οὐκ οἶμαι τὸν προφήτην περὶ ἐλαίου εὔξασθαι. τοσούτου γὰρ ὄντος αὐχμοῦ, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκλειπόντων, τηνικαῦτα τῇ ἀνυδρίᾳ τίς ἡ ὠφέλεια, εἴπερ ὁ καμψάκης ἐπήγαζεν ἔλαιον; οὐκ ἦν λοιπὸν ὁ καμψάκης ἐκεῖνος ἐλαίου καμψάκης, ὅτι μηδὲ χρεία ἐλαίου τοῖς ἕνεκεν ὕδατος κάμνουσιν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἔλαιον ἀγαλλίασιν ὑπεμφαίνει παρὰ τῇ γραφῇ, διὰ τοῦτο καμψάκην ἐλαίου τὸν καμψάκην ἐκεῖνον ὁ προφήτης ἐκάλεσεν. οὐδὲ γὰρ ἕτερον ἀγαλλίασιν ἐπὶ τοσοῦτον εἰσφέρει, ὡς αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐν αὐχμώδει καιρῷ. καὶ πειθέτω σε ἡ ἁγία γραφὴ μέλι τὸ ὕδωρ καλέσασα. οἱ γὰρ Εβραῖοι δίψει συσχεθέντες ἀφορήτῳ κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ ὕδωρ εὑρόντες, μέλιτος ἐδόκουν ἐμπίμπλασθαι. πρὸς γοῦν τὴν διάθεσιν τῶν πινόντων ἀφορῶσα ἡ γραφή, μέλι ὕδωρ ἐκάλεσεν.

Περὶ Ιωᾶς. Μετὰ δὲ ταῦτα κρατεῖ Ιωᾶς, ὃς ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάσας τὰς ἡμέρας Ιωδάε τοῦ ἀρχιερέως. οὕτως ζήσας ἔτη ρλ᾽. καὶ θανών, θήκης ἠξιώθη βα-

A to pudore adfecit, vt omnes etiam ipso exhortante ab Israelitis occiderentur: Elias ergo, ne quam in superbiam fastumque prolaberetur, tantum permittente Deo persequutionis est a Iezabele perpessus, vt etiam Deum his verbis appellaret: Tandem satis hoc esto tibi, vitam quæso meam mihi auferto. Egone meis maioribus præsto? Possit autem mirum alicui fortasse videri, qui factum sit, vt vates hic, vir omnino sanctus, & legis e præscripto se gerens, cibum a coruis præbitum comederet. Nimirum ipse legislator eum per coruos sic alebat, vt matutino quidem tempore panem, vespertino carnes acciperet. Leges hæ scilicet propter Iudæorum imbecillitatem latæ fuerunt. Iccirco videmus Samsonem propter temulentiam lasciuiamque, diuinitus sibi concesso beneficio fuisse spoliatum: quum nequaquam propterea culpetur, quod fauum mellis ab apibus in leonis cadauere congestum comederit. 3. Reg. 19. 4.

Hoc etiam, dilecte fili, factum scito. Quum Saraphtiam vates Elias peruenisset, ac famis tempore qualicumque pane exciperetur, huiusmodi votum de vasis ipsis concepit: Hydria qua farina continetur, ne deficiat, & cadus olei nunquam minus habeat. Fuerit autem heic operæpretium quærere, num reapse in illo cado fuerit oleum? Equidem quum vatem dicere audio, Cadus olei nunquam minus habeat, donec huic regioni Deus pluuiam suam concesserit: nequaquam existimo, vatem hoc de oleo votum concepisse. Nam quum tantus esset æstus, hominesque propter aquæ inopiam id temporis perirent: quid quæso fructus attulisset, si cadus oleum de perpetuo quasi fonte quodam suppeditasset? De quo licet intelligere, non fuisse cadum illum plenum oleo, quandoquidem oleo non indigebant, qui aquæ penuria grauiter laborabant. Verum certa quadam de caussa cadum illum vates olei cadum appellauit. Non enim quidquam esse potest, quod homines tantopere possit exhilarare, vt aqua magni alicuius æstus tempore. Licet hoc de sacris literis intelligas, quæ alicubi aquam mel nuncupant. Nam cum Hebræi adfligerentur intolerabili quadam in solitudine siti, aqua reperta, melle satiari se putabant. Quo fit, vt respicientes litteræ sacræ ad illorum adfectionem, qui aquam hauriebant, eam ipsam appellatione mellis dignatæ sint. 3. Reg. 17. 14. Quid olei cadus.

Secundum hæc imperio potitus est Ioas, qui erga Deum se recte gessit, quamdiu pontifex maximus Ioiadas superstes fuit: qui quum annis centum & triginta viuendo expletis fato functus fuisset, tantum honoris est consequutus, vt regio sepulcro Ioas rex.

inferretur. Quum autem rebus humanis e- A xemptus eſſet, ad impietatem deinde rex Ioas deflexit. Quam ob cauſſam vates nonnulli ad eum ablegantur, quos inter & Ioia-
Zacharias pōtificis F. lapidibus obruitur. dæ pontificis filius Zacharias fuit, quem Ioas rex in parte templi ſub dio ſita, lapidibus adobruit. Quum moreretur, huiuſmodi verbis vſus eſt: Inſpicito hæc, Domine,
2.Paral.24.22. ac punito. Neque petitio ipſius irrita fuit. Nam rex in morbum quum incidiſſet, ſuis
Amaſias rex. a ſubditis eſt interfectus. Eius filius Amaſias quum regnum occupaſſet, & ope diuina victoriam de Idumæis reportaſſet, eorumque Diuos euertiſſet: tandem fatuus homo conſecratos religioſe coluit, & partam victoriam ipſis acceptam retulit. Quapropter B ei vates quidam denuntiauit, ſtatuiſſe Deum
2.Paral.25.16. Amaſiam e medio tollere. Neque multo poſt conſimili mortis genere, quo pater, extinctus eſt.

Ozias rex. Celebrant deinde litteræ ſacræ regem Oziam, nimirum quod Dei ſtudioſus & metuens fuerit, quamdiu Zacharias fuerit ſuperſtes. Ab eo tempore incenſus eſt libidine quadam ingrediundi adyta, & ſuffitum in eis faciendi: quo in conatu a pontifice ac ſacerdotibus LXXX repræhenſus, qui dicerent, nequaquam ipſi fas eſſe, ſuffitum vt iſtic faceret, cuius rei poſteris Aaronis ſacerdoti-
2.Paral. 26.17 bus ius eſſet, lepra correptus eſt. Quum autem lepræ cauſſa domi concluſus deliteſceret, Ioathamus ipſius filius regnum admini- C ſtrabat. Ac Zacharias hic, qui Ozia regnante vixit, aſius fuit ab Ioiadæ pontificis filio,
Theodoritus. quem Ioas rex lapidibus obruit. Theodoritus ait, exiſtimare ſe, Zachariam hunc illum ipſum eſſe, de quo Dominus ad Eſaiam verbis hiſce mentionem fecerit: Adhibeto mi-
Iſ. 8. 2. hi teſtes, viros fide dignos, Vriam ſacerdotem, & Zachariam Barachiæ filium. Poſt hunc Achazus Ioathami filius impietate cunctos ſuperauit, variaque ſcelera excogitauit. Ac ne ſic quidem prudentior factus: Quæram, inquit, Deos gentiles, qui me flagellant, eiſque ſacra faciam, ac impetrabo
Quid liberos per ignem traiicere. tandem, vt opem mihi ferant. Quinetiam liberos ſuos per ignem traiecit. Quid autem D
Ioſephus. iſtuc verbum ſibi quæſo vult? Ioſephus tradit, Achazum quemdam ſuorum filiorum Baali calido ſacrificio concremaſſe. Verum
Theodoritus. Theodoritus aliter cenſet. Arbitror, inquit, hiſce verbis ſignificari ſpeciem quandam erroris, qui ad noſtra vſque tempora durauit. Videmus enim ſemel in anno rogos accendi, quibus iniiciantur pueri quidam & viri. Quinetiam infantes ab ipſis matribus per flammam tranſportantur. Quæ res videtur eſſe quaſi quædam auerruncatio & luſtratio. Hanc ob cauſſam Achazum ipſe repræhendi putat, quem morte ſublatum regio funere ſui non coroneſtarunt.

σιλικῆς. αὐτοῦ δὲ θανόντος, ἐξέκλινεν Ἰωὰς εἰς ἀσέβειαν. ἐφ' ᾧ καὶ στέλλονται προφῆται πρὸς αὐτὸν τὸν Ἰωὰς, μεθ' ὧν καὶ ὁ τοῦ Ἰωδαὲ Ζαχαρίας, ὃν καὶ *κατέλευσεν ἔνδον τοῦ ὑπαίθρου ἐν τῷ ναῷ· καὶ ἀποθνήσκων εἶπεν. ἴδε κύριε, καὶ κρῖνε. καὶ οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως. ἀῤῥωστίᾳ γὰρ περιπεσὼν, ὑπὸ τῶν ὑπηκόων ἐσφάγη. Ὁ δὲ τούτου υἱὸς Ἀμασίας βασιλεύσας, καὶ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ τοὺς Ἰδουμαίους νικήσας, καὶ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἀνδραποδίσας, ὕστερον ἱερούργει αὐτοῖς ὁ ἀνόητος, * ἐτίμησε, τὴν νίκην αὐτοῖς λογισάμενος. πρὸς ὃν ὁ προφήτης· ἔγνων ὅτι ἐβουλεύσατο κύριος τοῦ διαφθεῖραί σε. ὁμοίως γὰρ πατρὶ ἐτελεώθη.

* κατελίθωσαι
* αὐτοὺς

Ἐπαινεῖ δὲ τὸν Ὀζίαν ἡ θεία γραφή. ἦν γὰρ, φησὶν, ἐκζητῶν τὸν κύριον ἐν φόβῳ κυρίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ζαχαρίου. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιθυμήσας εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἄδυτα, καὶ θυμιάσαι, καὶ ἐλεγχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ὀγδοήκοντα ἱερέων. εἶπον γὰρ πρὸς αὐτόν. οὐκ ἔξεστί σοι, Ὀζία, θυμιᾶν, ἀλλὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρών· ὁ δέ· *οὐχὶ βασιλεύς εἰμι, καὶ ἁλουργίδα βασιλικὴν περιβέβλημαι; ἐλεπρώθη οὖν ἐπὶ τούτῳ. ἐν τῷ δὲ τούτου καθημένου διὰ τὴν λέπραν, ὁ C υἱὸς αὐτοῦ Ἰωαθὰμ τὴν βασιλείαν διϊθύνων ἦν. Ἕτερος δὲ Ζαχαρίας ἦν ὁ τοῦ Ἰωδαὲ, ὃν Ἰωὰς *κατέλευσε, καὶ ἕτερος ὁ ἐπὶ τοῦ Ὀζίου. οἶμαι δὲ τοῦτον εἶναι, φησὶ Θεοδώρητος, περὶ οὗ πρὸς Ἡσαΐαν ἔφη ὁ κύριος· ποίησόν μοι μάρτυρας πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν τὸν ἱερέα, καὶ Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου. Ἀχὰζ δὲ ὁ τοῦ Ἰωάθαμ πάντας ὑπερενίκησε τῇ ἀσεβείᾳ. ἐφ' ᾧ καὶ πολλὰ κακὰ εὗρεν· καὶ οὐδὲ οὕτω συνῆκεν· ἀλλὰ ζητήσω, ἔλεγεν, τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τοὺς τύπτοντάς με, καὶ θύσω αὐτοῖς, καὶ ἀντιλήψονταί μου. ἀλλὰ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ διῆγεν ἐν πυρί. D τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ὡς μὲν Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ὡλοκαύτωσε τῷ Βάαλ. ἐγὼ οἶμαι, φησὶ Θεοδώρητος, τὸ μέχρις ἡμῶν φθάσαν τῆς πλάνης εἶδος ἐντεῦθεν αἰνίττεσθαι. ἅπαξ γὰρ τοῦ ἔτους πυρὰς ὁρῶμεν ἀναπτομένας, καὶ ταύταις τινὰς ὑπεραλλομένους παῖδάς τε καὶ ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ βρέφη παραφερόμενα διὰ τῆς φλογὸς ὑπὸ τῶν μητέρων αὐτῶν. ἐδόκει δὲ τοῦτο ἀποτροπιασμός τις εἶναι καὶ κάθαρσις. ταύτην οἶμαι κατὰ τοῦ Ἀχὰζ γεγενῆσθαι τὴν κατηγορίαν, ὃν καὶ ἀποθανόντα τιμῆς βασιλικῆς οὐκ ἠξίωσαν.

Περὶ Ὀζίου βασιλέως.
* κατελίθωσε

Ἐζεκίας

Περὶ Ἐζεκίου.

Ἐζεκίας δὲ ὁ τούτου υἱὸς τὴν ἀκροτάτην A κατόρθωσεν ἀρετήν, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησε Δαβὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. σὺν τοῖς ἄλλοις δὲ τὸν χαλκοῦν ὄφιν συνέτριψεν, ὃν ἐποίησε Μωσῆς. ἕως γὰρ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ θυμιῶντες αὐτῷ, καὶ ἄλλην πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ ναοῦ. τότε δὴ τῶν ἱερέων μὴ ἐξαρκούντων εἰς τὰς θυσίας, ὡς ἡ τῶν παραλειπομένων βίβλος φησί, συνεβοήθησαν δὲ οἱ Λευῖται. ὅπερ καὶ νῦν ἐστιν ἰδεῖν. πρεσβυτέρου γὰρ μὴ παρόντος, καὶ τῆς χρείας κατεπειγούσης, ἀναγκάζεται καὶ διάκονος προσφέρειν τῷ δεομένῳ τὸ βάπτισμα. τοῦ Σεναχηρεὶμ στρατεύσαντος κατ' αὐτοῦ, ἀπέστειλε πρὸς Ἡσαΐαν, λέγων. B ἡμέρα θλίψεως καὶ ἐλεγμοῦ, καὶ παροργισμοῦ ἡ ἡμέρα αὕτη. ὅτι ἦλθον οἱ υἱοὶ ἕως ὠδίνων, καὶ ἰσχὺς οὐκ ἔστι τῇ τικτούσῃ. ἐμπιπράμεθα, φησί, καὶ ἐξαπτόμεθα τῷ θυμῷ * τῷ τοῦ Ῥαψάκου βλασφημιῶν ἀκούσαντες· κολάσαι δὲ τοὺς δυσσεβεῖς οὐ δυνάμεθα. ἔλεγε γὰρ ὁ Σεναχηρεὶμ, διὰ τοῦ Ῥαψάκου· μὴ ἀπατάτω σε ὁ Θεός σου ἐφ' ᾧ πέποιθας. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἀνελθόντι τῷ βασιλεῖ εἰς τὸν ναὸν, καὶ δεξαμένῳ, αὐτίκα στέλλει τὸν Ἡσαΐαν, μηνύων τὰ ἐσόμενα αὐτῷ χρηστά. τηνικαῦτα καὶ γὰρ ἔλεγεν. ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ, καὶ C διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου. ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃ Ἐζεκίας ὅτι διὰ τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην ἡ δέησις αὐτοῦ εἰσηκούσθη, ταῦτα λέγει Κύριος. ἐμάθομεν οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ τεθνηκότες οἱ δίκαιοι τῶν ζώντων προΐστανται.

* τῶν τοῦ

Ὁ μέν τοι Ἐζεκίας καὶ τῷ Θεῷ ἐθάῤῥει, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισέφερε. καὶ πρῶτον τὰς περὶ τῆς πόλεως πηγὰς ἐνέφραξεν. ἔπειτα τοὺς πύργους ἀνέστησεν εἰς ὕψος, καὶ προτείχισμα προσῳκοδόμησεν ἕτερον. τότε συνέβη καὶ τὰ πρὸς θάνατον μαλακισθῆναι αὐτὸν, ὥστε ταπεινωθέντα ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον· ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν παραλειπομένων ἱστόρηται· D καὶ ἐταπεινώθη γὰρ, φησὶν, Ἐζεκίας ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καρδίας αὐτοῦ. τοῦ γὰρ πατρὸς αὐτοῦ Ἀχὰζ τὴν προφητείαν δεξαμένου· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει· αὐτός τε ἐνόμισεν εἶναι ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ ὡς εἰς αὐτὸν τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἐκβήσεται. ἐφ' ᾧ παρθενίαν ἀσκῶν, γάμοις ὁμιλῆσαι οὐκ ἤθελεν. ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἰδὼν ἀπώλειαν. ὑπ' ἀγγέλου καὶ γὰρ ἐν μέσῃ νυκτὶ τε΄. χιλιάδες ἀνῃρέθησαν, ἐπηύξανε μᾶλλον τὴν αὐτοῦ ἀπόνοιαν. ἐφ' ᾧ συνετίζεται παρὰ Κυρίου, σήψει ποδὸς ὑποβληθείς· σημεῖόν τε δίδωσιν αὐτῷ, ὡς οὐκ ἀποθανεῖται οὕτως

At filius ipsius Iezechias summa virtute prædirus fuit, omniaque præstitit, quæ olim Dauides, vnus ex maioribus ipsius, præstiterat. Inter alia serpentem aheneum, a Mose factum, attriuit. Nam ad illa vsque tempora suffitum ei faciebant Israelitæ. Idem summam templi curam habuit. Quumque sacerdotes mactandis victimis non sufficerent, vt in Omissorum libro narratur, Leuitas eis operas subsidiarias facere iussit, quod quidem nunc etiam fieri videmus. 2. Paral. 30. 15 Nam quum * senior non adest, atque vsus ita postulat: etiam Diaconus requirenti baptismum impertiri cogitur. Quum autem Senacheribus expeditionem aduersus ipsum suscepisset, ad Esaiam cum hisce verbis misit: Dies angustiæ, & explorationis, & iracundiæ, hodiernus dies est. Nam partus quasi quidam instat, nec matri tantum est virium, vt eniti possit. Quibus verbis hoc scilicet dicere voluit: Ardent animi, & ira succensi sunt, ex quo Rapsacis blasphemias audiuimus. Neque tamen impios homines pœnis adficere possumus. Iusserat enim Senacheribus ei per Rapsacem dici: ne se decipi a Deo suo pateretur, cuius ope fretus esset. Verum Deus progresso in templum regi, atque ibi precato, vatem Esaiam mox adesse iubet, ac futuram ipsi prosperitatem significat, huiusmodi vsus inter alia verbis: Propugnabo hanc vrbem tam mea, quam Dauidis famuli mei caussa. Quæ quidem ita diuinitus prolata sunt, ne putaret Iezechias, orationem suam iustitiæ caussa, qua præditus erat, exauditam esse. Præterea licet hinc intelligere, iustos homines etiam vita functos viuentium patronos agere.

Iezechias rex.

* Sacerdos

4. Reg. 19. 3.

Cæterum Iezechias & fidebat Deo, & suam quoque diligentiam adhibebat. Primum enim fontes, qui ante vrbem erant, obstruxit: deinde turres in altum excitauit, itemque munitionem quandam aliam ædificauit. Deinde accidit, vt cum præsenti mortis periculo langueret. Quamobrem demisso animo semet ad Dominum conuertit: 2. Paral. 32. 26. quemadmodum in Omissorum libro memoriæ proditum est. Iezechias, inquit, ex imo pectore se demisit. Quia enim pater ipsius oraculum acceperat huiusmodi: En virgo prægnans erit: seipsum putarat illum Emmanuelum esse, ac promissionis euentum in se finem habiturum. Quapropter virginitatem colens, nullo coniugii studio tenebatur. Præterea cum extraneorum interitum conspexisset, ex quibus vna nocte C & LXXXV millia sunt ab Angelo interempta: magis etiam in opinione sua stolida confirmabatur. Quapropter a Domino ad frugem reuocatur, pede sic adflicto, vt iam putresceret. Sed tamen ei deinde signum quoddam dedit, ex quo se mortem id temporis non obiturum

Isaia 7. 14.

Vide Notas.

Ibidem.

intelligeret. En, inquit, ego conuertam vmbram graduum, quos iam decem sol descendit in iis, qui sunt in domo tua paterna, gradibus. Tradunt enim Achazum per machinam quandam in domo sua gradus quosdam effecisse, qui horas commonstrarent, & solis cursum metirentur. Itaque Deus vt iis, quæ prædixerat, fidem faceret: (adiecturum enim se promittebat ipsius vitæ quindecim annos) effecit, vt vmbra solis retro graderetur. quando etiam Iezechias ipse ab occasu vitæ suæ, ad alterum quasi quoddam vitæ principium reuertebatur. Quapropter hoc ei de sole signum Deus, non aliud dedit.

Dies sub Iezechia quot horas habuerit ex Hippolyti sententia.

Ac diem quidem illum tradit Hippolytus, triginta duas horas habuisse. Sol enim gradus decem permensus, deinceps per eosdem recurrebat. Quo facto, suum ad cursum ordinarium reuersus, XII reliquis gradibus peragratis ad occasum peruenit. Hæc Hippolyti est sententia. Verum Eustathius, Antiochenus ille patriarcha, vult diem illum non habuisse plures, quam viginti duas horas. Videtur enim ita sensisse, quasi solis retro facta regressio non horis decem, sed oculi vno momento acciderit. Eodem modo dies ille vigintiquatuor horarum fuit, quo Iesus Nauæ filius, in ipso meridie totum diei spatium solem subsistere iussit. Nam sol id temporis interuallo sex horarum ad meridiem vsque progressus erat, ac totidem horas habuit, donec ad occasum perueniret: in ipso autem meridie, quemadmodum diximus, totius diei spatium in medio cœli substitit. Debes vero scire hoc loco, dilecte fili, solem principaliter non institisse, nec prodigium ad vnum solem referri debere: sed etiam ad primum illud cœlum. Nam illo per diuinum mandatum impedito, quominus in motu suo progrederetur: omnino necesse erat, solem quoque subsistere, qui vna cum ipso mouetur. Hoc verum esse, velim eximius ille Maximus tibi persuadeat: qui in eis, ad Thalassium quæ scripsit, hac de re verbis huiusmodi disseruit. Deus solis & lunæ cursum, qui alias impediri nequit, id temporis noua & inusitata ratione quadam inhibuit: quum naturam vniuersi huius, nunquam non mobilem, motus expertem esse iussit. Et fecit profecto Deus ille rerum vniuersitatis huiusmodi prodigium ea potissimum de caussa, vt luculente declararet, neque certæ legi, neque necessitati sidera esse obnoxia, quemadmodum plerique sunt arbitrati, quum cernerent semper eodem illa modo moueri. Quamobrem aliquando ea subsistere iussit, vt potestatem suam in res vniuersas ostenderet: ac deinde rursus eadem ferri motu suo permisit, quem ab initio rerum ipsis præscripserat.

Eustathius Antiochenus.

Dies alius XXIV. horarum.

Maximi locus.

Cur sol substiterit.

Secundũ hæc Marodachus rex Babylonio-

ἔχων. ἰδοὺ ἐγὼ στρέφω τὴν σκιὰν τῶν ἀναβαθμῶν οὓς κατέβη ὁ ἥλιος τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. φασὶ γὰρ τὸν Ἀχὰζ ἐκ μηχανῆς τινος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀναβαθμοὺς κατασκευάσαι τινάς, οἷον ὡρολογοῦντας, καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἐκμετροῦντας. τότε λοιπὸν ὁ Θεὸς εἰς πίστιν τῶν λεγομένων· (προσετίθη γὰρ αὐτῷ καὶ ἕτερα ζωῆς ἔτη πεντεκαίδεκα·) ἀνόπιν ἰέναι ποιεῖ τὴν τοῦ ἡλίου σκιάν. ἐπειδὴ καὶ ὁ Ἐζεκίας ἀπὸ δυσμῶν τοῦ βίου ἐπὶ δευτέραν ἀρχὴν ἐπαλινδρόμει ζωῆς· ἐφ᾽ ᾧ τὸ τοῦ ἡλίου σημεῖον, καὶ οὐχ ἕτερον, δίδωσιν ὁ Θεός.

Περὶ τῶν ὡρῶν.

Γίνεται οὖν ἡ ἡμέρα ἐκείνη κατὰ τὸν Ἱππόλυτον λʹ. καὶ δύο ὡρῶν. τοὺς γὰρ δέκα ἀναβαθμοὺς διαδραμὼν ὁ ἥλιος, τοὺς αὐτοὺς πάλιν ἀνέδραμεν. εἶτα τῇ ἰδίᾳ διατάξει χρησάμενος, ἐπὶ δυσμὰς ἦλθε τοὺς δώδεκα πάλιν διαδραμών. καὶ οὕτω μὲν ὁ Ἱππόλυτος. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἀντιοχείας Εὐστάθιος εἴκοσι καὶ δύο λέγει γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν. ἐν ῥιπῇ γὰρ ὀφθαλμοῦ λέγειν ἔοικεν, οὐ μὴν ἐν ὥραις δέκα τὸν τοῦ ἡλίου γενέσθαι ἀναποδισμόν. οὕτω μὲν οὖν κδʹ. ὡρῶν ἡ ἡμέρα ἐκείνη γέγονε, καθ᾽ ἣν ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς ἐν αὐτῷ τῷ μεσουρανήματι τὸν ἥλιον ἔστησεν ἡμέρας ὅλης διάστημα. διὰ γὰρ ἓξ ἀνῆλθεν ὡρῶν, καὶ δι᾽ ὁμοίων αὖθις μέσον τοῦ οὐρανοῦ. Γίνωσκε δὲ ἀγαπητὲ, ὅτι οὔτε προηγουμένως ἔστη ὁ ἥλιος, οὔτε τὸ θαῦμα περὶ μόνον τὸν ἥλιον γέγονεν, ἀλλὰ περὶ αὐτὸν τὸν πρῶτον οὐρανόν, αὐτοῦ καὶ κωλυθέντος τῆς πρόσω φορᾶς τῷ θείῳ προστάγματι, ἀνάγκη πᾶσα στῆναι καὶ τὸν αὐτῷ συγκινούμενον ἥλιον. καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον οὕτω κατὰ ῥῆμα διεξιόντι περὶ τούτου. ἡλίου δὲ καὶ σελήνης δρόμον ἀκώλυτον ἐπέσχε παραδόξως ὁ Θεός, τὴν ἀεικίνητον τοῦ παντὸς φύσιν στήσας ἀκίνητον. ταῦτα δὲ ὁ τῶν ὅλων θαυματουργεῖ Θεός, ἵν᾽ ἐντεῦθεν δείξῃ σαφῶς, ὡς οὔτε ὅρος, οὔτε ἀνάγκη τοῖς ἄστροις ἐπίκειται, καθάπερ ᾠήθησαν οἱ πολλοὶ, βλέποντες ὡσαύτως ἀεὶ κινουμένους αὐτούς. ἵστησι λοιπὸν αὐτοὺς, τὴν ἐπὶ πᾶσι προσοῦσαν αὐτῷ παριστῶν ἐξουσίαν, καὶ φέρεσθαι αὖθις ἐᾷ κατὰ τὸν ἀρχῆθεν αὐτοῖς ἐπιτεθέντα θεσμόν.

Οὐκοῦν ἀποστέλλει πρὸς Ἐζεκίαν Μαροδάχ

ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, τῆς νόσου τε ἕνεκα, καὶ τοῦ περὶ τὸν ἥλιον θαύματος. ἀλλ' ἐκεῖνος τἄλλα πάντα παρεάσας, τὸν πλοῦτον αὐτοῦ τοῖς πρέσβεσιν ἔδειξεν. ἐφ' ᾧ καὶ ταῦτα παρὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς αὐτὸν ἐλαλήθη· ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι, καὶ ληφθήσονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπελεύσονται. καὶ οἱ υἱοί σου, οὓς γεννήσεις, ἔσονται εὐνοῦχοι ἐν τῷ οἴκῳ βασιλέως Βαβυλῶνος. υἱοὺς δὲ λέγει τοὺς τρεῖς παῖδας σὺν τῷ προφήτῃ Δανιήλ. ἀπόγονοι γὰρ οὗτοι τοῦ Ἐζεκίου γεγόνασιν. εἴωθεν οὖν ἡ γραφὴ τοὺς ἀπογόνους ἐπονομάζειν υἱούς. καθὰ δὴ καὶ τὸν Δαβὶδ πατέρα τοῦ Ἐζεκίου καλεῖ. οὐδὲ γὰρ υἱὸς τοῦ Δαβὶδ ὁ Ἐζεκίας, ἀλλ' ἀπόγονος πάντως αὐτοῦ. ὁ μέντοι Μαροδάχ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τοῦ περὶ τὸν ἥλιον χάριν θαύματος πρὸς Ἐζεκίαν ἀπέστειλε. τὸν γὰρ ἀναποδισμὸν αὐτοῦ τοσοῦτον εἶναι λέγει παραδοξότατον ὁ Ἀρεοπαγίτης θεῖος Διονύσιος, ὥστε καθ' ὑπερβολὴν ἐκπλῆξαι τοὺς Βαβυλωνίους, καὶ ὡς ἰσοθέῳ τινὶ τῷ Ἐζεκίᾳ καθυποτάξαι αὐτούς.

Περὶ Μανασσῆ βασιλέως.

Μετὰ δὲ Ἐζεκίαν κρατεῖ Μανασσῆς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ὅστις σὺν ταῖς λοιπαῖς αὐτοῦ κακίαις προσεκύνησε, καὶ πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι τοῖς ἄστρασι· καὶ ἐκληδονίζετο, ἤγουν διὰ λόγων παρετηρεῖτο τὰ ἐκβησόμενα· εἰ καί τινες ἕτεροι κληδόνα λέγουσι τὴν διά τινων ἐπῳδῶν ὁλκὴν τῶν δαιμόνων καὶ καταφοράν. ἐφ' ᾧ καὶ κληδὼν ἐτυμολογεῖται παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸ κλῶ τὸ καλῶ. καὶ οἰωνίζετο δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁ Μανασσῆς, ἤγουν τὰς τῶν ὀρνέων πτήσεις παρετηρεῖτο, κἀντεῦθεν τοῦ μέλλοντος κατεστοχαζόμενος ἦν. καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος ἔλεγεν·

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον. καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

πρόσεχε οὖν ὅτι καὶ διὰ τῆς τοιᾶσδε πτήσεως τῶν ὀρνέων, καὶ δι' ἥπατος προβάτων, καὶ δι' ὀνείρων αὐτῶν ἐδόκουν οἱ παλαιοὶ τὸ μέλλον προορᾶν. καὶ οἱ μὲν ἀρχαιότεροι ἐκεῖνοι καθάπερ εἴρηται, καὶ * πτῆσιν ὀρνέων, καὶ ἄλλοις τοιούτοις, κατάγε δοκοῦν αὐτοῖς, τοῦ μέλλοντος ἐστοχάζοντο.

* πτῆσι

Ὅτι δὲ τὸ παρατηρεῖσθαι τοιᾶσδε ἢ τοιᾶσδε κεκώλυται δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐξ ὧν ὁ μέγας διείληφε Βασίλειος. ἐπεξηγούμενος γὰρ τὸ ἐν τῇ κατὰ τῆς Ἰουδαίας δευτέρᾳ ὁράσει τοῦ προφήτου Ἠσαΐου ῥητὸν τὸ κατὰ λέξιν οὑτωσὶ διαλαμβάνον· ὅτι ἐνεπλήσθη ὡς τὸ ἀπαρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, ὡς ἡ

A rum ad Ezechiam legatos suos mittit, tum eius morbi caussa, ex quo conualuerat, tum prodigii, quod in sole acciderat. Tum cæteris rebus Ezechias omissis & neglectis, opes suas legatis ostentat. Quamobrem Esaias vates eum verbis huiusmodi compellauit: Scito fore tempus, quum omnia quæ domi tuæ sunt, auferentur, & Babylonem transferentur. Quin & de filiis tuis a te ortis atque genitis sumentur, qui in regis Babyloniorum domo sint eunuchi. Quibus in verbis filiorum appellatione veniunt tres illi pueri, quibuscum & Danielus vates fuit. Nam illi Ezechiæ nepotes ac posteri exstiterunt. Et frequens est litteris sacris, posteros nepotesque vocare filios, sicut & Daui-

4. Reg. 20. 17.

Filij pro nepotibus.

B dem Ezechiæ patrem nuncupant. Atqui non filius Dauidis erat Ezechias, sed eius e posteris ortus. Cæterum Marodachus alia nulla de caussa legatos ad Ezechiam miserat, vt supra quoque indicatum est, quam quod miraculum illud in sole accidisset. Nam solis illam regressionem tam nouam prorsus & inusitatam fuisse tradit Areopagita Dionysius, vt supra modum Babyloniis stupori esset, eisque præberet occasionem vltro se summittendi Ezechiæ, tanquam homini diuino.

Dionysius Areopagita.

Post Ezechiam Manasses eius filius imperio potitur. Hic inter alia facinora, quæ commisit, etiam copias cœli vniuersas ado- C rabat, hoc est, sidera: & hariolationibus vtebatur, hoc est, omina de futurorum euentu obseruabat, quod Græci κληδονίζεσθαι dicunt. quanquam alii quidam volunt κληδόνα vocari geniorum per excantationes certas attractionem, & e sublimi deductionem. Qua de caussa tradunt eius vocis originem esse a verbo κλῶ, quod idem sit cum καλῶ, significationem euocandi habente. Præterea Manasses auguriis vtebatur, hoc est, auium volatus obseruabat, deque illis coniecturas rerum futurarum sumebat. Atque hoc illud ipsum est, cuius in hisce versibus mentionem Homerus fecit:

Manasses rex.

Quid κληδονίζεσθαι & κληδών. *Vide Notas.*

Homerus Il. α.

Quin vel sacrificiū, vel vatem arceßimus vltro,
D *Vel coniectorem, faciat qui somnia plana.*
A Ioue namque ipso proficisci somnia scimus.

Nimirum hinc animaduertere potes, existimasse priscos illos homines, futurorum cognitionem percipi de tali vel tali auium volatu, vel ex pecudum iecinoribus, vel ipsis denique somniis. *

At vero quod volatus auium, pecudum iecinora, somniaque hoc illoue modo obseruari nefas sit ac prohibitum: quum aliis ex argumentis & indiciis est perspicuum, iisque non paucis, tum ex illis, quæ magnus noster Basilius est complexus. Declarans enim hoc in secunda visione aduersus Iudæos Esaiæ vatis dictum, cuius hæc ipsa verba sunt, Referta est regio ipsorū hariolationibus, sicut

Contra diuinationes.

Basilius de variis diuinationibus.

olim, quum eam extranei possiderent: huiusmodi quædam subiicit. Vides quantum malum sit hariolatio, quod scilicet faciat, vt homo ipsi deditus, Dei cura prorsus excidat. (Is. 2. 6.) At vero multi Christianorum citra vllum discrimen auribus ostenta captant, omina venantur, animum notis & signis aduertunt. Sed audi tu, quid hoc loco dicatur: nimirum populum illum reiectum esse, qui hæc curiose obseruauerit. Etenim complures diuinationes, vt hariolationes, ominationes, auguria, lege Mosaica tanquam malorum geniorum inuenta prohibentur. Nam exstant hæc in ea verba: (Deut. 18. 10.) Non vlla vel omina, vel auguria captabitis. Quippe nationes istæ, quas Dominus vestra caussa de medio tollit, hariolationibus & aliis vaticiniis vtuntur. Vobis autem Dominus Deus ille vester id nequaquam permittit.

Absurdum enim fuerit, vt qui de præscriptis a Deo consilium habere potest, ad considerationem rerum agendarum, animalia bruta pro consiliariis adhibeat: immo eis ne pro consiliariis quidem, sed magistris & legum quasi latoribus vtatur. Itidem propositum sibi periculum, & ante oculos imminens, ignorat auis: tibi vero quod futurum sit, indicabit? Quod si aues malorum efficacitate fraudulenta geniorum hinc inde volant, noli horum dominorum, a quibus agitantur, fraudibus inhiando desidere, nec te diabolicis imposturis capi patitor. Quippe diabolus vbi semel nactus est animum procliuem ad proprium interitum, omnibus eo modis abuti non desinit. Videmus autem crocitantes coruos, & aquilas propter inopiam cibi oberrantes, cordi superstitioso pauorem incutere. Tantaque adeo nostri hostis illius est in hominem petulantia, vt alicunde se offerens mustela, vel prospectans canis, vel ab ortu aduentans homo, magnam in eis formidinem excitent, in quos forte inciderunt. Quid eiusmodi vita miserabilius esse possit? in qua omnia suspecta sint, & negotia quæuis ab omnibus impediantur? Potius vndiquaque noster animus ad Deum reuocandus est. Quum aues aera peruolantes intueris, noli figuram volatus curiose perscrutari: sed illis rebus omissis, declaratam in eis sapientiam creatoris & ordinationem admirare: qui scilicet fiat, vt tantum pondus aera permeet: quo pacto tenera istæc aeris natura volucrum alis pro vehiculo sit: qui per alarum extensionem in aere natent, ac motu caudæ, ceu claui cuiusdam, volatum suum dirigant. In his enim Dei sapientia conspicitur. At homo quispiam pusilli animi, & humilia tantum respiciens, animalium rationis expertium motus instituto suo accommodare nititur, Deoque relicto malis se geniis dedit, qui reapse nihil aliud sunt, quam insidiatores. Ac de his quidem rebus in hunc modũ dictum esto.

A τῶν ἀλλοφύλων, καὶ τάδε διέξεισιν. Ὁρᾷς ἡλίκον κακὸν τὸ κληδονίζεσθαι, ἔξω τῆς παρὰ Θεοῦ ἐπιμελείας ποιεῖ τὸν προσέχοντα αὐτῷ. πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν ἀδιαφόρως ὠτακουστοῦσι, καὶ φήμας θηρῶνται, καὶ συμβόλοις προσέχουσιν. ἀλλ' ἄκουε ὅτι ἀπερρίφη ὁ λαὸς ὁ ταῦτα περιεργαζόμενος. πολλαὶ γὰρ ἐκ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου μαντεῖαι καὶ κληδόνες, καὶ οἰωνισμοὶ, καὶ ὀρνιθοσκοπίαι διαβέβληνται, ὡς δαιμόνων εὑρέματα. οὐκ οἰωνεῖσθε γὰρ, φησὶν, οὐδὲ ὀρνιθοσκοπεῖσθε. τὰ γὰρ * ἔθη, οὓς κύριος ὁ Θεὸς ἐξολοθρεύει ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, οὗτοι κληδόνων καὶ μαντειῶν B ἀκούσονται. σοὶ δὲ οὐχ οὕτως δέδωκε κύριος ὁ Θεός σου.

* ἔθνη.

Ἄτοπον γὰρ τὸν ἔχοντα τὴν ἐκ τῶν δικαιωμάτων τοῦ Θεοῦ συμβουλὴν πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν πρακτέων σκέψιν, συμβούλους ἑαυτοῦ παραλαμβάνειν τὰ ἄλογα. μᾶλλον δὲ οὐδὲ συμβούλοις, ἀλλὰ διδασκάλοις χρῆσθαι καὶ νομοθέταις. καὶ τὸν μὲν ἑαυτοῦ κίνδυνον παρακείμενον, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ὄντα οὐκ οἶδεν ἡ ὄρνις, σοὶ δὲ τὸ μέλλον προαγορεύσει; εἰ δὲ ἀπὸ δαιμόνων ἐνεργείας ἀπατηλῶς περιπέτονται, μή μοι καθέζου δεσποτῶν ἀπάταις προσκεχηνώς, μηδὲ γίνου διαβολικῆς ἔκδοτος ἐνερ- C γείας. ἀλλὰ καὶ κρώζοντες κόρακες, καὶ ἀετοὶ ἀλύοντες δι' ἀπορίαν θήρας, τὴν δεισιδαίμονα καρδίαν * πλήσσουσι. καὶ τοσαύτη τοῦ ἐχθροῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον ὕβρις, ὥστε καὶ γαλῆ παραφανεῖσα, καὶ κύων διακύψας, καὶ ἄνθρωπος ἐπιφανεὶς ἕωθεν τοὺς ἐντυγχάνοντας πάντη ποιοῦσιν ἐκπλήττεσθαι. τί ἐλεεινότερον τοῦ τοιούτου βίου, πάντα ὑποπτεύειν, ὑπὸ πάντων ἐμποδίζεσθαι. δέον πανταχόθεν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπανάγειν; ὅταν ἴδῃς ὄρνιθας διαπετομένους τὸν ἀέρα, μὴ τὰ D σχήματα τῶν πτήσεων περιεργάζου· ἀλλὰ ταῦτα καταλιπὼν, τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἐπ' αὐτοῖς σοφίαν καὶ διακόσμησιν θαύμαζε· πῶς βάρος τοσοῦτον δι' ἀέρος φέρεται· πῶς ἡ ἁπαλὴ τοῦ ἀέρος φύσις ὄχημα γίνεται τῷ πτερῷ· πῶς τῇ μὲν ἐκτάσει τῶν πτερῶν ἐπινήχονται τῷ ἀέρι, τῇ δὲ οὐρᾷ οἷον πηδαλιώτην πτῆσιν ἑαυτῶν ἀπευθύνουσι. καὶ τοιαύτη μὲν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ μικρόψυχος καὶ ταπεινὰ φρονῶν τὰς τῶν ἀλόγων κινήσεις τῷ ἰδίῳ σκοπῷ συναρμόζειν ἐπιχειρεῖ, καὶ καταλιπὼν τὸν Θεὸν, δαίμοσιν ἐπιβούλοις ἐκδέδωκεν ἑαυτόν. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

* πλήσσουσι.

A Ο δέγε διαληφθεὶς βασιλεὺς καὶ ἐγγαστριμύθοις ἐποίησε, καὶ γνώστας, ἤτοι μάντεις ἐπλήθυνε. καὶ τὸ πάντων δυσσεβέστερον, ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὸ τῆς ἀκολάστου δαίμονος ἔστησεν ἄγαλμα. οὐ μόνον δὲ εἰδώλοις ἐλάτρευεν ἐν ἔτεσι ν'. καὶ δύο, ἀλλὰ καὶ αἷμα ἀθῷον ἐξέχεεν, εἴτε προφητῶν, εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν εὐσεβῶν. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἡσαΐαν ξυλίνῳ λέγουσι πρίσαι πρίονι. πλὴν, ὥς φησι Γεώργιος, Μαροδὰχ βασιλεὺς Ἀσσυρίων δεσμώτην ἤγαγε τὸν Μανασσῆν, καὶ βαλὼν ἐν φυλακῇ, ἄρτῳ πιτυρίνῳ καὶ ὕδατι σὺν ὄξει ἔτρεφεν. ὡς δὲ καὶ ὁ θειότατός φησιν Ἀναστάσιος ἐξ ἱστορικῶν τινων τοῦτο μαθὼν, καὶ ζωδίῳ χαλκῷ παρὰ τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος ἐμβάλλεται· ἀλλ' ἔνδον τοῦ ζωδίου ὢν, ἐπέγνω τε τὸν Θεὸν, καὶ τὴν ᾠδὴν ἔψαλλεν. ἐφ' ᾧ καὶ δυνάμει θείᾳ διερράγη τὸ εἴδωλον, καὶ ἄγγελος κυρίου κατήγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ * ἐζήτησε τὸ λοιπὸν ἐν μετανοίᾳ, καὶ τὰ προλαβόντα διορθῶσαι. τοσαῦτα δὲ εἰς Θεὸν ἐπλημμέλησεν, ὡς καὶ τὸν θειότατον Ἀναστάσιον οὕτως εἰπεῖν· εἰ Μανασσῆν ἔσωσεν ὁ Θεὸς, τολμῶ εἰπεῖν, ὡς καὶ τὸν διάβολον ἔσωσεν ἂν, εἴπερ ἐπιστρέψαι ἠθέλησεν.

* ἔζησε

Περὶ Ἀμμὼν βασιλέως.

C Μετὰ δὲ Μανασσῆν ἐβασίλευσεν Ἀμμὼς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ὅστις τὴν μὲν πατρικὴν ἀσέβειαν ἐμιμήσατο, οὐ μὴν δὲ τὴν μετάνοιαν. ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διατί τοῦ μὲν Μανασσῆ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνέμεινεν ὁ Θεὸς, τοῦ δὲ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀμμὼς, οὐχὶ, ἀλλ' ἐθέρισεν αὐτὸν ἔτη δύο βασιλεύσαντα. φησὶ γὰρ ἡ γραφή. καὶ παρελογίσατο Ἀμμὼς λογισμὸν πονηρὸν, καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου πολλὰ ἐκ νεότητος παρηνόμησε, καὶ ἐν γήρᾳ μετενόησε. καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον. διὰ τοῦτο οὐκ ἀνέμεινεν ὁ Θεὸς, διότι οὐκ ἐσωφρονίσθη ἀφ' ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ πέπονθεν.

Περὶ Ἰωσία.

D Μετὰ τοῦτον Ἰωσίας ὁ ἔγγονος αὐτοῦ. οὗτος τοῦ προγόνου Δαβὶδ ἐκτήσατο τὴν εὐσέβειαν. καὶ πρῶτον μὲν ἐπεμελήθη τοῦ ναοῦ, κατασκάψας πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν οἶκον ὃν ᾠκοδόμησε Σολομὼν τῇ Ἀστάρτῃ προσοχθίσματι Σιδωνίων. ἔπειτα δὲ τῶν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ θείων λόγων ἀκούσας, καὶ τὴν ἐσθῆτα διέρρηξε, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐθρήνησε. διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς κατὰ μὲν τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ναοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, τῷ δὲ βασιλεῖ χρηστὰ προηγόρευσεν. ἀνθ' ὧν γὰρ, φησὶν,

Cæterum hic ipſe rex, quo de agimus, etiam ventriloquos inſtituit, & gnoſtarum ſiue diuinatorum numerum auxit: quodque omnium maxime impium erat, impudicæ Deæ ſimulacrum diuino in templo ſtatuit. Neque tantum deaſtros religioſe coluit totos quinquaginta duos annos, verumetiam ſanguinem innoxium tam vatum, quam aliorum quorundam piorum hominum fudit. Quin & ipſum Eſaiam perhibent ab eo ſerra lignea diſſectum eſſe. Sed tandem, vt Georgius auctor eſt, Marodachus rex Aſſyriorum Manaſſem ab ſe captum & in vincula coniectum abduxit, ac pane de furfure confecto, & aqua aceto permiſta aluit. Præterea diuinus ille Anaſtaſius commemorat, accepta haud dubie huiuſmodi narratione quibuſdam ex hiſtoricis, Manaſſem in animal quoddam aheneum a rege Babylonio concluſum fuiſſe: in quo deinceps Deum agnouit, & carmen illud ſuum cecinit. Quapropter diuina vi ſimulacro rupto, Angelus eum Hieroſolyma reduxit, vbi deinceps in anteactorum pœnitentia vixit, & priora delicta emendauit. Tot autem tantaque facinora Manaſſes patrauit, vt diuinus ille Anaſtaſius dicere non dubitauerit: Si Manaſſem Deus ſeruauit, equidem auſim dicere, quod etiam diabolum ipſum ſeruaturus fuerit, ſi reuerti ad Deum voluiſſet.

Georgius Syncellus. Eſaias ſerra lignea diſſectus.

Anaſtaſius. Manaſſis ſupplicia.

Poſt Manaſſem Amoſus filius eius imperium obtinuit. Is paternam quidem impietatem eſt æmulatus, at non pœnitentiam. Fuerit autem pretium operæ inquirere, quamobrem Deus Manaſſis quidem pœnitentiam exſpectauerit, ſed non itidem filii quoque ipſius Amoſi, quem annis duobus regno potitum, vt ſacræ litteræ loquuntur, inſtar maturæ ſegetis demeſſuit. Nimirum cogitationem quandam prauam apud animum inſtituit Amoſus, quum ſecum ita loqueretur: Pater meus a puero multa ſcelerate fecit, ac in ſenecta pœnitentiam egit. Quamobrē & ipſe hac in ætate pro animi mei libidine me geram, & deinceps ad Dominum me conuertam. Hac igitur de cauſſa Deus pœnitentiā ipſius non exſpectauit, quando paternis calamitatibus nullo modo factus erat melior.

Amoſus rex.

Eum Ioſias filius in regno ſequutus eſt. Is Dauidis, ſui generis auctoris, pietate præditus fuit. Ac primum quidem templi curam habuit, euerſo inter alia etiam illo fano, quod Solomo Sidoniorum piaculo Aſtartæ condiderat. Deinde quum perſcripta in Deuteronomio diuina oracula ipſi recitata fuiſſent, non ſolum veſtem ſuam dilacerauit: ſed etiam maximopere lacrymis ſuam miſeriam deplorauit. Quamobrem Deus aduerſus ipſum quidem fanum atque populum ſententiam ſuam pronuntiauit, verum regi proſpera quæq; prædixit. Quoniam, inquit,

Ioſias rex.

præceptis meis auditis cor tuum se demisit, A tuque vestimenta tua dilacerasti, & coram me lamentatus es: oculi tui cuncta illa mala non adspicient, quibus ego familiam hanc adfecturus sum. Idem rex simulacrorum vasa in torrentem Cedronem confracta deiecit, & Bethele deastrorum sacrificos concremauit, quemadmodum Ioelus homo diuinus futurum vaticinatus fuerat. Eiusdem Iosiæ regis imperio, quemadmodum Georgius memoriæ prodidit, vrbs Byzantium a Byzo Thracum rege condita est.

Georgius. Quando Byzantium conditum.

Secundum hæc sciendum, Hierosolymam a Nabuchodonozore ter spoliatam esse, videlicet regnantibus Ioacimo, Iechonia, & Sedecia, quemadmodum Georgius scripsit. Theodoritus autem, diuinissimum vatem Ieremiam sequutus, ex Ioacimo & Iechonia facit vnum eumdemque regem. Sedecias vero, sicut Epiphanius meminit, effossis oculis Babylonem abductus, & in pistrinum coniectus, ibidem annos viginti sex contriuit, ac tandem honorifice vicissim est habitus. Sunt igitur anni regum, quotquot a Dauide ad Sedeciam vsque Hierosolymis imperarunt, in vnum collecti, CCCCXCIIX, & reges ipsi viginti duo, Dauidici generis omnes. Samariæ vero regnarunt XIIX, ab Hieroboamo vsque ad Oseam, sub quo Salmanasar Samariam deleuit, ac regnum eius euertit, Samaritanorum loco deductis eo coloniis Assyriorum, a quibus ortæ sunt Samaritanorum & Sadducæorum hæreses. Quum autem a leonibus hi deuorarentur, subito in ipsos irruentibus, deque senioribus edocti fuissent, quinam iis in locis Deus antiquitus coli consueuisset, a quo malis eiusmodi adficerentur: quinque Mosis volumina receperunt, eoque modo agnito vero numine, nihil ab eo tempore mali perpessi sunt: quanquam in sectas quasdam deinceps etiam exorbitarunt, vt qui recta ratione libros sacros non inspicerent ac peruoluerent. Anni autem illorum, qui Samariæ regnarunt, sunt CCLIII, ac fuerunt hi diuersis orti familiis, & omnes ad exemplum Hieroboami se impie gesserunt.

Theodoriti locus.

Duratio regnorum Iudaici & Israelitici.

Samaritanorum sectæ origo.

Iudæorum autem e Perside reditum scriptis libris Esdras est complexus. Eius autem reuersionis hæc fuit occasio, sicuti Iosephus quidem memoriæ prodidit. Tres milites, satellites regii, quorum erat in numero Zorobabelus, contendebant inter sese per occasionem pacti conuenti, vt qui vicisset, potestatem haberet a rege petendi, quicquid vellet. Quum igitur vnus dixisset, vincere vinum, alter regem: Zorobabelus fœminas vincere statuit, ante omnia vero veritatem. Quod verbum vbi protulisset, victoriam cæteris eripuit petereque iussus est, quod lu-

Iosephus.

De Zorobabelo.

A ἤκουσας τῶν λόγων μου, καὶ ἡπαλώθη ἡ καρδία σου, καὶ διέρρηξας τὰ ἱμάτιά σου, καὶ ἔκλαυσας ἐνώπιόν μου, οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακὰ, ἃ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦτον. καὶ τὰ μὲν σκεύη τῶν εἰδώλων ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῶν Κέδρων συνέτριψεν. ἐν δὲ τῇ Βαιθὴλ τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερέας κατέκαυσε, κατὰ τὴν προφητείαν Ἰωὴλ ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. ἐπὶ μέντοι τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἰωσίου, ὥς φησι Γεώργιος, ἐκτίσθη τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζου βασιλέως Θρᾴκης.

Ἰστέον ὅτι τρίτον ἐπόρθησε τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐπὶ Ἰωακεὶμ Ἰεχονίου, καὶ ὕστερον B ἐπὶ Σεδεκίου, ὥς φησι Γεώργιος. ὁ δὲ Θεοδώρητος Ἰωακεὶμ καὶ Ἰεχονίαν τὸν αὐτὸν εἶναι λέγει, τῷ θειοτάτῳ Ἱερεμίᾳ ἑπόμενος. ὁ δὲ Σεδεκίας κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον τυφλωθεὶς, καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθεὶς, ἐνεβλήθη μύλωνι ἐπὶ ἔτεσιν εἴκοσι καὶ ἓξ, εἰ καὶ ὕστερον ἐτιμήθη. γίνονται οὖν ὁμοῦ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλευσάντων ἀπὸ Δαβὶδ ἄχρι Σεδεκίου τὰ ἔτη υϟ΄. καὶ η΄. οἱ δὲ βασιλεῖς εἴκοσι καὶ δύο πάντες ἐξ ἑνὸς γένους τοῦ Δαβίδ. οἱ δὲ ἐν Σαμαρείᾳ βασιλεύσαντες ιη΄. ἀπὸ Ἱεροβοὰμ ἕως Ὠσηὲ, ἐφ᾽ οὗ πέπαυται καὶ ἀπώλετο Σαμάρεια ὑπὸ Σαλμανασάρ. ἀντὶ δὲ τῶν Σαμαρειτῶν Ἀσσύριοι ἐκεῖσε κατῴκησαν· ἐξ ὧν οἱ C αἱρετικοὶ Σαμαρεῖται καὶ Σαδδουκαῖοι. οὗτοι μὲν οὖν ὑπὸ λεόντων βιβρωσκόμενοι ἐξαπίνης αὐτοῖς ἐμπιπτόντων, καὶ μαθόντες ἀπὸ γερόντων τὸν ἐκεῖ ἀρχαίων τιμώμενον ἐκεῖσε Θεὸν, καὶ ὅτι παρ᾽ ἐκείνου τὰ τοιαῦτα πάσχουσι, τὴν τοῦ Μωσέως ἐπικτῶνται πεντάτευχον· καὶ οὕτω τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐπιγνόντες, ἀβλαβεῖς τοῦ λοιποῦ διετηρήθησαν. εἰ καὶ εἰς αἱρέσεις ἐντεῦθεν ἐξώκειλαν, ἅτε μὴ κατ᾽ ὀρθὸν λόγον ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐγκύπτοντες. τὰ δὲ ἔτη τῶν βασιλευσάντων ἐν Σαμαρείᾳ σν΄. καὶ γ΄. ἐκ διαφόρων μὲν γεγονότων, πάντων δὲ πεποιηκότων τὸ πονηρὸν κατὰ τὴν ἁD μαρτίαν Ἱεροβοάμ.

Τὴν μὲν οὖν ἀπὸ Περσίδος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδον ἐξηγήσατο τότε ὁ Ἔσδρας, καὶ συνεγράψατο. ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπανόδου κατὰ τὸν Ἰώσηπον αὕτη. τρεῖς στρατιῶται φυλάσσοντες τὸν βασιλέα, ἐν οἷς ἦν καὶ Ζοροβάβελ, ἤρισαν ἐν προβλήματι τεθείσης συμφωνίας, αἰτῆσαι τὸν νικῶντα ἅπερ ἂν ἐθελήσειε παρὰ τοῦ βασιλέως. τοῦ τοίνυν ἑνὸς εἰπόντος νικᾶν τὸν οἶνον, καὶ τοῦ ἑτέρου τὸν βασιλέα· ὁ Ζοροβάβελ εἶπε, νικᾶν τὰς γυναῖκας, καὶ ὑπὲρ πάντα τὴν ἀλήθειαν. καὶ ἐπεὶ ταῦτα εἰρηκὼς νενίκηκε, καὶ ἤκουσεν αἰτήσασθαι ἃ βουλε-

Περὶ Ζοροβάβελ.

ται, ἠξίωσεν αὐτὸν ἀφεθῆναι τὴν αἰχμαλωσίαν. ὃ δὴ καὶ γέγονε. τηνικαῦτα καὶ γὰρ ἐπληρῶντο τὰ ο'. ἔτη τῆς θείας ὀργῆς. καὶ οἱ μὲν οἰκοδομοῦντες τὸν ναὸν ἦσαν, Ζοροβάβελ, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδέκ. οἰκοδομηθῆναι δὲ ὁ τοιοῦτος ἔφθασε ναὸς τὴν δευτέραν ταύτην οἰκοδομὴν ἐν χρόνοις μϛ'. διὰ τὸ παρὰ τῶν γειτονούντων ταύτην κωλύεσθαι. ἡ γὰρ πρώτη ἐν χρόνοις εἴκοσι ἐγένετο παρὰ Σολομῶντος, ὡς Ἔσδρας ἱστορεῖ.

Καὶ τὴν μέντοι ἀπὸ Βαβυλῶνος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδον, ναὶ μὴν καὶ τὴν τῶν νεκρῶν παγκόσμιον ἀνάστασιν αἰνιττόμενος ὁ Θεός, ὑπέδειξε τῷ Ἰεζεκιήλ· πεδίον πλῆρες ὀστῶν νεκρῶν, ἃ παραδόξως ἐζωογονήθησαν. ὁ μὲν οὖν Ἔσδρας εὐφυὴς ὢν προεκόμισε τότε τὸν νόμον, καὶ ἀνέγνω, καὶ ὑπετύπωσε πάντα τὰ κατὰ τὸ ἱερόν, καὶ τοὺς λαβόντας ἀλλογενεῖς γυναῖκας ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας, ἐκβαλεῖν πεποίηκε. καὶ οὕτω πάντες καθαρισθέντες ἐποίησαν τὸ πάσχα. ἀλλὰ καὶ αὖθις γυναῖκας ἑωρακὼς Ἀζωτίοις Ἑβραίοις ἐπιμιγείσας, καὶ θρηνήσας, ἔπεισε τὸν λαὸν ταύτας ἐκβαλεῖν, ὡς γάμον παράνομον. λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἰ μὴ ἦν ὁ Ἔσδρας, οὐκ ἂν οὐδὲ ἓν βιβλίον, διά γε τὴν τῶν Ἰουδαίων ῥαθυμίαν καὶ τὴν πολυχρόνιον αἰχμαλωσίαν, μέχρι τοῦ νῦν διεσώζετο. προσέχειν δὲ ἄξιον καὶ τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου διειληφότι. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀπεκομίζοντο οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ νόμῳ τῷ διὰ Μωσέως παιδαγωγεῖσθαι πάλιν ἐσπούδαζον, τότε δὴ τότε παρ' αὐτοῖς ἐδέχετο σκῆπτρον Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα. ὥστε εἰ καὶ καταλῆξαί φησιν ὁ παράφρων εἰς Σεδεκίαν τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, ματαιάζειν ἔοικε προφανῶς· εἴγε μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν τοῖς τῆς βασιλείας θώκοις ὁ Ζοροβάβελ ἐνιδρυμένος ἐφαίνετο. οὗτος μὲν οὖν παρέπεμψε τὸ σκῆπτρον διὰ τῶν ἐφεξῆς μέχρι τῆς Ἡρώδου βασιλείας, ὃς μητρὸς μὲν γέγονεν Ἰουδαίας, ἀλλογενοῦς δὲ πατρός. ἐκλελοιπότων γὰρ οὕτω τῶν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τὸ ἄρχειν λαχόντων, ἐγεννήθη ὁ Χριστός· ὃς καὶ γέγονεν ἐθνῶν προσδοκία. οὕτω μὲν οὖν ὁ διαληφθεὶς δηλονότι Ἡρώδης τῷ Αὐγούστῳ συμμαχήσας Καίσαρι, μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλωμάτων, ἡνίκα κατὰ Κλεοπάτρας ὥρμησε, τὸ βασιλεύειν ἐν Ἰουδαίᾳ, ὥσπερ τι παρ' ἐκείνου * φιλότιμα ἔλαβε. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

* φιλοτίμημα.

A buiſſet. Tum ille nationem ſuam captiuam in libertatem reſtitui poſtulauit, idque continuo factum eſt. Quippe tum etiam LXX illi anni diuinæ iræ completi erant. Exſtruebant autem deinceps Hieroſolymitanum templum Zorobabelus, & Ieſus Ioſedeci F. neque perfici ſecunda iſtæc ſtructura potuit ante annum quadrageſimum ſextum, quod a finitimis nationibus impediretur. Prior vero intra vigeſimum annum a Solomone abſoluta fuerat, vt Eſdras commemorat.

Structura ſecundi templi.

Cæterum exemplo quodam declarare volens Deus non modo Iudæorum e Babylone reditum, ſed etiam vniuerſalem ex mortuis reſurrectionem: B Iezechielo campum oſſibus cadauerum plenum oſtendit, quæ nouo & inuſitato modo vitam recuperabant. Eſdras autem, vir præſtantis ingenii, legem id temporis protulit, eaque recitata, templi ſtructuram vniuerſam lineis deformauit. Effecit etiam, vt quicumque peregrinas vxores durante captiuitate duxiſſent, excluderentur: quo pacto luſtratis omnibus, paſcha celebratum eſt. Quumque rurſum vidiſſet Ebræos quoſdam, cum Azotiis mulieribus conſueſcentes: deplorato malo, auctor populo fuit, vt earum coniugio, tanquam illegitimo valedicerent, ipſaſque fœminas repudiarent. Hoc quoque memoriæ proditum eſt, quod abſque C hoc viro fuiſſet, ne vnum quidem librum ſacrum habituri eſſemus, ob Iudæorum negligentiam, diuturnamque captiuitatem. Animaduertendum hoc etiam, quod eximius ille Cyrillus in libris aduerſus Iulianum ſcriptis expoſuit. Poſteaquam, ait, in patriam ſuam Iudæi reuerſi fuiſſent, ſeque rurſus ad præſcriptum legis a Moſe traditæ magno ſtudio conformare cœpiſſent: Zorobabelus Salathieli F. ex Iudaica tribu regnum apud eos occepit. Quapropter quum veſanus ille Iulianus regnum Dauidis in Sedecia finem habuiſſe dicit, palam delirat: quando poſt captiuitatis tempus in regio ſolio Zorobabelus conſedit. Idem ad poſteros ſceptrum tranſmiſit, vſque ad Herodis imperium, qui matre quidem Iudæa pro- D gnatus fuit, patre vero extraneo. Quippe quum defeciſſent ex tribu Iudaide principes, Chriſtus exſpectatio gentium natus eſt. Herodes autem, cuius mentionem modo faciebamus, quum opem Auguſto Cæſari ſuis impenſis atque ſumptibus id temporis tuliſſet, quo contra Cleopatram copias ducebat: regnum Iudaicum, tanquam liberale nauatæ operæ præmium, ab eo conſequutus eſt. Ac de his quidem hactenus.

De rebus ab Eſdra geſtis.

Eſdras ſacrorũ librorum conſeruator.

Cyrillus de cõtinuatione generis Dauidici.

Herodes regnum ſequitur.

Cæterum quum Nabuchodonosor magnifice semet iactaret eius vrbis nomine, quam condendo ad elegantiam insignem perduxisset, vox quædam de cœlo est audita, quæ huiusmodi verba pronuntiaret: Regnum tuum, Nabuchodonosor, iam tibi periit, adeoque abigeris a mortalium cœtibus, inter feras belluas deges, agri gramine vesceris, anni denique septem hoc modo tibi peragentur, donec agnoueris, esse quendam excelsissimum, cuius dominatu ac potestate regna mortalium contineantur. Quę vbi dicta fuissent, eadem hora respondit euentus. Nam inter alia, crines eius excreuerunt ad leoninorum crinium magnitudinem, itidemque consequutus est vngues, qui volucrum vngues æquarent. Hæc autem propterea perpessus est, quod inter alia nimis magnos sumpsisset animos ob conspectam in somno imaginem. Nam Deum se putabat esse. qua ductus opinione, simulacrum suum erexit, vt adoraretur: incensa etiam fornace, in quam præcipitarentur, si qui facere imperata renuissent. Secundum hæc alterum illud somnium habuit, in quo videbat arborem ad cœlum vsque pertingentem, in qua omnis generis volucres cantillarent. Sequuta est vox cœlitus edita, quæ resectionem arboris, radice tamen excepta, minitabatur. Illud etiam somnium Danielus interpretatur, simulque futurum prædicit, vt annos septem inter belluas montanas vagaretur: quo tempore exacto, regnum (sicut etiam accidit) recuperaret. Nabuchodonosoris in imperio successor fuit filius ipsius, ac post eum filius alter Baltasarus. Hic instituto conuiuio, quum magnates suos inuitasset: forte sedebat temulentiæ gulæque deditus, adhibitis illud ad conuiuium sacris etiam vasis, quæ Nabuchodonosor e diuina Hierosolymorum æde secum abstulerat. Hanc ob caussam iratus Deus, aduersarios inuidentes sibi perdere in vniuersum statuit.

Nabuchodonosoris pœna. *Daniel 4. 22.*

Baltasarus rex.

Quapropter accidit, vt rex Baltasarus in albario parietis opere domus illius, qua in domo sessitabat conuiuium celebrans, manus articulos cerneret, atque litteras, quæ huiusmodi quiddam indicarent: Mane, Thecel, Phares. Quibus verbis rex non mediocriter perturbatus, suos de iis sapientes consulit. Qui quum nihil eorum se intelligere sacramento confirmassent, Danielus vates arcessitur. Nam vaticinandi vis in eo palam facta iam ante fuerat, quum visum illud nocturnum Nabuchodonosoris, sane admirandum, & indicaret, & declararet. Quippe visus ille sibi fuerat videre per quietem statuam quandam ingentis magnitudinis, quam lapis absque manu reuulsus a monte contriuerit. Verum ipsius somnii fuerat oblitus. Quapropter experrectus quodnam fuisset nocturnum illud visum, cognoscere

A Τοῦ Ναβουχοδονόσορ δὲ μεγαλαυχοῦντος καὶ μεγαλοῤῥημονοῦντος ἐφ' ᾗ πόλει παγκάλῳ ἔκτισε, φωνὴ γέγονεν ἐξ οὐρανοῦ λέγουσα· Ναβουχοδονόσορ, ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκδιώξουσί σε, καὶ μετὰ θηρίων ἡ κατοίκησίς σου· καὶ χόρτον ἀγροῦ ψωμιοῦσί σε. καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σέ, ἕως οὗ γνῷς ὅτι κυριεύει ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων. καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ταῦτα συνετελέσθησαν, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις ἐμεγαλώθησαν αἱ τρίχες αὐτοῦ ὡς λέοντος, καὶ οἱ ὄνυχες ὡς ὀρνέου. B Ταῦτα δὲ πέπονθεν, ἅτε μεγαλαυχήσας ἐπὶ τῷ τῆς εἰκόνος ὁράματι. Θεὸν γὰρ ἐντεῦθεν ἑαυτὸν ὑπέλαβεν. ὅθεν καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ἵστησι τοῦ προσκυνεῖσθαι ἕνεκεν, καὶ τὴν κάμινον ἐκείνην ἀνῆψεν. μετὰ δὲ ταῦτα ὁρᾷ δεύτερον ὄνειρον. δένδρον εἰς οὐρανὸν φθάνον παντοίως πετεινοῖς περιηχούμενον. φωνὴν ἄνωθεν τομὴν ἀπειλοῦσα τοῦ δένδρου, ἄνευ μέντοι τῆς ῥίζης. σαφηνίζει καὶ τοῦτο τὸ ὅραμα ὁ Δανιήλ, καὶ ἑπταετίαν λέγει αὐτὸν συναγελάζεσθαι τοῖς ἐν ὄρεσι θηρίοις, εἶτα πρὸς τὴν βασιλείαν ἐπανελθεῖν. ὅ, τι δὴ καὶ γέγονε. C μετὰ τοῦτον κρατεῖ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. εἶτα ὁ ἕτερος υἱὸς αὐτοῦ Βαλτάσαρ. οὗτος συμπόσιον ποιήσας, καὶ τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ συγκαλεσάμενος· ἐκάθητο μεθύων καὶ γαστριζόμενος, ὑπηρετούμενα ἔχων τῷ τοιούτῳ συμποσίῳ τὰ ἱερὰ σκεύη ἐκεῖνα, ἅπερ ὁ Ναβουχοδονόσορ ἀφείλετο τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις θείου ναοῦ. ἐπὶ τούτοις ὀργίζεται ὁ Θεός. ἐφ' ᾧ καὶ παντελῆ καταψηφίζεται τῶν αὐτοῦ καταφρονούντων ἀπόλειαν.

Περὶ Ναβουχοδονόσορ.

Ὄνειρος Ναβουχοδονόσορ.

Ὁρᾷ λοιπὸν ὁ Βαλτάσαρ ἐπὶ τῷ κονιάματι τοῦ οἴκου, ἐν ᾧ ἐκάθητο, ἀστράγαλον χειρός, καὶ γράμματα οὕτω διαγορεύοντα· D Μανή, Θεκέλ, Φαρές. ὅθεν καὶ οὐ μικρῶς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τούτοις ἀπορεῖ· ἐρωτᾷ περὶ τούτων τοὺς ἑαυτοῦ σοφούς. οἱ δὲ μηδὲν εἰδέναι ὄμνυνται. μετακαλεῖται καὶ ὁ προφήτης Δανιήλ. ἔφθασε γὰρ ἡ ἐν αὐτῷ προφητικὴ δύναμις γενέσθαι κατάδηλος, ἡνίκα τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην τοῦ Ναβουχοδονόσορ ὅρασιν καὶ εἶπεν καὶ διεσάφησεν. εἰκόνα γὰρ εἶδε κατ' ὄναρ πολύχρουν, καὶ λίθον ἄνευ χειρὸς ἐξ ὄρους τμηθέντα, καὶ τὴν εἰκόνα συντρίψαντα. ἀλλ' ἐπελάθετο τοῦ ὁράματος· ἔξυπνος γεγονώς, μαθεῖν ἐζήτει

τὴν

τὴν ὅρασιν. καὶ πάντων ἀπορησάντων τῶν αὐτοῦ σοφῶν τε καὶ ἐπαοιδῶν. Θεοῦ γὰρ ἔλεγον τὰ τοιαῦτα πράγματα· ὁ προφήτης μετεκλήθη Δανιὴλ, καὶ ὡς εἶχε τὰ τῆς ὁράσεως τῷ βασιλεῖ διεσάφησε. μανθάνει ταῦτα καὶ Βαλτάσαρ, καὶ τὸν προφήτην οὐ μικρῶς, αἰτεῖ περὶ τῆς ἐπιλύσεως τῶν ὁραθέντων ἐκείνῳ γραμμάτων. πείθεται οὖν καί φησι πρὸς αὐτόν. Μανὴ, ἠρίθμησεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ ἐπλήρωσε. τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύει ἡ Σύρα γλῶττα καὶ Ἑβραΐς. Θεκὲλ, ἐστάθμησεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ εὑρέθη ὑστεροῦσα. Φαρὲς, διῄρηται δὲ ἡ βασιλεία σου, καὶ ἐδόθη Πέρσαις καὶ Μήδοις. τότε δὲ γὰρ μόνον ἦν ἡ βασιλεία τῶν Βαβυλωνίων. Ὁ τοίνυν Βαλτάσαρ τὰ συμβησόμενα αὐτῷ δεινὰ μεμαθηκὼς, οὐ μόνον οὐκ ἐδυσχέραινε κατὰ τοῦ Δανιὴλ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπέσχετο, δωρεαῖς αὐτὸν μεγίσταις ἠμείψατο, πορφύραν ἐνδύσας καὶ χρυσοῦν μανιάκιον. ἀλλὰ καὶ ἐρωτήσας αὐτὸν, ὅπως ἐξευμενίσαι δυνηθείη τὸ θεῖον, ἤκουσεν. ἐν ἐλεημοσύναις τὰς ἁμαρτίας σου λύτρωσαι, καὶ ἀσεβείας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων.

Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύει κατὰ Βαβυλωνίων ὁ Δαρεῖος κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ πρόρρησιν, καὶ ἄγει σὺν τοῖς λοιποῖς αἰχμαλώτοις καὶ αὐτὸν τὸν Δανιήλ· ὃν καὶ διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς. φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ σατράπαι. πείθουσι τὸν βασιλέα τοιάνδε θέσθαι κέλευσιν. ὃς ἂν εὑρεθείη εὐξάμενος εἰς Θεὸν, τῷ τῶν λεόντων ἐμβληθῆναι λάκκῳ. ὁ γοῦν Δανιὴλ μηδὲν τούτων φροντίσας, ηὔχετο εἰς Θεόν. ἐφ᾽ ᾧ καὶ τοῖς λέουσι παραδίδοται. ἀλλὰ σῶος τῇ ἐπαύριον τοῦ λάκκου ἐξέρχεται. τῶν δὲ εἰπόντων μὴ ἄλλως τὸν Δανιὴλ σωθῆναι, εἰ μὴ κατακόρεις ἦσαν οἱ λέοντες, τί γίνεται τοῖς λέουσι; δὲ αὐτοὶ παρατίθενται, καὶ εὐθέως βορὰ τούτοις γίνονται. μετὰ ταῦτα, ἤγουν μετὰ τοὺς λέοντας, τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀνερχόμενα τέσσαρα θηρία ὁρᾷ· καὶ ὁ Γαβριὴλ δὲ ἐν πεδίῳ τινὶ διαλέγεται αὐτῷ καὶ τὰ μέλλοντα διδάσκει.

Περὶ Κύρου τοῦ Πέρσου.

Μετὰ ταῦτα κρατεῖ Κῦρος ὁ Πέρσης τὸν τοῦ Ἀστυάγου Δαρεῖον ἀνελὼν, καὶ τὸν Κροῖσον ἀφανίσας. τότε δὴ τότε ὁ Δανιὴλ καὶ τὸ τῶν Βαβυλωνίων εἴδωλον αὐτὸν δηλαδὴ τὸν Βὴλ, ἐκ μέσου πεποίηκε, καὶ τὴν τῶν ἱερέων κακουργίαν διὰ τῆς αἰθάλης ἀπήλεγξεν. ἀναιρεῖ δὲ δὲ τὸν παρ᾽ ἐκείνοις τιμώμενον δράκοντα. εἶτα τί; ἐπανίστανται κατὰ τοῦ Κύρου, ὡς δῆθεν Ἰουδαΐζοντος οἱ ἱερεῖς· ἔκδοτον λαμβάνουσι τὸν Δανιὴλ, καὶ ἐν ἓξ ἡμέραις λάκκῳ κατακλείουσιν, ἑπτὰ λέουσι παραδόντες αὐτόν. ἀλλὰ βληθεὶς καὶ τότε

A gestiebat. Heic quum omnes ipsius sapientes ac magi de re desperassent, quod effari talia solius esse Dei dicerent: tandem vates Danielus arcessitus, regi somnium suum exposuit. Hæc ita tum fuisse gesta, Balthasar cognoscit. Quapropter vatem sollicite rogat, vt quid eæ sibi litteræ vellent, quas conspexisset, declararet. Cui Danielus acquiescens: Verbum, inquit, Mane denotat Deum *Dan. 5. 26.* annos regni tui numerasse ac compleuisse: (nam significationem numerandi tam Syra, quam Hebræa in lingua habet) Thecel, appendit ad stateram Deus regnum tuum, idque iusto pondere deficere depræhendit. Phares, diuisum est regnum tuum, ac Persis Medisque concessum. Etenim id temporis soli Babylonii per orbem regnabant. B Has calamitates quum imminere sibi Balthasar de vatis indicatione cognouisset, non modo non succensuit Danielo: verumetiam, vti pollicitus fuerat, amplissimis eum muneribus ornauit, purpura videlicet aureoque torque donatum. Quumque vatem interrogasset, quo pacto numen diuinum placare posset, responsum huiusmodi tulit: Beneficentia redime delicta tua, & impietatem tuam commiseratione erga pauperes.

Secundum hæc Darius exercitum in Babylonios ducit, quemadmodum Danielus futurum prædixerat. Is inter captiuos cæ- C teros ipsum quoque Danielum abduxit, & magno deinceps in pretio habuit. Hinc orta satraparum inuidia: persuadent regi, mandatum vt publicaret, quo significaretur, leonum in foueam abiiciendum esse, qui a Deo quidquam petere depræhenderetur. Hoc edictum Danielus minime reueritus, Deum precibus implorabat. Quamobrem leonibus obiicitur, sed altero mox die saluus e fouea progreditur. Heic illi dicere, Danielum alia nulla de caussa incolumem euasisse, quam quod leones saturi fuissent. Quid inde factum? ipsi quoque leonibus obiiciuntur, & ab eis continuo deuorantur. Post id temporis Danielo visum offer- D tur, quo e mari animalia quatuor egredi cernit: angelusque Gabrielus quodam in prato cum ipso colloquens, futura declarat.

Darius Medus, Astyagis F. Vide Notas.

Deinceps imperio Cyrus Persa potitur, Dario Astyagis F. extincto, sublatoque de medio rege Crœso. Id temporis Danielus Belum simulacrum Babyloniorum aboleuit, & improbitatem sacrificorum per cinerem coarguit. sustulit item draconem illum, quem religiose venerabantur. Hinc factum, vt orta sacrificorum seditione aduersus Cyrum, quasi iam aperte iudaissantem, Danielus eis dederetur, & totos sex dies in eadem cum septem leonibus fouea concluderetur. Verumne tum quidem ali-

Cyri regnum.

quid detrimenti accepit. Quinetiam vates Abbacumus in oculi momento ad Danielum peruenit, quanquam fouea ipsa obsignata foret, eique coctum messoribus in Iudæa cibum defert. Eiusmodi sunt diuina prodigia. Vates idem & Danielo adest, & a messoribus non desideratur.

Cambysis regnum. *Vide Notas.*

Cyrum in regno Cambyses filius, qui & Nabuchodonosoris cognomentum habuit, sequutus est. Eius copiarum imperator fuit Holophernes ille, quem quum Iuditha prudenter necasset, ac rebus ipsius omnibus potita fuisset: non tamen insolenter animos sumpsit, sed omnibus Deo consecratis, in viduitate solitaque continentia vixit ad annum vsque CV. Post Cambysem magus quidam Smerdis regnum occupauit. Eum Darius Hystaspis F. est consequutus, sub quo Zorobabel & Iesus fanum, quod annos totos XL neglectum iacuerat, rursum ædificando perfecerunt. Post Darium regnauit Artabanes, quem Artaxerxes Longimanus excepit. Eius ætate Sophocles, Heraclетus, Anaxagoras, Pythagoras, Thucydides, Euripides, Herodotus, Empedocles, Diogenes, Hippocrates, Plato, Aristoteles, clari fuerunt. Post Artaxerxem hunc & alius Artaxerxes exstitit, succedentibus ordine sibi Persarum regibus vsque ad Darium Arsamis F. quo deiecto sublatoque regnum Persicum Alexander euertit, & orbis imperio potitus est.

Smerdis rex. Darius rex. Artabanes rex. Artaxerxes. Seculum eruditum. Darius vltimus. Alexander.

Hinc ergo discito, primum omnium regnum fuisse Assyriorum siue Babyloniorum: alterum Medorum, a quibus illud primum sublatum fuit: tertium Persarum, quod Medorum imperio successit: quartum Macedonum, a quibus debellati sunt Persæ: postremum Romanorum. Post Alexandrum, eius famuli atque proceres regnum diuiserunt. Ægypto præfuit Ptolemæus Lagi F. quem ordine Ptolemæi XIII subsequuti sunt, vsque ad Cleopatram. Asiam occupauit Antigonus, Syriam & Palæstinam Seleucus Nicanor, qui vrbes duas in Cilicia condidit, & vnam in Syria. Harum primam Seleuceam appellauit, alteram Antiocheam, tertiam Laodiceam: inditis nimirum huiusmodi nominibus a suo, & filii filiæque nomine. Sub hoc Rhodii maris imperio potiti, statuam solis ex ære sua in insula excitarunt, quam propter magnitudinem Colossum dixere, ac vocati sunt ipsi deinceps Colossenses. Post Seleucum Antiochus filius regnauit, eiusdemque nominis alii quinque.

Series imperiorum. Alexandri monarchiæ diuisio. Ægyptus. Asia. Syria. Seleuci posteri.

Antiochus. Epiphanes.

Deinde regnum obtinuit Antiochus illustris, Seleuci Philopatoris F. Sub quo Hierosolyma secunda vice capta est. Quum enim Ægyptum vniuersam prædonis & iniusti hominis in morem cepisset, Hierosolymam iracundus se conuertit, ibique

A ἀβλαβὴς διέμεινε. τηνικαῦτα καὶ ὁ Ἀβακοὺμ ἐν ἀκαρεῖ τῷ Δανιὴλ ἐφίσταται, καὶ ταῦτα τοῦ λάκκου ἐσφραγισμένου ὄντος, τὸ τῶν θεριστῶν ἐξ Ἰουδαίας βρῶμα κομίζων αὐτῷ (τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια) καὶ τῷ Δανιὴλ ἐπέστη, καὶ τῶν θεριστῶν οὐκ ἀπελιμπάνετο.

Περὶ Καμβύσου.

Μετὰ δὲ Κῦρον Καμβύσης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Ναβουχοδονόσορ ἐπικληθεὶς, οὗ στρατηγὸς Ὀλοφέρνης, ὃν ἡ Ἰουδὴθ πανσόφως ἀποκτείνασα, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ λαβοῦσα, οὐχ ὑψώθη τὴν καρδίαν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τῷ κυρίῳ ἀναθεμένη, τῇ χηρείᾳ ἐδούλευσε μετὰ τῆς B συνήθους ἐγκρατείας ζήσασα ἔτη ρε'. μετὰ τοῦτον Σμέρδιος ὁ Μάγος, εἶτα Δαρεῖος ὁ τοῦ Ὑστάσπου. ἐφ' οὗ πάλιν ὁ Ζοροβάβελ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐτελείωσαν τὸν ναὸν ἀμεληθέντα ἔτη μ'. μετὰ Δαρεῖον Ἀρταβάνης. μετὰ τοῦτον Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ, ἐφ' οὗ Σοφοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος, Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας, καὶ Θουκυδίδης, καὶ Εὐριπίδης, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Διογένης, καὶ Ἱπποκράτης, Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης ἐγνωρίζοντο. μετὰ δὲ Ἀρταξέρξην ἕτερος Ἀρταξέρξης, καὶ ἕως Δαρείου τοῦ Ἀρσάμου. ὃν καθελὼν Ἀλέξανδρος τὴν βασιλείαν τῶν Περσῶν κατέλυσε, καὶ πάσης τῆς γῆς ἐκράτησε.

C Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι πρώτη βασιλεία ἡ τῶν Ἀσσυρίων, ἤτοι Βαβυλωνίων. δευτέρα ἡ τῶν Μήδων, ὡς ἐκείνην καθελοῦσα. μετὰ ταῦτα ἡ τῶν Περσῶν, ὡς ἐκείνην διαδεξαμένη. ἔπειτα ἡ τῶν Μακεδόνων, ὡς καταγωνισαμένη τοὺς Πέρσας· καὶ τέλος ἡ τῶν Ῥωμαίων. μετὰ μέντοι τὸν Ἀλέξανδρον, οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ μεγιστᾶνες τὴν βασιλείαν διεῖλον· καὶ τῆς μὲν Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ὁ Λαγὼς, καὶ οἱ καθεξῆς Πτολεμαῖοι δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες καὶ τρεῖς, ἕως Κλεοπάτρας. τῆς δὲ Ἀσίας Ἀντίγονος. τῆς δὲ Συρίας καὶ Παλαιστίνης Σέλευκος ὁ Νικάνωρ· ὃς καὶ πόλεις δύο κτίσας εἰς τὰ D μέρη Κιλικίας, καὶ ἑτέραν ἐν Συρίᾳ, τὴν μὲν Σελεύκειαν ἐκάλεσε, τὴν δὲ Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ Λαοδίκειαν, εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ. ἐφ' ᾧ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες, ἀνέστησαν ἐν τῇ νήσῳ χαλκοῦν ἀνδριάντα εἰς τιμὴν τοῦ ἡλίου, ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσὸν, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ Κολοσσεῖς ὠνομάσθησαν. μετὰ δὲ Σέλευκον Ἀντίοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἕτεροι πέντε.

Εἶτα Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτορος· ἐφ' οὗ ἡ δευτέρα ἅλωσις τῆς Ἱερουσαλήμ. ἐπεὶ γὰρ τὴν Αἴγυπτον πᾶσαν χειρωσάμενος, ὡς ἅρπαξ καὶ ἄδικος, ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ θυμοῦ ὑπέστρεψεν. ἔνθεν τοι καὶ

A ἀνῃρέθησαν μυριάδες ιη'. μετὰ δὲ δύο ἔτη ἀπέστειλε στρατηγὸν, ὃς πολλὰ κακὰ τῇ πόλει τῇ ἁγίᾳ ἐνεδείξατο, καὶ τὸν λαὸν ἑλληνίζειν ἠνάγκαζε. Ματθαῖος δέ τις ἔχων υἱοὺς πέντε, ἀφ' ὧν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος, ὃς ζήλῳ θείῳ κινηθεὶς τὸν στρατηγὸν ἀπέκτεινε τοῦ Ἀντιόχου, καὶ μυρία ἄλλα εἰργάσατο. ὁ δὲ Ἀντίοχος κατὰ Περσίδος μὲν ὁρμήσας, ἀτίμως δὲ ὑποστρέφων μετὰ καὶ νόσου βαρυτάτης, συνῆκε καθ' ἑαυτὸν λέγων· ἄξια πάσχω ὧν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ πέπραχα. καὶ σκώληκας ἐκβράσας, τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξεν. B

Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντίοχος Εὐπάτωρ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐφ' οὗ Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος τοὺς φρουράρχους Ἀντιόχου τροπωσάμενος, ἤγειρε καθ' ἑαυτοῦ τὸν Ἀντίοχον μετὰ πλήθους ἀπείρου, καὶ ἐλεφάντων ν'. καὶ ε'. ἐφ' ὧν πύργοι ξύλινοι, ἔχοντες ὁ καθ' ἕνας ἀνὰ στρατιώτας ἐνόπλους λβ'. τότε δὴ τότε μεγάλα εἰργάσατο ὁ Ἰούδας, ὡς καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην λαβεῖν παρὰ τοῦ λαοῦ. ἐφ' οὗ ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ τὴν πανάρετον συντάξας Ἰουδαίοις ἐγνωρίζετο.

A CLXXX hominũ millia necauit. Elapſo biennio, rurſus copiarum imperatorem miſit, qui multa mala vrbi ſacræ intulit, populumque coegit, vt Græcam religionem ac mores amplecteretur. Exſtitit tum Matthias quidam, cui quinque filii erant, & inter alios Iudas ille Maccabæus, qui diuina quadam æmulatione commotus, regium ducem interemit, & egregia facinora vel ſexcenta patrauit. Rex autem Antiochus ſuſcepta in Perſidem expeditione, quum & grauiſſimo correptus morbo, nec ſine ſingulari dedecore domum reuerteretur: ipſemet B ſcelera ſua tandem agnouit, quum diceret ſe meritas eorum facinorum pœnas pendere, quæ aduerſus Hieroſolymam commiſiſſet. Atque hoc modo pediculis ex ipſo largiter erumpentibus, animam efflauit.

Succeſſit ei filius Antiochus Eupator, quo regnante Iudas Maccabæus in fugam coniectis Hieroſolymitani præſidii ducibus: Antiochum ipſum contra ſe, cum infinitis copiis concitauit, quas inter & elephanti erant LV, quibus impoſitæ turres ſpectabantur, quarum ſingulæ milites armatos XXXII continebant. In eo prælio tam inſignia facinora Iudas edidit, vt etiam pontificatus ipſi a populo deferretur. Eadem ætate Ieſus, Sirachi F. qui librum de quouis virtutum genere compoſuit, celebris apud Iudæos fuit.

Antiochus Eupator.

Sirachides quando vixerit.





ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΥΚΑ
ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ
ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

MICHAELIS GLYCÆ
SICVLI
ANNALIVM PARS III.
AB IMPERIO CÆSARIS VSQVE AD CONSTANTINVM MAGNVM.

Consulum administratio. RES Romanæ a Consulibus administratæ sunt CCCLXIV. annis, vsque ad Iulium Cæsarem, qui partu materno in lucem editus fuisse negatur. Nam quum mater ipsius mense nono, ex quo prægnans fuerat, e viuis excessisset: vtero secto, viuus & incolumis inde sumtus esse perhibetur. Atque hinc Cæsaris ei nomen datum aiunt, quod deinceps omnes Romanorum Imperatores vsurparunt. Nimirum lingua Romana factum est id vocabulum a cædendo, quòd fuisset excisus ex aluo materna. Cæsar dictator. Iulius autem Cæsar Dictatoris appellationem consequutus est, qua significatur is, qui solus Imperium obtinet. Quippe primus omnium solus rempublicam Romanam administrauit annis * XII. leges tulit, indictiones ac bissextos ordinauit. Ab eodem mensis Iulius dictus, qui antea Quinctilis vocabatur.

A ΤΑ δὲ τῶν Ῥωμαίων πράγματα διῳκεῖτο πρῶτον ὑπὸ ὑπάτων ἐπὶ ἔτη τξ'. καὶ δ'. ἕως Ἰουλίου Καίσαρος τοῦ μὴ γεννηθέντος. τῆς γὰρ μητρὸς αὐτοῦ θανούσης ἐν τῷ ἐννάτῳ μηνὶ τῆς ἐγκυμονίας αὐτῆς, τὴν κοιλίαν αὐτῆς ἀνατέμνουσι, καὶ ζῶον αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐκβάλλουσιν, ὅθεν Καῖσαρ ἐλέγετο. ἀφ' οὗ καὶ πάντες οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς Καίσαρες προσηγορεύθησαν. κατὰ γὰρ τὴν Ῥωμαίων γλῶτταν ἀνατομὴ ὁ Καῖσαρ λέγεται. οὗτος ὁ Ἰούλιος Καῖσαρ Δικτάτωρ ἐκαλεῖτο, τουτέστι μονάρχης. Περὶ Ἰουλίου Καίσαρος. αὐτὸς γὰρ μόνος καὶ πρῶτος τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐκράτησε σκῆπτρον ἔτη ιη'. ὃς καὶ νόμους Ῥωμαίοις ἔδωκε, καὶ τὰς ἰνδίκτους, καὶ τὸν βίσεκτον ἔφερε, καὶ τὸν μῆνα Ἰούλιον ὠνόμασε πρότερον Κιντίλιον λεγόμενον.

Ὀκτάβιος. Μετὰ δὲ Ἰούλιον ἐβασίλευσεν ὁ ἐκ βρέφους μὲν Ὀκτάβιος, Αὔγουστος δὲ διὰ τὴν λαμπρότητα ὕστερον. εἰ καί τινες αὐτὸν ἕτεροι λέγουσιν Ὀκταβίου υἱὸν, ἔτη ν΄. καὶ ϛ΄. ἀφ' οὗ καὶ Σεβαστοὶ καὶ Αὔγουστοι οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς, καὶ ὁ μὴν Αὔγουστος ἐκλήθη, ὁ καὶ πρότερον Σεξτίλιος. Αὔγουστος δὲ ὁ Καῖσαρ καλεῖται παρὰ Ῥωμαίοις, ὡς καὶ πλεῖόν τι * κατὰ ἀνθρώπους ὑπάρχων. πάντα γὰρ τὰ ἱερώτατα καὶ σεβάσμια Αὔγουστα προσαγορεύονται. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Σεβαστὸν εἶπον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, ὥσπερ τινὰ σεπτόν. ὁ Καῖσαρ μετὰ τὸ τοὺς ἀντικειμένους αὐτῷ νικῆσαι, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἀντώνιον ναυμαχοῦντα, τὸ κράτος ἅπαν ἔσχε, καὶ μονάρχης γέγονεν. ἐν δὲ τῷ τοῦ στρατοπεδίου τόπῳ κτίσας πόλιν, Νικόπολιν ταύτην ὠνόμασεν. ἔστησε δὲ καὶ στήλας χαλκᾶς ἀνθρώπου καὶ ὄνου. λέγεται γὰρ νυκτὸς ἔτι οὔσης, καθ' ἣν ἡμέραν ἡ ναυμαχία συνέστη, ἀνθρώπῳ συναντῆσαι ὄνον ἐλαύνοντι. καὶ ὃς ἐρωτηθεὶς, ἐμοὶ μὲν, ἔφη, Εὐτυχὴς ὄνομα, τῷ δὲ ὄνῳ Νίκων· αἱ δὲ στῆλαι αὗται ὕστερον ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ ἐστήθησαν ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ. ἀλλὰ καὶ Κλεοπάτραν χειρωσάμενος, καὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ὑποτάξας, καθεῖλε τὴν βασιλείαν Πτολεμαίων διαρκέσασαν ἔτεσι διακοσίοις καὶ ἐννενήκοντα. καὶ πάσης δὲ τῆς γῆς κυριεύσας, καὶ τοὺς τοπάρχας καταλύσας, ἀνεῖλε τοὺς φονεύσαντας τὸν θεῖον αὐτοῦ Ἰούλιον.

* ἢ κατ' ἀνθ.

Τότε δὴ τότε καὶ τὰ τοῦ Ἠσαΐου πέρας εἴληφεν· μὴ * λείψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν. κατελύθησαν γὰρ αἱ κατὰ τόπους τοπαρχίαι καὶ βασιλεῖαι, καὶ οἱ ἀνὰ μέσον αὐτῶν πόλεμοι. ἢ οὐκ οἶδας ὁπηνίκα ταῦτα ἐπροφήτευεν, ἄλλος μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκράτει, ἄλλος δὲ τῆς Σαμαρείας, καὶ ἕτερος Μωαβιτῶν. Τοῦ δὲ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γεννηθέντος, ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν αἱ ἐθναρχίαι πᾶσαι γεγόνασιν. οὐκοῦν ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐγένετο ἐπὶ Νεεμίου καὶ Ἔσδρα, μέχρις Ὑρκανοῦ τελευταίου ἀρχιερέως, ὃν Ἡρώδης ἀνεῖλεν, ὁ τῶν ξβ΄. ἐτῶν ἀριθμὸς συμπληροῦται. ἔκτοτε δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐπιφανείας τοῦ κυρίου, αἱ λοιπαὶ ἑπτὰ ἑβδομάδες κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ πρόρρησιν τὴν οὕτω λέγουσαν. ο΄. ἑβδομάδες συνετμήθησαν τοῦ καλύψαι ὅρασιν καὶ * προφήτην, καὶ τοῦ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων, τουτέστιν αὐτὸν τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν. μετὰ

* λήψεται.

* al. προφητείαν

Post Iulium Imperio potitus est Octauius, (hoc enim a puero nomen habuit) deinceps ob rerum gestarum splendorem atque gloriam nuncupatus Augustus: quum esset, vt plerique tradunt, Octauij filius. Regnauit annos LVI. Ab eo Romanorum Imperatores Augusti sunt appellati, & mensis Augustus, qui antea Sextilis dicebatur. Nimirum Cæsar Romanorum Augusti nomen habet, vt qui supra sortem humanam positus sit. Nam quæ maximè sacra sunt & religiosa, dicuntur augusta. quo factum, vt Græci Sebastum vocent, a veneratione, quasi religiose colendum. Cæterum Cæsar hic posteaquam suos aduersarios vicisset, ac inter eos nauali pugna ipsum etiam Antonium superasset: potestatem omnem in se transtulit, ac solus dominari cœpit. Quumque illo ipso in loco, vbi castrametatus fuerat, oppidum extruxisset: a victoria Nicopolis ei nomen dedit. Eodem in loco hominis & asini statuas aheneas columnis imposuit. Nam perhibetur ea nocte, quæ prælij naualis diem antecessit, in hominem quemdam incidisse, qui asinum ageret. Quumque illius de nomine sciscitatus fuisset: Mihi quidem, respondit ille, nomen est Eutyches, hoc est, felix: asino vero Nicon, hoc est, victor. Atque hæ columnæ deinceps Byzantium deportatæ sunt, & in Circo equestri collocatæ. Quinetiam victa Cleopatra, & omni Ægypto in potestatem redacta, Ptolemæorum regnum sustulit, quod annis CCXC durauerat. Deinde terrarum orbem vniuersum sibi subiiciens, & abrogato certorum quorumdam locorum regulis imperio, interfectores Iulij, qui auunculus ei fuerat, necauit.

Octauius Augustus.

Vnde nomen Augusti.

σεβάζεσθαι venerari.

Nicopolis ab Augusto extructa. Omen victoriæ.

Finis Ægyptii regni.

Secundum hæc duos ex discipulis ad certum quemdam hominem ablegat, qui pascha legale appararent, quod quidem ante passionem comedit, ipsa magnæ quintæ feriæ vespera, quemadmodum Ioannes Chrysostomus inquit. Deinde accubans, pane ac vino pascha suum discipulis præbuit, quum his verbis vteretur: Sumite, comedite, hoc est corpus meum. Item, Bibite omnes, hic meus est sanguis. Et quidem ante discipulos ipsemet proprium corpus atque sanguinem participauit. Quamobrem istuc? ne scilicet rursum discipuli perturbarentur, quemad- C modum ante acciderat, quum Christum dicentem audiuissent: Nisi comederitis carnem filii hominis, & sanguinem eius biberitis, vitam in vobis nullam habetis: quo quidem tempore ab eo recedentes, non amplius cum ipso ambulabant, quod dicerent: verbum istuc durum esse, quod audire nemo facile possit. Quamobrem ne rursum eiusmodi quiddam ipsis accideret, vt qui carnem comesturi, & bibituri sanguinem essent: primus ipse carnem suam degustauit, vt qui citra omnem vacillationem & ipsos hisce rebus saturari vellet. Atque hanc cœnam Dominus ad consolandos discipulos instituit. Videbat enim illos non parum pa- D uidis & fractis animis esse propter suam ab ipsis discessionem. Itaque, ceu dictum est, corpus & sanguinem proprium cum ipsis communicat, hæc verba subiiciens: Hoc in mei recordationem facite. Inter alios & Iudas participat, eoque facto se ad Iudæos confert, vt quæ a Domino acta fuissent, ipsis indicaret. Id enim significare volens auctor historiæ Euangelicæ, dixit: Simulac sumpsit bucceam, exiuit: quum quidem nox esset. Abit igitur ad eos, quibus cum pactus fuerat, se Dominum ipsis traditurum.

Nouum Christi pascha.

Matth. 26. 26. Marci 14. 22. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24.

Christus seipsum participauit.

Io. 6. 54.

Interim Dominus rebus suis postremum inter discipulos ordinatis atque dispositis, in locum quemdam se recipit, proditori non ignotum. Is vero cohorte militum conti-

A nuo secum sumpta cum Pont. & Pharis. ministris: eo cum lucernis & facibus aduolat. Ibi Christo eos interrogante, humi corruūt. Petrus Malcho auriculam abscindit, quum caput homini abscindere non posset, id quod studiose facere conabatur. Tum his eum verbis Dominus compellat: An non existimas posse me patrem exorare modo, vt plures mihi quam duodecim legiones Angelorum suppeditet? At quonam pacto conferent, quæ fieri oportere sacris proditum est litteris? Quæ sane Dominus ad discipulos ita protulit, vt metum eis incuteret, ac persuaderet, ne quid eorum, quæ acciderent, curiosius scrutarentur. Nam si sacris B ita visum est litteris, vt patiendum mihi sit: qui fit vt vos gladiis vtentes, aduersari velitis? Poculum illud, quod pater mihi dedit, non bibam?

Matth. 26. 53.

Igitur colligatum vinculis Iesum ad Annam primum abducunt, ibique iudicio sistitur, de doctrina & discipulis interrogatur: respondet vt par erat, quum alapam accepisset: Si male loquutus sum, inquit, testificare de malo: sin bene, cur me cædis? Inde ad Caiapham ducitur, a Caiapha rursus ad Pilatum. Atque heic ostendit Euangelicæ historiæ scriptor, tota dimidia nocte interrogatum a Caiapha, nullius improbæ rei conuinci potuisse: ideoque ad Pilatum a Caiapha missum esse. Cæterum de galli cantu C Marcus ita loquutum esse Dominum refert: Prius quam bis gallus cantet, ter me negabis. Quippe quum vice prima negaret, primum gallus cantauit: quum vero negaret tertium, gallus secundo cecinit. Hoc modo accuratius ille imbecillitatem Petri exposuit, re tota de ipsius magistri sui narratione cognita. Fuit enim Marcus Petri sectator & discipulus. Matthæus autem, cum ait, Prius quam gallus cantet, ter me negabis: totum galli cantum indicare voluit, videlicet primum, qui diuersis editur vocibus, & secundum, & tertium. Quapropter quum Matthæus inquit, Prius quam gallus cantet, me ter negabis: huiusmodi quiddam dicere videtur, futurum scilicet vt Petrus eum ter prius negaret, quam galli cantus fi- D nem haberet.

Marc. 14. 30.

Matth. 26. 34.

Posteaquam in Dominum Pilatus inquisiuisset, tergum ei loris implexis cæditur. hoc enim vocis flagelli est significatum. Deinde ad crucifigendum traditur. atque hæc omnia per importunam animi deiectionem in Pilato acciderunt, qui Iudæos reuerebatur, accusantes Dominum tanquam hominem seditiosum. ideoque suas etiam pœnas ille commeruit. Quippe quum potestatem eius absoluendi haberet, vt qui dicere non dubitaret, se habere potestatem ipsius vel

Io. 19. 10.

ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέταις, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων. ἐπερωτᾷ λοιπὸν αὐτούς· πίπτουσι χαμαί. ἀποκόπτει τὸ ὠτίον τοῦ Μάλχου ὁ Πέτρος, εἰ καὶ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτεμεῖν οὐκ ἴσχυσε. τοῦτο καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον. Τότε δὴ τότε καὶ πρὸς αὐτὸν ἔφη ὁ κύριος· ἢ δοκεῖ σοι ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας Ἀγγέλων; πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί, ὅτι οὕτως δεῖ γενέσθαι; Ταῦτα δὲ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν ὁ σωτὴρ ἐκφοβῶν αὐτούς, καὶ πείθων ἐντεῦθεν μηδέν τι τῶν γινομένων πολυπραγμονεῖν. εἰ γὰρ ταῖς γραφαῖς, φησί, τοῦτο δοκεῖ, τὸ παθεῖν ἐμὲ δηλονότι· πῶς ὑμεῖς ἐναντιοῦσθε μαχαίραις χρώμενοι; τὸ ποτήριον ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατήρ, οὐ μὴ πίω αὐτό;

Δήσαντες οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπήγαγον πρὸς Ἄνναν πρῶτον, κἀκεῖσε κρίνεται. περὶ τῆς αὐτοῦ διδαχῆς, καὶ τῶν μαθητῶν ἐρωτᾶται. ἀποκρίνεται ὡς εἰκός· ῥάπισμα δέχεται, καί φησιν· εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα· καὶ τὰ ἑξῆς. ἐκεῖθεν οὖν ἄγεται πρὸς Καϊάφαν, ἔπειτα πρὸς Πιλᾶτον, πρωΐας οὔσης· πρὶν ἢ μὲν ἀλέκτορα φωνῆσαι πρὸς Καϊάφαν ἄγεται, πρωῒ δὲ πρὸς Πιλᾶτον. δείκνυσιν ὁ Εὐαγγελιστής, ὅτι τὸ ἥμισυ τῆς νυκτὸς ἅπαν ὑπὸ Καϊάφα ἐρωτώμενος, οὐδὲν ἐξηλέγχετο. διὸ καὶ παρέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. καὶ ὁ μὲν Μάρκος περὶ τῆς ἀλεκτοροφωνίας διεξιὼν οὕτω φησίν. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δίς, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. ὅτε γὰρ ἅπαξ ἠρνήσατο, ἐφώνησεν ὁ ἀλεκτρυὼν τὸ πρῶτον. ὅτε δὲ τρίτον ἠρνήσατο, τὸ δεύτερον ἐφώνησεν· ἀκριβέστερον ἐξηγούμενος τὴν τοῦ Πέτρου ἀσθένειαν παρ' αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου μαθών, ὅτι καὶ φοιτητὴς ἐκείνου ἦν. ὁ δὲ Ματθαῖος εἰπών· ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. τὴν ὅλην ἀλεκτοροφωνίαν ἐνέφηνε, τουτέστι τὴν πρώτην, ἥτις διὰ διαφόρων ἐκφωνήσεων γίνεται, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ δευτέρα ἀλεκτοροφωνία, καὶ ἡ τρίτη. πρὶν οὖν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ὁ Ματθαῖος εἰπών, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. τοῦτο ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ φθάσαι τὴν πρώτην παρελθεῖν ἀλεκτοροφωνίαν, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.

Μετὰ μέντοι τὸ κριθῆναι τὸν κύριον ὑπὸ τοῦ Πιλάτου, μαστίζεται τὸν νῶτον λώροις πλεκτοῖς· τοιοῦτον καὶ γὰρ τὸ φραγγέλλιον. εἶθ' οὕτως εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδοται. Ταῦτα δὲ πάντα πεποίηκεν ἡ ἄκαιρος ἀνανδρία τοῦ Πιλάτου. τοὺς γὰρ Ἰουδαίους δυσωπῆσαι θέλων, ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν, ἀντάρτην αὐτὸν ἀποδεικνύοντες, εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδωσι, φραγγελίοις πρότερον μαστίξας αὐτόν. διὰ τοῦτο καὶ κολάσεως ὁ Πιλᾶτος ἄξιος, ὅτι καὶ δυνάμενος ἀπολῦσαι αὐτόν. ἐξουσίαν γάρ, φησίν, ἔχω ἀπολῦσαι

A Οὐκοῦν ἀνελήφθη ὁ κύριος. ἡμέραι μετὰ ταῦτα διέρχονται δέκα, καὶ ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος γίνεται κάθοδος. μετὰ δέκα δὲ συμπλήρωσιν ἡμερῶν ἡ τοιαύτη γίνεται κάθοδος, διότι τέλειος ὁ δέκατος ἀριθμός. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τοῦτο κατερχόμενον, ἵνα καὶ τοὺς ἀτελεῖς μαθητὰς τελείους ἀπεργάσηται· τούτου χάριν ἐν ἀριθμῷ τελείῳ, τουτέστιν ἐν ἡμέρᾳ δεκάτῃ πρὸς αὐτοὺς ἐπεφοίτησεν. ὅτι δὲ τελείους ἔδειξε τοὺς ἀτελεῖς μαθητάς, ὁ κορυφαῖος Πέτρος τοῦτο παρέστησεν. ὅρα γὰρ νουνεχῶς, ὅτι παιδίσκῃ τινὶ πρότερον οἰκτρᾷ θροηθείς, τὸν διδάσκαλον τρίτον ἠρνήσατο· τῷ παναγίῳ δὲ πνεύματι στομωθεὶς ὕστερον, μετὰ παρρησίας ὅτι πολλῆς ἐδημηγόρει μέσον λαοῦ· κἀντεῦθεν ἔπειθεν ἅπαντας ἀνενδοιάστως προσέρχεσθαι τῷ Χριστῷ. B

Περὶ τοῦ παρακλήτου πνεύματος.

Μεθ' ἡμέρας οὖν, ὡς εἴρηται, ν'. τῆς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεως τοῦ Χριστοῦ, ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος γίνεται κάθοδος. τίνος ἕνεκεν; ὅτι καὶ ὁ παλαιὸς νόμος ἐν ἡμέρᾳ πεντηκοστῇ Θεοῦ φανέντος ἐδίδοτο. κατὰ γὰρ τὸν χρυσορρήμονα καὶ θεῖον Ἰωάννην, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν τοῦ θεόπτου Μωσέως ἱστορίαν· πεντήκοντα διῆλθον ἡμέραι μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἰουδαίων ἔξοδον, καὶ τηνικαῦτα τὰς θεοχαράκτους ὁ Μωσῆς πλάκας ἔλαβεν. εἰ τοίνυν ἐν ἡμέραις πεντήκοντα ὁ παλαιὸς ἐδίδοτο νόμος, C ἔδει πάντως κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν δοθῆναι καὶ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος χάριν· ὡς ἐντεῦθεν ἀγαπητέ, κατά γε τὴν παλαιὰν καὶ τὴν νέαν, ἀδιαίρετον δειχθῆναι τὴν φύσιν τῆς θεότητος, καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνομοθέτει καὶ τότε, καὶ νῦν.

Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. διατί γλῶσσαι; ἐπειδὴ κηρύγματος χρεία, καὶ ἵνα τὸ σχῆμα τὴν ἐνέργειαν ἑρμηνεύσῃ, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. ἁλιεῖς γὰρ ἦσαν οἱ Ἀπόστολοι, καὶ πρὸς τὸ κήρυγμα λόγου ἐδέοντο. μεριζόμεναι δέ, εἶπεν, ὅτι πῦρ ἐφάνη κατερχόμενον μονοειδές. εἶτα τοῖς Ἀποστόλοις D ἐμερίζετο. τὸ δὲ πῦρ ἐκεῖνο οὐκ αὐτὸ ἦν τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ δύναμις πνεύματος. οὐκ ἐν τῷ στόματι δὲ αὐτῶν ἐβλήθησαν αἱ γλῶσσαι, ἀλλ' ἐπὶ κεφαλῆς ἐκάθισαν. ἄρχοντες γὰρ τῆς οἰκουμένης ἐχειροτονοῦντο καὶ κήρυκες. ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ἕως ἄρτι τοῦτο κρατεῖ. ἐπιτίθεται γὰρ τῇ κεφαλῇ τοῦ μέλλοντος χειροτονηθῆναι ἀρχιερέως τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ ὅταν ἐπιτεθῇ, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἰδεῖν ἢ γλῶσσαν προσεπικειμένην τῇ κεφαλῇ. ἐν εἴδει δὲ πυρός, διὰ τὸν εἰπόντα· πῦρ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον βαλεῖν, χάριν τῶν ὑλομανούντων παθῶν.

Καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. πᾶς

Posteaquam vero adsumptus fuisset Dominus, decem elapsis diebus, sanctus ille spiritus e cœlo descendit. Factum hoc est decimo post die propterea, quod numerus denarius sit perfectus. Quoniam igitur Spiritus sanctus iccirco demittebatur, vt imperfectos adhuc discipulos, perfectos efficeret: ea de caussa in perfecto quoque numero, decimo nimirum die super eos descendit. Quod autem ex imperfectis discipulis perfectos effecerit, summus ille Petrus satis ostendit. Nam si hunc diligenter inspicere voles, videbis illum a misera territum ancillula magistrum suum tribus vicibus negasse. Deinceps vero confirmatus a sancto Spiritu maxima cum fiducia & oris libertate medio in populo perorabat, omnibusque persuadebat, vt ad Christum citra dubitationem omnem accederent.

Post diem ergo, ceu diximus, quinquagesimum a Christi de mortuis resurrectione, Spiritus sancti descensus accidit. Quamobrem illud? quia vetus etiam lex quinquagesimo die post Dei patefactionem data fuerat. Nam vt diuinus ille vir Ioannes Chrysostomus scripsit, vel potius teste Mosis Dei spectatoris, historia: dies ab exitu Hebræorum ex Ægypto L elapsi erant, quum perscriptas diuinitus tabulas Moses accepit. Quare si prisca lex illa data fuit intra diem quinquagesimum, oportebat omnino eadem die sancti etiam Spiritus gratiam dari. De quo, fili dilecte, colligi potest, tam in prisco, quam nouo fœdere nobis ostendi, quod natura diuinitatis indiuisa sit, sanctusque spiritus tam id temporis, quam modo legem promulget.

Cur quinquagesimo die Spiritus sanctus missus.

Conspectæ sunt autem in apostolis linguæ velut igneæ, dispertitæ. Cur obsecro linguæ conspectæ sunt? Quia prædicatione opus erat, & vt ipsa figura declararet effectionem, quemadmodum aureus ille noster orator inquit. Quippe piscatores erant Apostoli, & vi orationis ad prædicandum egebant. Dispertitas autem fuisse dicit, quod ignis vniformis diuidi videretur, ac in Apostolos distribui. Et ignis ille non ipse spiritus erat, sed vis quædam spiritus. Atque hæ linguæ non in eorum ora fuerunt immissæ, sed capitibus insidebant. Nam hoc modo Apostoli confirmabantur, & constituebantur quasi quidam mundi principes & præcones. Nam vides hodieque morem illum obtinere, vt Pontificis confirmandi capiti Euangelium imponatur: quod vbi fuerit impositum, nihil est videre aliud quam capiti linguam talem incumbentem. In ignis autem forma conspectus est spiritus, propter illum, qui dixit: Ignem in mundum immissurus veni, propter excrescentia scilicet, quasique siluescentia nimium vitia.

De linguis diuisis. *Act. 2. 3.*

Chrysostomus.

Quid ignis ille fuerit.

Mos veterum in confirmatione. *Vide Notas.*

Sedit autem in eorum quolibet. Quisquis

igitur Dei ministerium obit, thronus atque solium Dei est. Nam ea de caussa dicitur, spiritum in eis consedisse. Atque hoc modo repleti fuerunt omnes sancto Spiritu, cœperuntque loqui linguis aliis, prout spiritus ille dabat eis loqui. Propterea dicebant adstantes: An non ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Quomodo igitur nos audimus eos sua quisque lingua, in qua nati sumus, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & cæteri? Quindecim vero linguarum dona tunc acceperunt Apostoli, quemadmodum Chrysostomus inquit, ad vsum illorum, qui præsentes erant. Quid enim opus fuisset lingua Persica, vel aliis, non præsentibus iis, qui vterentur? Et fuerunt omnino linguæ quindecim propterea, vt hinc intelligeretur sacrosanctæ Trinitatis efficacitas, cum ministris XII coniuncta.

Act. 2. 8. — *Chrysostomus.* — xv linguarum dona.

Videre tum erat Petrum, qui Galilæus esset, Romana lingua vtentem, quam nunquam antea discendo percepisset: itidemque singulos reliquorum peculiari quadam lingua loquentes. Hoc enim Spiritus sanctus singulari quodam consilio sic administrauit, ne qua inter apostolos esset ea de re discordia, quo scilicet vnicuique abeundum foret. Ideoque singulis sua in lingua data est quædam quasi norma & regula. verbi gratia, Romana vteris lingua; Romam igitur abito. Persice loqueris; ad Persas proficiscitor. Hanc igitur in certa lingua regulam acceperunt. Rursum vero, quia Romam profecturis per nationes multas iter faciundum erat: iccirco linguas alias tanquam opitulatrices prioris accipiebant, quum illam primam ordinationis quasi loco haberent. Videmus enim singulos apostolos etiam diuersis vsos fuisse linguis, vt quibus variæ nationes peragrandæ fuerint. Licet hoc de Pauli verbis hisce colligas: Ago Deo meo gratias, quod magis quam vestrum quisquam linguas teneo peregrinas.

In linguis distribuendis Dei consiliũ. — *1. Cor. 14. 18.*

Cæterum id temporis etiam diuinissimi Ioelis vaticinio respondit euentus, cuius quidem hæc sunt verba: Perfundam meo spiritu omnem carnem, videlicet credentem. Non enim Apostoli tantum linguis peregrinis loquebantur, sed etiam cæteri omnes, quotquot baptissabantur ab ipsis, donum eiusmodi consequebantur. Atque hoc illud est, quod Dominus dixit: Signa credentes hæc comitabuntur. In nomine meo genios expellent, & linguis nouis inusitatisque loquentur. Vide quid viris illis XII acciderit, qui Ephesi degentes, vt Lucas commemorat, baptissati quidem erant in baptismum Ioannis: nondum tamen scire se profitebantur, quid esset spiritus. Verum posteaquam Paulus eis manus imposuisset, linguarum donum illud accipiebant. Nam quia Spiritus sanctus erat inadspectabilis,

Ioel. 2. 28. — *Marc. 16. 17.*

οὕτω ὁ διακονῶν τῷ Θεῷ, θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ, ἐκάθισεν, εἶπε. καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. ἐφ᾽ ᾧ καὶ οἱ παρεστῶτες ἔλεγον· οὐκ ἰδοὺ πάντες οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι οὗτοί εἰσι; καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ ἡμῶν διαλέκτῳ, Πάρθοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ελαμῖται, καὶ οἱ λοιποί; ιε΄. δὲ γλωσσῶν τέως ἔλαβον χαρίσματα, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ὅσον πρὸς τοὺς παρόντας. τίς γὰρ ἦν ἡ χρεία Περσικῆς γλώττης μὴ παρόντων Περσῶν; δεκαπέντε δὲ γλῶσσαι ἐφάνησαν. καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς τριάδος φανῇ, καὶ ὑπηρέται οἱ δώδεκα.

Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν Γαλιλαῖον Πέτρον Ρωμαϊστὶ λαλοῦντα, γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔμαθεν, ὥσπερ δὴ καὶ ἕνα ἕκαστον τῶν λοιπῶν ἰδίαν γλῶσσαν λαλοῦντα. οἰκονομεῖ γὰρ τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ στάσις ᾖ ἐν τοῖς ἀποστόλοις περὶ τοῦ, ποῦ δεῖ ἕκαστον ἀπελθεῖν. ἐφ᾽ ᾧ καὶ δίδοται ἑκάστῳ ἰδία γλῶσσα, ὥσπερ κανών. ἤγουν, Ρωμαϊστὶ λαλεῖς; ἄπελθε εἰς τὴν Ρώμην. Περσιστὶ λαλεῖς; ἄπελθε εἰς τὴν Περσίαν. καὶ ἐν τῇ γλώσσῃ μὲν, ὡς εἴρηται, ἔλαβον τὸν κανόνα. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πάλιν ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπερχομένους εἰς Ρώμην διέρχεσθαι διὰ πολλῶν ἐθνῶν, ἐλάμβανον ὥσπερ παραβοηθοὺς ἑτέρας γλώσσας, τὴν πρώτην αὐτὴν χειροτονίας ἔχοντες. εὑρίσκει γὰρ ἕκαστος τῶν ἀποστόλων καὶ διαφόροις γλώσσαις λαλῶν, ἐπειδὴ καὶ διὰ πολλῶν παρίεσαν ἐθνῶν. δῆλον ἐξ ὧν ὁ Παῦλος φησίν· εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, πάντων ὑμῶν γλώσσαις λαλῶ.

Τότε δὴ τότε καὶ ἡ τοῦ θεσπεσίου Ιωὴλ προφητεία πέρας ἐλάμβανεν, ἡ οὕτω λέγουσα· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, πιστευσάσαν δηλαδή. οὐ μόνον γὰρ οἱ Απόστολοι γλώσσαις ἐλάλουν, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ παρ᾽ αὐτῶν βαπτιζόμενοι τὸ τοιοῦτον ἐδέχοντο χάρισμα. καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ κύριος ἔλεγε· σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς. καὶ ὅρα δώδεκα ἐν Ἐφέσῳ ἄνδρας, ὡς ὁ Λουκᾶς ἱστορεῖ, προβαπτισθέντας μὲν εἰς τὸ τοῦ Ιωάννου βάπτισμα, πνεῦμα δὲ μὴ εἰδέναι τί ποτέ ἐστι λέγοντας· ἀλλ᾽ ἡνίκα τὰς χεῖρας ὁ Παῦλος ἐπέθηκε, τηνικαῦτα τὸ τῶν γλωσσῶν ἐδέχοντο χάρισμα. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀόρατον ἦν,

ἔδει πάντως τῆς ἐκείνου παρουσίας αἰσθητόν τινα γίνεσθαι ἔλεγχον, ὡς ἐντεῦθεν ἀδιστάκτως ἐπὶ τὸ θεῖον λουτρὸν ἅπαντας ἔρχεσθαι. τοῦτο μέντοι τὸ χάρισμα ἠρέθισε καὶ τὸν Σίμωνα τοῖς ἀποστόλοις τε προσελθεῖν, καὶ τὸ βάπτισμα αἰτήσασθαι. εἰ μὴ γὰρ αἰσθητὴν ἑώρα τὴν τοῦ πνεύματος δύναμιν, οὐκ ἂν ἐκεῖνος τοῖς Χριστοῦ προσήρχετο μαθηταῖς, οὐκ ἂν ἐπιδεὴς αὐτῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἐφαίνετο. καὶ τότε μὲν οἱ βαπτιζόμενοι τῇ τοῦ παναγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσει τὸ τῶν γλωσσῶν ἐδέχοντο χάρισμα. ἐπὶ δέ γε τοὺς περὶ τὸν Κορνήλιον καὶ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐλάλουν γλώσσαις. διατί δὲ καὶ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος ἐνέργειαν ἐδέχοντο; διὰ τὴν πολλὴν τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων διάκρισιν. διεκρίνοντο γὰρ οὗτοι, μὴ θέλοντες καὶ βαπτιζομένοις τοῖς ἐθνικοῖς ἀναμίγνυσθαι.

Περὶ τοῦ ἀποστόλου Παύλου.

Οἶδα δὲ ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὸν καιρὸν ἐκβιάζῃ μαθεῖν, καθ' ὃν ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου γέγονε κλῆσις. καὶ κατά τινας μὲν ἱστορικοὺς, καὶ μᾶλλον Ἱππόλυτον τὸν Θηβαῖον, ἐνιαυτοὶ διῆλθον ζ'. μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. καὶ ὁ πρωτομάρτυς Στέφανος τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο. μετὰ δὲ ταῦτα ὡσεὶ μῆνες διῆλθον ἕξ, καὶ ἡ τοῦ Παύλου γέγονε κλῆσις. ἀλλ' ἡ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἱστορία διέξεισιν, ὡς οὔπω εἷς ἐνιαυτὸς ἐπεπλήρωτο μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν, καὶ ταῦτα πάντα ἐγίνετο, οἵ ἆθλοί τε τοῦ πρωτομάρτυρος, καὶ ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου προσέλευσις. ἀλλ' ἦν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῷ τηνικαῦτα πληρούμενον τὸ λόγιον τὸ λέγον. ποῦ ὑπάγεις, οἶδας· τί δὲ μέλλεις παθεῖν, οὐκ οἶδας. ἐπιστολὰς γὰρ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων λαβὼν, ὥστε ἀπελθεῖν, καὶ τοὺς ὁπουδήποτε περιευρισκομένους Χριστιανοὺς ἀναιρεῖν, πηροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καθ' ὁδόν. περιήστραψε γὰρ ἄνωθεν αὐτὸν ἄρρητον φῶς, καὶ οὕτως οἱ τοῦ σώματος αὐτοῦ λύχνοι παραχρῆμα ἐσβέσθησαν. ἀλλὰ καὶ φωνῆς ἄνωθεν ἤκουσε πρὸς αὐτὸν οὕτω λεγούσης. Σαοὺλ, Σαοὺλ, τουτέστιν, ἀδελφὲ, ἀδελφὲ, τί με διώκεις; Στέλλεται λοιπὸν πρὸς Ανανίαν, καὶ βάπτισμα δέχεται, κἀντεῦθεν φωτίζεται τούς τε ψυχικοὺς καὶ σωματικοὺς ὀφθαλμούς. κηρύσσει λοιπὸν ὁ πάμμεγας Παῦλος ἔτη λε'. ἐν γὰρ τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος, τὸ σωτήριον πάθος γέγονε τοῦ Χριστοῦ. οὔπω τὸ τοιοῦτον ιη'. ἔτος πεπλήρωται, καὶ τὰ διαληφθέντα τηνικαῦτα γεγόνασι. τρέχειν ἤρξατο τὸ ιθ'. ἔτος τῆς βασιλείας Τιβερίου Καίσαρος, καὶ κηρύσσειν ὁ Παῦλος ἄρχεται, ὡς ἱστορία φησί. διέρχονται τοίνυν ἔτη δ'. τὰ ἐπίλοιπα τῆς

A oportebat omnino sensile quoddam argumentum præsentiæ ipsius edi, vt citra vllam hæsitationem omnes diuinum illud ad lauacrum accederent. Hoc autem donum Simonem etiam incitauit, vt ad apostolos accederet, ac baptismum postularet. Quippe nisi vim potestatemque spiritus adspectabilem vidisset, ad Christi discipulos non accessisset, nec se ipsorum indigere opera putasset. Ac tunc sane qui baptistabantur, donum linguarum accipiebant, vna cum Spiritus sancti immissione. At in eos, qui cum Cornelio erant, idem Spiritus sanctus etiam decidit antequam baptissarentur, itidemque B linguis ante baptismum diuersis loquebantur. Cur hi quæso prius etiam sancti Spiritus efficacitatem experiebantur, quam baptissarentur? Propter nimium superba scilicet eorum præiudicia, qui antea circumcisi crediderant. Etenim illi se ab aliis segregabant, & ne cum baptissatis quidem ethnicis quidquam habere commercii volebant.

Præterea non ignoro, dilecte fili, cupere te illud etiam tempus nosse, quo beatus ille Paulus vocatus fuerit. De nonnullorum quidem historicorum sententia, præsertim Hippolyti Thebani, post Domini ex mortuis resurrectionem anni septem præterierant, quum testium veritatis princeps ille Stephanus beatum vitæ finem est consequutus. Ab C eius autem morte mensibus prope sex elapsis, Pauli vocatio facta est. Verum Eusebii Pamphili F. narrat historia, nondum a Domini resurrectione annum vnum exactum fuisse, quum hæc omnia fierent: nimirum principis illius testis certamina, beatique Pauli ad fidem accessio. Erat autem in eo videre perfici tum temporis oraculum hoc, quo dicitur: Nosti quo pergas, at quid euenturum tibi sit, ignoras. Etenim quum litteras a Pontificibus accepisset, vt profectus in alia loca, vbiuis gentium deprehensos Christianos e medio tolleret: ipso in itinere suos oculos amittit. Nam lux quædam inexplicabilis eum cœlitus circumfulsit, quo factum, vt corporis ipsius faces continuo D extinguerentur. Præterea vocem e sublimi se compellantem his verbis audiuit: Saule, Saule, *quid me persequeris? Hinc ad Ananiam remittitur: baptismum recipit: oculi eius tam animales, quam corporales collustrantur: denique vir eximius ab eo tempore totis XXXV annis prædicationis munere fungitur. Nam decimo & octauo Tiberii Cæsaris anno, salutifera Christi passio contigit. Is vero XVIII annus nondum exactus erat, quum commemorata hactenus acciderunt. Vbi XIX annus Tiberii Cæsaris currere cœpisset, Paulus initium prædicandi facit, quemadmodum ipsa historia demonstrat. Prætereunt hinc imperii Tiberii

Quando Paulus vocatus sit.

Hippolytus Thebanus.

Eusebius.

Vide Notas. Act. 9. 4.

Annorũ prædicationis Pauli supputatio.

Cæsaris quatuor anni reliqui. Nam XXII annos in vniuersum Tiberius rerum potitus esse reperitur. [Consimiliter imperii Caii Cæsaris quatuor anni elabuntur, itemque Claudii] propemodum XIV anni. Huic in imperio successit Nero, qui anno regni sui XIII Paulum interfecit. Quapropter anni esse triginta quinque deprehenduntur, quos in prædicatione Paulus exegerit. Tam diligenter autem ministerium suum obibat, vt Iacobum quoque Domini fratrem conueniret, eiusque consilium exploraret, num se tondere ac lustrare Iudæorum caussa deberet.

Iacobus primus episcopus Hierosolymorum.

Hic Iacobus primus Hierosolymorum pontifex fuit, delectus ad hoc muneris, ne Petrus, & Ioannes, & Iacobus gloriæ caussa contenderent, quemadmodum Clemens ille Stromateus memoriæ prodidit.

Clemens Alex.

De cæde Iacobi.

Eundem Iacobum & iustum virtutis caussa nuncupabant. Estque ille ipse, qui de templi pinnis præcipitatus est, & a fullone ligno quodam ita percussus in caput, vt moreretur. Etenim Iudæi, quum ad Cæsarem Paulus appellasset, & ad Cæsarem a Festo prætore missus esset, spe sua frustrati, propter quam insidias ei struxerant, ad hunc se Iacobum conferunt, eumque sic compellant: Inhibeto populum hunc, quandoquidem errore quodam in Iesum propendet. Nam tibi nos testimonio sumus, ac populus adeo vniuersus, quod sis vir iustus. Erat, cum hæc agerentur, Paschæ festum. Quare cum in pinnas eum templi statuissent, aiebant: Tibi, o iuste, cuncti fidem adhibemus. Quia vero populus errore impulsus Iesum illum crucifixum sectatur, indicato nobis, quodnam Dei sit ostium. Ibi cum ipse respondisset, Iesum in cœlo ad dexteram magnæ illius potestatis considere, ac in aeris nubibus aliquando reuersurum, exclamarunt omnes: Heu heu, iustus etiam in errorem perductus est. Itaque ad templi pinnas adscendentes, eum deiecerunt, & lapidibus obruerunt. Neque multo post Vespasianus eos obsedit. Iacobus ipse tam iustus erat, vt homines apud Iudæos mente præditi existimarent, obsideri vrbem ipsius cædis caussa.

Iosephi de Iacobo testimonium.

Iosephus quidem certe in hæc verba scribit: Euenerunt hæc Iudæis, vt iusti illius Iacobi cædes vindicaretur, qui frater erat eius Iesu, quem Christum nuncupant. Quo pacto extinctus sit, nimirum quod præcipitatus, quod lapidibus obrutus, quod positis genibus pro aduersariis Deum precatus, quod ligno percussus tandem mortuus fuerit, Alexandrinus ille Clemens litteris consignauit.

Iacobi vita & pietas.

Addit autem Iosephus huiusmodi: Vinum & siceram non bibebat: animatum nihil comedebat: nouaculam in caput nullam admiserat: oleo se non perungebat: balneo nullo vtebatur. Et quidem ei soli fas erat in adyta templi & penetralia ingredi, vt preces pro populo conciperet. Qua sane de caussa occalluerant instar cameli

βασιλείας Τιβερίου. καὶ γὰρ εἴκοσι καὶ δύο ἔτη τὰ πάντα κρατήσας εὑρίσκεται. διέρχονται δὲ ὁμοίως ἔτη ὡσεὶ ιδʹ. τοῦτον ὁ Νέρων διαδέχεται, καὶ τῷ ιγʹ. ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀναιρεῖ τὸν ἀπόστολον. λʹ. λοιπὸν καὶ πέντε εὑρίσκονται τὰ ἔτη, ἐν οἷς ὁ Παῦλος ἐκήρυξε. τοσοῦτον δὲ τὰ τῆς αὐτοῦ μετεχειρίζετο διακονίας, ὡς καὶ πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον εἰσελθεῖν, καὶ συμβουλὴν ἐξ ἐκείνου δέξασθαι, ξυρηθῆναι καὶ ἁγνισθῆναι τῶν Ἰουδαίων ἕνεκεν.

Περὶ Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου.

Οὗτος ὁ Ἰάκωβος ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων πρῶτος ἐχρημάτισε. προείλοντο γὰρ αὐτὸν, ὥστε μὴ Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον δόξης ἕνεκεν ἐπιδικάζεσθαι, καθὰ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἱστορεῖ. τοῦτον μέν τοι τὸν Ἰάκωβον καὶ δίκαιον ἐκάλουν διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετήν. οὗτος ἐστὶν ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς, καὶ παρὰ τοῦ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς κατὰ κεφαλῆς εἰς θάνατον. Ἰουδαῖοι γὰρ τοῦ Παύλου Καίσαρα ἐπικαλουμένου, καὶ ὑπὸ Φήστου πεμφθέντος, τῆς ἐλπίδος, καθ' ἣν ἐξήρτυον αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν, ἐκπεσόντες, ἐπ' αὐτὸν τρέπονται, καὶ λέγουσιν· ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν. ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ. ἦν δὲ πάσχα· καὶ στήσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον, εἶπον· δίκαιε, σοὶ πάντες πειθόμεθα. ἐπεὶ δὲ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγελον ἡμῖν, τίς ἡ θύρα τοῦ Θεοῦ. ἐκείνου δὲ ἀποκριθέντος, ὅτι Ἰησοῦς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ἔκραξαν· ὢ ὢ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη. κατέβαλλον οὖν αὐτὸν ἀναβάντες, καὶ ἔβαλλον λίθοις. καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ αὐτούς. τοσοῦτον δὲ ἦν δίκαιος, ὡς τοὺς ἔμφρονας τῶν Ἰουδαίων νομίζειν δι' αὐτὸν ταῦτα γενέσθαι. γράφει δὲ καὶ Ἰώσηπος· ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ. τὸν μὲν οὖν τρόπον τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, ἤγουν τὸ κρημνισθῆναι καὶ λιθασθῆναι, καὶ γονυπετῆσαι, καὶ εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ξύλῳ πληγέντα τελειωθῆναι, ὁ Κλήμης ἱστόρησεν. ὁ δὲ Ἰώσηπος, ταῦτα· οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, ἔμψυχον οὐκ ἔφαγεν, ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι, καὶ δέεσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ· ὡς ἐντεῦθεν ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην

καμήλου, γονυπετοῦντος καὶ δεομένου ἄφεσιν τῷ λαῷ. ἀπέκτειναν δὲ αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, μετὰ τὴν τελευτὴν Φήστου ἀναρχίαν εὑρόντες.

Καὶ ὁ μὲν Ἰάκωβος οὗτος, ὁ ἀδελφόθεος δηλαδή, τῇ δωδεκάδι τῶν μαθητῶν οὐκ ἦν ἐναρίθμιος, τὰ πρῶτα δὲ ὅμως παρ᾽ αὐτοῖς ἔφερε. καὶ γὰρ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ὁ κύριος, ὡς ὁ Κλήμης φησί, Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ τὴν γνῶσιν ἔδωκεν. οὗτοι δὲ τοῖς λοιποῖς. πρὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἐνεκότουν τῷ κυρίῳ, καὶ ἠπίστουν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης φησί. πρόσεχε δὲ ἀγαπητέ. εἰ γὰρ καὶ πρώτους ἐκείνους ὁ κύριος τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο, εἰ καὶ τιμῆς ἠξίωσε πλείονος, εἰ καὶ ἐπὶ ιβ΄. θρόνων ὑπέσχετο καθίσαι αὐτοὺς τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ κρίνοντας, εἰ καὶ σύνδειπνοι αὐτῷ ἔσονται κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ μεμενήκασι μετ᾽ αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἔχομεν ἀλλαχοῦ τὸν κύριον αὐτὸν πρὸς τοὺς ἐκ Ζεβεδαίου, ἡνίκα δεξιὰν ᾐτήσαντο, καὶ ἀριστερὰν καθέδραν, οὕτω λέγοντα· οὐκ ἐμόν ἐστι τοῦτο δοῦναι, ἀλλ᾽ οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός μου. οὐκοῦν εἰ τὰ τῆς τιμῆς ἐκείνης οὐ δίδοται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἀγῶνας οὓς ὁ καθένα ἐνδείξεται. μὴ θαύμαζε, εἴγε καὶ οἱ κατὰ τὸν Παῦλον, ναὶ μὴν καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον ἀγωνισάμενοι, κοινωνοὶ καὶ συμμέτοχοι τῆς τῶν δώδεκα τιμῆς εὑρεθήσονται. καὶ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς ἔλεγε. Παύλου μείζονα εἶναι τότε μηδ᾽ ἕτερον.

Ὅτι δὲ οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ δώδεκα τὸν ἀριθμόν, καὶ οὐ πλείους ἢ ἐλάσσους εἶναι ἔμελλον, ἄνωθεν τοῦτο δεδήλωται. καὶ πρόσεχε, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. ὃν γὰρ τρόπον ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος ἀπὸ τοῦ πρώτου σημείου ἀρξάμενος, καὶ διὰ τῶν ιβ΄. ζῳδίων τὴν αὐτοῦ ποιήσας περίοδον, κἀν τούτοις τὰ αὐτοῦ πάντα πληρώσας, ἐκεῖσε πάλιν ὑποστρέφει, ὅθεν τοῦ δρόμου κατήρξατο· οὕτω καὶ ὁ νοητὸς ἥλιος τῆς δικαιοσύνης ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός, ἐξανατείλας τῷ κόσμῳ καθὼς αὐτὸς ηὐδόκησε, καὶ διὰ τῶν ιβ΄. μαθητῶν τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν διαδραμών, πᾶσαν τὴν αὐτοῦ βούλησιν δι᾽ αὐτῶν ἐκτελέσας, ἐκεῖσε πάλιν ὅθεν ἦλθεν ὑπέστρεψεν. ὅτι δὲ οἱ παρὰ κυρίου ἐκλεγέντες ιβ΄. μαθηταί, ναὶ μὴν καὶ οἱ κατ᾽ αὐτοὺς ἀγωνισάμενοι, κρείττονα τόπον ἐσχήκασι τῶν προπατόρων ἐκείνων, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἀριδηλότερον ἔδειξεν. ἐπὶ ιβ΄. γὰρ

Περὶ τῶν ιβ΄. ἀποστόλων.

eius genua, dum perpetuo in iis procumberet, ac Deum exoraret, vt Iudaico populo venia data ignosceret. Interfectus a Iudæis est post Festi prætoris mortem, quo tempore necdum alio prætore surrogato neminis imperio parebant.

Quando Iacobus necatus.

Cæterum Iacobus hic, Domini frater, non erat ille quidem vnus ex duodecim illis discipulis, sed principe tamen apud eos loco habebatur. Quippe quum primum ex mortuis Dominus resurrexisset, vti Clemens narrat, Petro & Ioanni, & Iacobo huic, Domini fratri, primis id patefecit: qui deinde rem ad discipulos reliquos retulerunt. Etenim ante resurrectionem fratres Domini etiam indignabantur ei, nec fidem habebant: quemadmodum Euangelicæ scriptor historiæ Ioannes meminit. Hoc autem loco est, dilecte fili, quod animaduertas. Quanquam enim discipulos illos duodecim Dominus primos elegit, quanquam honore maiori dignatus est, quanquam se illos promiserit supra duodecim solia collocaturum, vt duodecim tribus Israelicas iudicent, quanquam illo die conuiuæ ipsius erunt propterea, quod apud ipsum manendo perseuerauerint: nihilo tamen minus alibi Dominum ad Zebedæi filios, cum illi dexterum læuumque solium penes ipsum petiissent, his verbis vti videmus: Eius rei concedendæ facultas non me penes est, sed illis hoc obtinget, quibus a patre paratum erit. Quapropter si honos ille non tribuetur ex gratia, sed pro ratione certaminum, quæ quilibet exanclabit: desine mirari, futurum vt quidam exemplo Pauli, & Iacobi huius, Domini fratris, certaminibus suis peractis, eius participes honoris fiant, qui discipulis illis XII est promissus. Hoc enim & Chrysostomus pronuntiauit, Paulo dicens illo tempore neminem appariturum maiorem.

Clemens Alex.

Cur Paulus & Iacobus cæteris Apostolis pares.

Matth. 20. 23.

Chrysostomus.

Cæteroqui tantum XII Christi discipulos, non plures, nec pauciores fuisse, iam ante demonstrauimus. Attende obsecro, quæ dicemus. Quemadmodum sol hic sensilis a primo signo exorsus, per signa duodecim cursu suo circulari absoluto, postquam in iis ipsis effectiones suas compleuit, eo reuertit, vnde cursus initium fecerat: sic etiam intellectilis ille sol iustitiæ Dominus noster Iesus Christus, Dei F. & Deus, mundo pro benignitate sua exortus, posteaquam orbem terrarum, quacunque cœlo ille subiectus est, per XII discipulos suos percurrit, omneque institutum animi sui eorum opera perfecit, rursus eodem reuersus est, vnde profectus fuerat. Et vero duodecim illos discipulos a Domino selectos, itemque alios, quicumque præclara ipsorum exemplo certamina obierunt, potiori loco futuros esse, quam priscos illos patres: multo clarius orator ille noster aureus ostendit. Promisit enim Dominus, illos se supra XII

Cur XII tantum Apostoli primi.

Chrysostomus.

Cur Patriarchis maiores Apostoli.

solia collocaturum, vt XII tribus Israelicas iudicent: quem sane honorem priscis illis patribus non concessit. Præterea multi ab ortu & occasu venient, & cum Abrahamo ac Isaaco recumbent: at soliorum apostolicorum alius nemo particeps erit. Itidem illi quum in vmbra vixerint, omnino sunt iis inferiores, qui in ipso vigore veritatis exstiterunt. Hæc Chrysostomus.

Theodoriti ratio diuersa.

Theodoritus autem errare dicit eos, qui hoc modo de priscis illis patribus & sentiant, & loquantur. Quanquam enim illi Dominum sensiliter non viderint: mentis tamen intelligentia conspectum ab iis esse. Et qui aliis inferior atque minor sit is, qui sinu suo sanctos excipit? qui Moses, qui transformato Domino & ipse transformatus est, Elia quoque præsente, tanta cum maiestate ac gloria, vt etiam cum ipso tam de cruce, quam morte sequutura colloquerentur? Hæc Theodoriti est sententia. Tu vero, dilecte fili, potius oratoris illius aurei verbis accedito. Et quanam de caussa? quoniam ea cum Domini verbis consentiunt, qui etiam in Euangelio per Lucam litteris consignato sic Apostolos alloquitur. Felices oculi, quibus ea datum est intueri, quæ vos cernitis. Hoc enim vobis confirmo, complures vates atque reges videre cupiuisse, quæ vos videtis, nec tamen vidisse: ac audire cupiuisse, quæ vos auditis, nec tamen audiuisse. Quænam vero illa sunt? omnino scilicet ea, quæ a Christo administratione ipsius in carne durante gesta sunt, quorum spectandorum potestas solis Apostolis contigit. Quapropter Apostoli duabus rebus vates superant, tum quod corporaliter Christum viderint, tum quod spiritualiter ab eodem rebus diuinis fuerint initiati.

Luc. 10. 23.

Octo resuscitationes mortuorum.

Quod si etiam cognoscere tibi lubet, quam multi ex mortuis sint resuscitati, & quinam illi fuerint: has ipsas excitationes recensendo commemorabimus. Acciderunt igitur in vniuersum octo numero mortuorum resuscitationes. Prima, reuixit Saraphthanæ mulieris filius, quem Elias vates vitæ restituit. Altera, Somanitidis filius, quem Elissæus excitauit. Tertia, miles ille, qui quum reliquias Elissæi contigisset, tanquam ex igne prosiliit. Quarta, collegii principis filia. Quinta viduæ mulieris filius. Sexta, Lazarus. Septima, multa sanctorum corpora. Octaua denique resuscitatum est sanctissimum illud corpus Dominicum: quanquam hæretici quidam Appelliani fuere, qui furiose aiebant, Domini corpus in sepulcro resolutum in elementa quatuor esse, de quibus & constitisset. Cæterum multa illa sanctorum, qui obdormiuerant, corpora potissimum iccirco resurrexerunt, vt per hoc ipsum prodigium publice declararetur, Deum illum esse, qui tum patiebatur: ac eadem opera mysterio de postrema & com-

Apellianorum furor.

Cur multa sanctorũ corpora resurrexerunt.

A ἔφη θρόνων καθίσαι αὐτούς, καὶ κρῖναι τὰς ιβʹ. φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. ἣν δὴ τιμὴν οὐκ ἔδωκε τοῖς προπάτορσι. καὶ ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἐλεύσονται, καὶ μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ ἀνακλιθήσονται· τοῖς δέ γε Ἀποστόλοις οὐδεὶς ἕτερος ἐσεῖται συγκάθεδρος· καὶ ὅτι ὑπὸ σκιὰν ἐκεῖνοι τότε φανέντες, ἐλάττονές εἰσι τῶν ἐνακμασάντων τῇ ἀληθείᾳ. καὶ ταῦτα μὲν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς.

Ὁ δὲ Θεοδώρητος σφάλλεσθαι λέγει τοὺς οὕτω περὶ τῶν προπατόρων καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας. εἰ γὰρ καὶ μὴ αἰσθητῶς ἐκεῖνοι τὸν κύριον εἶδον, ἀλλὰ νοητῶς εἶδον αὐτόν. B πῶς δὲ καὶ ἐλάττων, ὁ τοὺς ἁγίους εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ δεχόμενος, καὶ ὁ τῇ τοῦ κυρίου μεταμορφώσει συμμεταμορφωθεὶς Μωϋσῆς ἅμα τῷ Ἠλίᾳ μετὰ τοσαύτης δόξης, ὥστε συλλαβεῖν αὐτῷ περί τε σταυροῦ καὶ θανάτου; καὶ ὁ μὲν Θεοδώρητος οὕτω. σὺ δὲ ἀγαπητὲ, τοῖς τοῦ χρυσορρήμονος ἐπιπλέον πρόσκεισο. τίνος ἕνεκεν; ὅτι τοῖς τοῦ κυρίου λόγοις τὰ τοιαῦτα συνάδουσιν. ἐπὶ γὰρ τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ καὶ ταῦτα δὲ τοῖς Ἀποστόλοις ἔλεγε· μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον. καὶ ἀ- C κοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. τίνα δὲ ταῦτα; τὰ κατὰ τὴν ἔνσαρκον πάντως οἰκονομίαν, ὧν οἱ Ἀπόστολοι, καὶ κατὰ τὸ σωματικῶς ἰδεῖν, καὶ κατὰ τὸ πνευματικῶς μυηθῆναι τὰ θεῖα.

Ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεις εἴγε μαθεῖν ἐπιζητεῖς, πόσαι εἰσὶν αὗται, καὶ τίνων εἰσὶν, ἰδού σοι ταύτας ἀπαριθμήσασθαι οὐκ ὀκνήσομεν. Ὀκτὼ μὲν οὖν εἰσὶ τὸν ἀριθμόν. τοῦ τῆς Σαραφθίας υἱοῦ, ὃν ὁ Ἠλίας ἤγειρε· τοῦ τῆς Σωμανίτιδος υἱοῦ, ὃν ὁ Ἐλισσαῖος ἤγειρε· καὶ τοῦ στρατιώτου ἐκεί- D νου, ὃς ἐγγίσας τοῖς τοῦ Ἐλισσαίου λειψάνοις, ὡς ἀπὸ πυρὸς ἐξεπήδησε. τῆς τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατρός. τοῦ τῆς χήρας υἱοῦ. τοῦ Λαζάρου. τῶν πολλῶν σωμάτων. καὶ αὐτοῦ τοῦ πανάγιου καὶ κυριακοῦ σώματος. εἰ καὶ μανέντες οἱ Ἀπελιανοὶ ἔλεγον ἐν τῷ τάφῳ διαλυθῆναι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου εἰς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν καὶ συνέστηκε. τὰ μέν τοι πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστησαν, ὡς ἐντεῦθεν Θεὸν ἀνακηρυχθῆναι τὸν πάσχοντα, πιστωθῆναί τε τῆς τελευταίας καὶ κοινῆς ἀναστάσεως τὸ μυ-

Περὶ τῶν ἐγερθέντων ἐκ νεκρῶν.

σπήλειον, καὶ τῶν κατεχομένων ἐν ᾅδου ψυχῶν τὴν ἐλευθερίαν ὁμοῦ καὶ ἐπάνοδον. καὶ γὰρ αἱ πιστεύσασαι ψυχαὶ τῷ Χριστῷ καταβάντι πρὸς ᾅδην, εὐθὺς ἀπελύθησαν. καὶ ἐπεὶ ἀδύνατον ἦν ψυχὰς οὕτω γυμνὰς αἰσθητοῖς ὁραθῆναι ὀφθαλμοῖς, οἰκονομίᾳ θείᾳ πρὸς πίστιν μετὰ σωμάτων ἐφάνησαν αἱ τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ψυχαί· εἶθ᾽ οὕτως εἰς τοὺς ἀνήκοντας αὐταῖς τόπους ἀπέπτησαν.

Ὅρα δὲ ἀγαπητὲ, μήτε τοῖς ὧδε κἀκεῖσε μυθολογουμένοις καὶ ἡ σὴ διάνοια παρατραπήσεται. ὅτι μὲν γὰρ φημίζεται παρὰ τοῖς πολλοῖς, τῇ Μαγδαληνῇ ἐκείνῃ ἐντυχεῖν τὸν Γαληνὸν ἰατρὸν, καὶ ἀκοῦσαι παρ᾽ αὐτῆς, ὅτι τυφλὸν ἐκ γενετῆς ὁ Χριστὸς ἰάσατο· κἀντεῦθεν εἰπεῖν πρὸς αὐτὴν, καλῶς ἐκεῖνον εἰδέναι τὰ τῆς γῆς μέταλλα, εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τὸν τυφλὸν ἐκεῖνον ὠμμάτωσε. οἴδαμεν τοῦτο καὶ ἡμεῖς. ἀλλὰ τὴν τοιαύτην φήμην μετὰ τῶν μύθων ἐτάξαμεν. ἀδύνατον γὰρ τῇ Μαγδαλινῇ ἐντυχόντα Γαληνὸν, ὡς ἐκεῖνοί φασι, Μάρκου μὲν βασιλέως ἐν τοῖς πρὸς Πίσωνα μεμνῆσθαι. Κομμόδου δὲ πάλιν ἐν τῷ περὶ ἠθῶν πρώτῳ βιβλίῳ αὐτοῦ. ἀπὸ γὰρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἕως αὐτῆς τῆς βασιλείας Κομμόδου, ὡσεὶ ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη εὑρίσκονται. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου.

Οἶδα δὲ ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἠπόρηκας. ἵνα τί, λέγων, οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ Ἀπόστολοι τὰ λοιπὰ συγγραψάμενοι, τὰ κατὰ τὴν κοίμησιν τῆς ἀειπαρθένου παντάπασι σεσιγήκασι; καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τὰ τῆς ἐνσάρκου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας οἱ Εὐαγγελισταὶ διηγούμενοι, μέχρι καὶ αὐτῆς κατηντήκασι τῆς ἀπὸ γῆς αὐτοῦ ἀναλήψεως. Ἡ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παναμώμος μήτηρ εἰς γῆρας λέγεται ἐφθακέναι βαθὺ, καθά φησιν ὁ ὁσιώτατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης. οὐκοῦν ἀδύνατον ἦν τῇ εὐαγγελικῇ παραμεμίχθαι ἱστορίᾳ καὶ τῆς ἀειπαρθένου τὴν κοίμησιν, ἅτε πολλῷ τῷ χρόνῳ γεγονυῖαν, ὡς ἔφημεν, ὕστερον. ἰδίᾳ δὲ πάλιν οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ διαλαβέσθαι περὶ ταύτης οὐκ ἔφθασαν, ὅτι περὶ τὸν τῆς οἰκονομίας ἀσχολούμενοι λόγον, καὶ διὰ φροντίδος ἔχοντες ὅτι πολλῆς, πῶς τε πιστοὺς τοὺς ἀπίστους ποιήσαιεν, καὶ ὅπως τῇ κατὰ Χριστὸν ἀμωμήτῳ πίστει πάντες προσέλθοιεν, τὰ λοιπὰ παρεβλέποντο, καὶ μάλιστα ταῦτα τῷ θείῳ κηρύγματι μὴ συντείνοντα.

A muni resurrectione mortalium fides conciliaretur: vt manifesta denique fieret earum animarum liberatio simul & reditus, in orco detentæ quæ fuerant. Etenim animæ, quæ ad Christum ad orcum descendentem crediderunt, mox dimissæ liberatæque sunt. Et quoniam fieri non poterat, vt animæ nudæ sensilibus oculis conspicerentur: diuino quodam consilio sanctorum illorum hominum, qui obdormierant, animæ cum ipsis corporibus apparuerunt, vt fides amplior esset: deindeque rursus ad loca sibi destinata conuolarunt.

Caue autem, dilecte fili, ne forte per ea, quæ hinc inde fabulosa sparguntur, tua quoque mens peruertatur. Famam enim apud
B multos obtinuisse, quod medicus ille Galenus in Magdalenam inciderit, & audiuerit ex ea, Christum quendam a natiuitate cæcum sanasse: cui Galenus responderit, necesse fuisse, vt Christus terræ metalla bene cognita habuerit, alioqui visum cæco restituere non potuisse. hoc igitur nos quoque nouimus: Verum eiusmodi rumorem fabularum in ordinem atque numerum referimus. Nam fieri prorsus nequit, vt ipsorum de sententia Galenus, cum Magdalena sit collocutus, qui Marci Imperatoris in iis meminerit, quæ ad Pisonem perscripsit: itemque Commodi mentionem Imperatoris in primo de moribus libro fecerit. Nam inter
C ætatem Domini nostri Iesu Christi, & imperium Commodi, propemodum anni CL intercedunt. Ac de his quidem hactenus.

Galeni & Magdalenæ colloquium.

Refutatio fabellæ.

Memini quoque dilecte fili, te inter cætera huiusmodi dubitationem aliquando mihi proposuisse. Quamobrem, aiebas, discipuli Christi & Apostoli rebus aliis in commentarios & historias relatis, prorsus de obdormitione perpetuæ Virginis illius obticuerunt? Hac de re satis est respondere, auctores Euangeliorum Christi administrationem in carne commemorantes, ad eius a terris in cœlum adsumptionem peruenisse. At expers illa maculæ Domini nostri Iesu Christi mater pro-
D uectam ætatem attigisse perhibetur, vt diuinus ille vir, Andreas Cretensis antistes, auctor est. Quapropter fieri non potuit, vt Virginis illius perpetuæ obdormitio Euangelicæ historiæ insereretur: vti quæ longo deinceps tempore, ceu diximus, acciderit. Præterea seorsum peculiari quodam libro de ipsa nihil Christi discipuli memoriæ prodiderunt, propterea quod in explicanda ipsius administratione occupati, magnopereque de vna illa re solliciti, quo nimirum pacto incredulos fideles efficerent, ac omnes ad puram sinceramque in Christum fidem perducerent: cætera negligebant, præsertim ea, quæ ad diuinam illam prædicationem nihil facerent.

Cur de morte matris Virginis nihil proditum.

Mater Domini ætate prouecta decessit. *Andreas Cretensis.*

Non tamen omnino diuina istæc obdormitio silentio est prætерita. Nam rerum ille diuinarum interpres magnus Dionysius, de hac admiranda quædam in perscriptis ad Timotheum epistolis tradere deprehenditur. ac vide mihi, obsecro, quæ dicturi simus, ex illius narrationibus decerpta. Nos quidem, ait, vna tecum multisque sacris fratribus, ceu meministi, ad spectandum corpus illud, quod vitæ principium & ipsum Deum aliquando continuerat, conueneramus. Simul aderant frater Domini Iacobus, & Petrus, vertex Apostolorum ille supremus. [Præter hæc & præcentorem diuini illius hymni commemorat, qui diuino quodam motu extra seipsum raptus, & quasi traductus alio, sacrum illum cantum occeperit.] Quid multa proferri necesse est? Ostendit in hac narratione sacer ille Dionysius, vniuersum prope cœtum Apostolorum, & ipsorum septuaginta discipulorum, ad venerandum hoc spectaculum congregatum fuisse: tum quod eodem tempore discipuli omnes per vniuersum terrarum orbem dispersi conuenerint, quorum in numero & ipse fuerit, vna cum Timotheo & Hierotheo. [Audiuisti enim hæc ipsius ad Timotheum verba: Nos quidem vna tecum, multisque sacris fratribus, ceu meministi, ad spectandum corpus illud, quod vitæ principium aliquando continuerat, conueneramus. Hæc a prædicto Dionysio sunt tradita.]

Dionysius de Virginis obitu ad Timotheũ.

Cæterum tametsi virgo mater naturæ legibus fuit obnoxia, tametsi mortem degustauit, tametsi vt homo in sepulcrum est deposita: naturæ tamen fines atque terminos superauit & excessit, neque sepulcrum & mortalitas eam in potestate sua retinere potuit. Nam & ipsa de sepulcro resurrexit, prorsus vti filius eius, idemque Deus etiam fecerat, solis sepulcralibus exuuiis in monumento relictis. Huic narrationi fidem facit diuinus ille Iuuenalis, qui Hierosolymorum antistes fuit. Exponit ille, quo pacto id temporis Thomas abfuerit, quo pacto deinceps ad sepulcrum accesserit, quo pacto illud ipsum perquisiuerit. Etenim Apostoli Thomæ gratia sepulcrum aperiri iusserunt, quod illum cernerent absentiam in morte Virginis suam molestissimo ferre animo. Itaque sepulcrum quidem aperitur, at ipse thesaurus in eo reconditus nusquam apparebat: solæ, quod dictum est, sepulcrales exuuiæ reperiebantur. Consimili nimirum modo & ipsam Dei matrem ex mortuis resurrecturam fuisse, quo filius resurrexerat, multo ante beatus ille Dauides huiusmodi verbis significauerat: Surge Domine in requietem tuam, tu inquam ipse, & arca sanctitatis tuæ. Nam quia norat Dauides eam, quæ Christum vte-

Virgo mater e sepulcro resurrexit.

Iuuenalis episcopus Hierosolymæ.

Ps. 131. 8.

A Πλὴν οὐ πάντη σεσίγηται τὰ τῆς θείας ἐκείνης κοιμήσεως. Ὁ γὰρ θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος θαυμαστά τινα περὶ ταύτης ἐν τοῖς πρὸς Τιμόθεον γράφων εὑρίσκεται. καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. ὁ γὰρ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα περὶ τούτου διέξεισι· καὶ ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν. παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία τῶν Ἀποστόλων ἀκρότης. . . . .

B . . . . καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; δείκνυσι διὰ τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ θεσπέσιος Διονύσιος, ὡς ἅπας σχεδὸν τῶν Ἀποστόλων ὁ θίασος, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ο΄. περὶ τὸ σεπτὸν ἐκεῖνο τῆς θεομήτορος συνήθροιστο θέατρον, καὶ ὅτι κατ' αὐτὸν πάντες συνήλθοσαν οἱ ἀνὰ πᾶσαν ἐσκορπισμένοι τὴν γῆν μαθηταὶ, ὧν εἷς ἐτύγχανε καὶ αὐτὸς, σὺν ἅμα Τιμοθέῳ καὶ Ἱεροθέῳ. . . . . .

. . . .

C . . . . Πλὴν εἰ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ὑπέπεσεν, εἰ καὶ θάνατον ἐγεύσατο, εἰ καὶ μνήματι κατετέθη ὡς ἄνθρωπος· ἀλλὰ τοὺς ὅρους νενίκηκε τῆς φύσεως, ἀλλὰ τάφος καὶ νέκρωσις αὐτὴν οὐ κεκράτηκε. τοῦ γὰρ μνήματος ἐξανέστη καὶ αὕτη παραπλησίως τῷ υἱῷ αὐτῆς καὶ Θεῷ, μόνα παρὰ τῷ τάφῳ καταλείψασα τὰ ἐντάφια. καὶ πιστοῦται τὸν λόγον Ἰουβενάλιος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων χρηματίσας θεῖος Ἐπίσκοπος, τήν τε τοῦ Θωμᾶ διηγησάμενος ἀπόλειψιν, τὴν ὑστέραν αὐτοῦ παρὰ τῷ τάφῳ προσέλευσιν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ τάφῳ γεγονυῖαν παρ' αὐτοῦ κατεξέτασιν. Οἱ γὰρ D ἀπόστολοι τηνικαῦτα διανοιγῆναι τὸν τάφον κελεύουσιν, ἅτε τὸν Θωμᾶν ὁρῶντες ἐπὶ τῇ ἀπολείψει πολλὰ δυσχεραίνοντα, καὶ ὁ μὲν τάφος ἠνοίγετο· ὁ δὲ θησαυρὸς ἐντὸς ἦν οὐδαμῶς, μόνα δὲ κείμενα, καθάπερ εἴρηται, τὰ ἐντάφια. ὅτε δὲ ἡ αὐτὴ καὶ ἡ ἐπὶ τῆς θεομήτορος ἔμελλε γενέσθαι ἀνάστασις, καὶ ταύτην ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι, καθὰ δὴ καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, ὁ μακάριος Δαβὶδ προφθάσας ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· ἀνάστηθι κύριε εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἐν γαστρὶ βαστάσασαν αὐτὸν

σαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε. τοῦτο οὐκ ἐποίησε, τοὺς Ἰουδαίους καὶ μάλιστα φοβούμενος λέγοντας· ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. ἐφ' ᾧ καὶ κατακρίνεται· καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ κύριος ἔλεγε πρὸς αὐτόν· ὁ παραδιδούς με σοι, μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει.

Τὸν μέντοι καιρὸν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης παριστῶν, ἡνίκα ὁ Πιλάτος ἐκάθισεν εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, ἵνα κρίνῃ τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν ἔλεγεν· ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. διατί δὲ ἡ ἕκτη τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα παρασκευὴ τοῦ πάσχα λέγεται παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ; σαφὴς ἡ αἰτία σοι πρόκειται. καθάπερ γὰρ τὸ σάββατον ἑβδόμη μὲν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστί. λέγεται δὲ ὅμως σάββατον, ἤτοι κατάπαυσις, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ γινομένην ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων κατάπαυσιν. τότε γὰρ ἀργεῖ ὁ δοῦλος, τὸ κτῆνος, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. οὕτω καὶ ἡ παρασκευή, ἕκτη μὲν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστί. λέγεται δὲ παρασκευή, διὰ τὸ παρασκευάζειν, καὶ οἷον εἰπεῖν, ἑτοιμάζειν τοὺς Ἰουδαίους ἐν αὐτῇ τὰ τοῦ σαββάτου. ἐν αὐτῷ γὰρ οὔτε πῦρ ἅψαι συγχωροῦνται, οὔτε ξύλα συνάξαι, οὔτε τὰ πρὸς τροφὴν ἁπλῶς ἑτοιμάσαι. ταῦτα λοιπὸν ἡ ἕκτη παρασκευάζουσα, παρασκευὴ κατωνόμασται. ὁ τοίνυν εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης παρασκευὴν τοῦ πάσχα τὴν τοιαύτην ἡμέραν καλέσας, ἔδειξε προφανῶς, ὅτι πρὸ τὴν τοῦ πάσχα τηνικαῦτα παρεσκευάζοντο ἑορτὴν οἱ Ἰουδαῖοι, κατὰ τὴν τοῦ νόμου διάταξιν. ἀπὸ γὰρ ἕκτης ὥρας τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τῆς σελήνης ἡμέρας, πᾶς μὲν ζυμωτὸς ἄρτος πυρὶ καιόμενος ἠφανίζετο, τὰ δέ γε ἄζυμα κατὰ τὸ εἰωθὸς ἡτοίμαζον. εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει φαίνεται προφανῶς, ὅτι τὸ δοθὲν δι' ἄρτου καὶ οἴνου παρὰ Χριστοῦ κατὰ τὴν τῆς μεγάλης πέμπτης ἑσπέραν, ἔνζυμον ἦν. ὅτι μηδὲ καιρὸς ἀζύμων ἐτύγχανε τότε κατὰ τὴν τῶν πλειόνων ὑπόληψιν. ἄφες λοιπὸν τοὺς τῶν πολλῶν λόγους, καὶ τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν ἱερῶν λογίων πρόσεχε.

Ὅτι μὲν γὰρ κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς μεγάλης παρασκευῆς, οὐ μὴν ἐν τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ τυθῆναι ὁ ἀμνὸς ἔμελλε, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκ τῶν ἤδη ῥηθησομένων σοι. τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἧς τῇ ἑσπέρᾳ τὸ πάσχα ἐθύετο, καὶ ἀζύμων ἡμέραν, καὶ πάσχα ὁμοίως καλεῖν εἰώθασιν, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πάντως αὐτῆς· καὶ γὰρ * διὰ τὸν ἀμνὸν θύεσθαι, καὶ τὰ ἄζυμα ἐσθίεσθαι τῇ ἑσπέρᾳ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, κατὰ τοῦτο καὶ ἡ ιδʹ. αὕτη, καὶ πάσχα, καὶ ἀζύμων ἡμέρα ἐλέγετο. ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὴν μεγάλην παρασκευὴν κεκτημένην

* διὰ τὸ τὸν

Glycæ Annal.

A dimittendi, vel crucifigendi: quod facere poterat, non præstitit. Formidabat enim Iudæos clamantes: Si istum absoluis, non es Cæsaris amicus. Quare non dubium est, eum condemnatum esse, de ipsis etiam Domini verbis hoc ipso non obscure apparente, quum ait: Qui me tibi tradidit, in maiore culpa est.

Cæterum Ioannes historiæ scriptor Euangelicæ tempus indicare volens, quo tempore Pilatus in loco quodam consederit, qui Lapidipauium diceretur, vt Iesu caussam cognosceret: ait factum hoc fuisse in præparatione Paschæ, hora fere sexta. Cur sextus hic dies septimanæ ab Euangelista Paschæ præparatio dicitur? Eius rei caussam tibi perspicue subiiciam. Quemadmo-
B dum Sabbatum dies septimanæ septimus est; & nihilominus Sabbatum vocatur, hoc est, requies, propter requietem, qua tunc a quibusuis operibus abstinebant, otium agentibus eo die mancipiis, iumentis, & cæteris omnibus: sic præparatio dies est septimanæ sextus, & præparatio propterea nuncupatur, quod in eo Iudæi præpararent omnia, quibus vsuri per Sabbatum erant: quo die nec ignem accendendi facultatem habebant, nec congerendorum lignorum, nec cibos adeo coquere licebat. Quæ omnia quod die sexto appararentur, nomen ille præparationis accepit. Igitur quum
C Ioannes Euangelista diem hunc præparationem Paschæ vocat, aperte ostendit, Iudæos eo tempore se ad Paschæ festum ex præscripto legis præparasse. Quippe post horam sextam, die mensis quarto decimo, fermentati panes omnes igne concremati e medio tollebantur, & infermentati de more præparabantur. Quæ quum ita sint, manifesto licet intelligere, id quod Christus discipulis porrecto pane ac vino dederit ipsa magnæ quintæ feriæ vespera, fermentatum fuisse. quippe necdum id tempus appetierat, quo non fermentatis panibus vtendum esset, vt hominum vulgus existimat. Eorum tu sermonibus valere iussis, seriei sacrorum oraculorum inhæreto.

> Christum in cœna fermentato vsum pane.

D Nam quod magnæ quidem præparationis vespera, non autem magnæ quintæ feriæ mactandus fuerit agnus: quum aliis multis ex argumentis colligi perspicue potest, tum vero in primis ex illis, quæ nunc indicaturi sumus. Diem illum, sub cuius vesperam Pascha mactabatur, & infermentatorum panum diem, & consimiliter etiam Paschæ vocabulo appellare solebant, nimirum ab eius vespera. Nam quia mactabatur agnus, & infermentati panes comedebantur ipsa diei decimi quarti vespera: iccirco etiam dies hic quartus decimus tum Paschæ, tum azymorum nomen habebat. Has autem appellationes & magnæ præparationis diei tribui

olere deprehendimus. Et animis, si lubet, iis aduertito, quæ dicturi sumus. Primus azymorum dies vocatur magna quinta feria, vt qui diem azymorum proxime antecederet. Quemadmodum enim Marcus magnæ præparationis diem vocauit Antesabbatum, vti quæ sabbatum præcederet: sic & magnam illam quintam feriam Matthæus primam azymorum dixit, vti quæ azymorum dies proxime antecederet. sic enim aurea lingua præditus orator colligit. Eodem modo Lucas etiam dicens aduentasse, hoc est, appetiisse diem azymorum: significare prorsus idem, quod Matthæus, voluit. Denique Ioannes quum ante Paschæ festum cœnam peractam scribit, diem præparationis hoc Paschæ vocabulo denotat. Licet hoc de verbis apud ipsum deinceps subiectis intelligere. Sic enim ait: Ipsi in prætorium non intrarunt, ne polluerentur, sed pascha vescerentur. Et rursum: Est vobis is mos, vt vnum vobis in Pascha condonem, videlicet nunc imminente. Præterea tempus indicans, quo tempore Pilatus in loco quodam consederit, qui Lapidipauium diceretur: Erat, inquit, Paschæ præparatio, hora fere sexta. Hinc vlterius progrediens: Erat enim, ait, magnus atque celebris ille dies Sabbati. At vero magnum & celebrem hunc diem non dixisset, si primus dies azymorum in Sabbatum illud non incidisset, qui sane dies sanctus etiam in lege vocatur. Hęc autem omnia clare ostendunt, in more fuisse, vt ad præparationis vesperam Pascha citra controuersiam mactaretur. Nam iccirco diem hunc Euangelista præparationem Paschæ nuncupauit, vti quo res ad eminentem Paschæ diem necessariæ præparentur. Itaque citra omnem aduersationem apparet mactari solitum fuisse agnum ipsa præparationis vespera. Nam ni res ita se haberet, Ioannes Euangelista prius non dixisset: Ipsi in prætorium non intrarunt, ne polluerentur, sed Pascha vescerentur. Vide quid magnus ille Cyrillus dicat, quum huiusmodi verbis hæc velut obsignando confirmat: Quum figuram honorifice colerent, hoc est agnum, ideoque ingredi nollent in prætorium: veritatem ipsam, videlicet Christum, contumeliis adficiebant. Nam ex lege Pascha mactari debebat, quæ tamen lex parum apud ipsos habebat roboris & auctoritatis. Quæ quum ita sint, perspicuum est eos vana dicere, qui ad vesperam magnæ quintæ feriæ mactari solitum fuisse typicum illum agnum tradūt. Dum enim panum infermentatorum vsum probare insigni contentione nituntur, maleuole veritatem deprauare conantur. Neque mihi hoc loco Ioannem Chrysostomum opposueris, qui in orationum illarum octogesima quarta, quibus orationibus Euangelium Matthæi explanauit,

Chrysostomus. *Cyrillus.* *Chrysostomus.*

A εὑρίσκομεν. Καὶ πρόσεχε εἰ βούλει τοῖς λεγομένοις. Πρώτη τῶν ἀζύμων λέγεται ἡ μεγάλη πέμπτη ὡς πρὸ τῶν ἀζύμων οὖσα· καθάπερ γὰρ ὁ Μάρκος τὴν παρασκευὴν προσάββατον ἔλεγεν ὡς οὖσαν πρὸ τοῦ σαββάτου. οὕτω καὶ τὴν μεγάλην πέμπτην πρώτην τῶν ἀζύμων λέγεται ὁ Ματθαῖος ὡς πρὸ τῶν ἀζύμων οὖσαν, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. τὴν μεγάλην ἐνέφηνε πάντως παρασκευήν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λουκᾶς, ἐλθεῖν λέγων, τουτέστιν ἠγγικέναι τὴν τῶν ἀζύμων ἡμέραν τὰ αὐτὰ τῷ Ματθαίῳ ᾐνίξατο. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰωάννης πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα γενέσθαι λέγων τὸ δεῖπνον αὐτὴν εἶπε τὴν B παρασκευήν, καὶ δηλοῦσι τὰ μετὰ ταῦτα. λέγει γὰρ, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα· καὶ αὖθις, ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχατι, τῷ ἐνισταμένῳ δηλαδή. ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν παριστῶν ἡνίκα ὁ Πιλάτος ἐκάθισεν εἰς τόπον τινὰ λιθόστρωτον λεγόμενον οὕτω φησίν. ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα. ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. καὶ παρακατιών, ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου· μεγάλην δὲ αὐτὴν οὐκ ἂν ἄλλως ἐκάλεσεν εἰ μή που συνέπιπτε τῷ σαββάτῳ C ἐκείνῳ, ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων ἡμέρα παρὰ τῷ νόμῳ καλουμένη. ταῦτα δὲ πάντα σαφῶς ὑπεμφαίνουσιν ὅτι κατὰ τὴν παρασκευὴν ἐκείνην ἑσπέρας ὁμολογουμένως τὸ πάσχα ἐθύετο. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ παρασκευὴν τοῦ πάσχα εἶπεν αὐτήν, ὡς παρασκευάζουσαν τὰ τοῦ ἐνισταμένου πάντως πάσχα· χωρὶς οὖν ἀντιλογίας ἐν τῇ ἑσπέρᾳ φαίνεται τῆς παρασκευῆς τὸ πάσχα γίνεσθαι. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν οὐκ ἂν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τοῦτο ἔλεγε, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα, καὶ πρόσεχε, εἰ βούλει τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ περὶ τῶν ἄλλων ἐπισφραγίζοντι τὰ τοιαῦτα καὶ λέγοντι ὅτι τὸν D τύπον τιμῶντες ἤτοι τὸ πρόβατον, κἀντεῦθεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ πραιτώριον παραιτούμενοι τὴν ἀλήθειαν αὐτὸν τὸν Χριστὸν ὕβριζον. ἔμελλον γὰρ θύειν τὸ πάσχα κατὰ τὸν νόμον τὸν μηδὲν παρ' αὐτοῖς ἰσχύοντα. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει ματαιάζουσι περιφανῶς οἱ λέγοντες, ὅτι κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς μεγάλης πέμπτης τὸ τυπικὸν ἐσθίεται πρόβατον. τὰ γὰρ ἄζυμα συστῆσαι φιλονεικοῦντες παραχαράττειν ἐπιχειροῦσι κακοθελῶς τὴν ἀλήθειαν. Καὶ μή μοι τὸν χρυσορρήμονα παρείσαγε Ἰωάννην ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον πδʹ. ὁμιλίᾳ λέγοντα,

ὅτι τὸν Χριστὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπροσδοκήτως κρατήσαντες καὶ τὴν τοῦ πάσχα παριδεῖν εἵλοντο ἑορτὴν τὴν ἡνίκα αὕτη συμπίπτουσαν. ἔχεις γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ ἡνίκα λέγεται, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον ἵνα μὴ μιανθῶσιν ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα τέλεον ἀναιροῦντα τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν. ἔνθεν τοι καὶ τὰ τοῦ θείου κατεξετάζειν ἀνδρὸς, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἐναντιοῦνται πρὸς ἄλληλα, μὴ πρὸς ἰσχύος ἔχοντες, σιωπῇ καὶ μάλιστα τιμᾶσθαι τὰ τοιαῦτα δέον κρίναμεν. εἴγε καὶ εὔλογον ὕστατα κατέχειν, ὅτι καὶ σύμφωνα ταῦτα ταῖς τῶν λοιπῶν πατέρων ἐπεξηγήσεσι φαίνονται. λέγει καὶ γὰρ, ὅτι ὁ Χριστὸς πρὸ μιᾶς ἔφαγε τὸ πάσχα, τηρῶν τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν τῇ παρασκευῇ, ὅτε καὶ τὸ νομικὸν πάσχα ἐθύετο. ὅτι δὲ τὸ παρὰ κυρίου τοῖς Ἀποστόλοις ἐν τῷ δείπνῳ δοθὲν ἔνζυμος ἄρτος ἦν, οὐ μὴν ἄζυμος, ὡς ἐκεῖνοι διισχυρίζονται, ὁ θειότατος οὗτος ἀνὴρ σαφέστατά σοι παρίστησι. περὶ γὰρ τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν. ἐκεῖ τὸ γράμμα, ὧδε τὸ πνεῦμα· ἐκεῖ ἡ κιβωτὸς, ὧδε ἡ παρθένος. ἐκεῖ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, ὧδε ὁ σταυρός· ἐκεῖ ὁ ἀμνὸς, ὧδε ὁ Χριστός. ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρτος. ταῦτα μὲν ἐνεχαράχθη σοι κατ' ἐπιτομὴν, ὡς ὁρᾷς· οὐδὲ γὰρ ἐχώρει τὰ τοῦ καιροῦ πλεῖον ἐνδιατρίψαι τοῖς περὶ τούτων λόγοις.

Ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδοται· καὶ ὅρα τὰ μετὰ ταῦτα. ἀπὸ γὰρ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης, ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τοῖς τολμωμένοις, οἷα εἰκὸς, τοῦ Θεοῦ. ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ἔκλειψις, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἀλλ' ὀργὴ καὶ ἀγανάκτησις, καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ καιροῦ δῆλον· τρεῖς γὰρ ὥρας παρέμεινεν ἡ ἔκλειψις, ἥ τις ἐν μιᾷ γίνεται καιροῦ ῥοπῇ. καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου τοιαῦτα. ὁ δὲ θειότατος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης οὐχ ἁπλῶς οὕτω, κατὰ δὲ ἀντίφραξιν τῆς σελήνης τὸ σκότος ἐκεῖνο λέγει γενέσθαι καινοπρεπῶς τὸ παγκόσμιον. ἐπιστέλλων γὰρ ἱεράρχῃ τῷ Πολυκάρπῳ διὰ τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνη. Τί λέγεις περὶ τῆς ἐν σωτηρίῳ σταυρῷ γεγονυίας ἐκλείψεως; ἀμφότεροι γὰρ τότε κατὰ τὴν Ἡλίου πόλιν ἅμα παρόντες καὶ συνεστῶτες, παραδόξως τῷ ἡλίῳ τὴν σελήνην ἐμπίπτουσαν ἑωρῶμεν. οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρός· αὖθις τε αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐννάτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας

Glycæ Annal.

A Iudæos ait Christo præter exspectationem potitos, etiam Paschæ festum negligere non dubitasse, quod in illum diem incidisset. Nimirum habes alia eiusdem verba in explicatione Euangelij a Ioanne scripti, quum dictum hoc declarat: Ipsi non intrabant, ne polluerentur, sed Pascha vescerentur. Heic enim opinionem istam prorsus euertit. Quapropter quum nos verba diuini huius viri a se inuicem non parum discrepantia, satis examinare nequeamus: tacite venerari potius ea decreuimus. Ac fortasse magis rationi consentaneum fuerit, vltimo loco ab ipso perscripta retineri, quod ea cum reliquorum patrum enarrationibus B consentire videantur. Ait enim, Christum Pascha comedendo diem vnum anticipasse, mactationem suam ad diem præparationis differentem, quo die Pascha legale mactari consueuerit. Fuisse autem illud, quod in cœna Domini Apostolis præbuit, panem fermentatum, non fermenti expertem, vt illi adserunt: idem hic diuinissimus vir clarissime significat. Nam de veteri nouoque fœdere verba faciens: Istic, ait littera erat, heic spiritus. Istic arca, heic virgo. Istic Aaronis virga, heic crux. Istic agnus, heic Christus. Istic infermentata, heic panis. Hæc quodam in compendio, ceu vides, perscripta tibi sunto. Tempus enim non patitur, vt diutius de rebus hisce com- C mentemur.

Chrysostomi verba.

Deinceps Dominus noster Iesus Christus ad crucifigendum traditur: tu quæ consequuta sint, vide. Nam ab hora diei sexta tenebræ terram vniuersam occuparunt ad horam vsque nonam, Deo (ceu credi par est) propter ea, quæ designabantur, indignante. Non enim solis defectum accidisse, quemadmodum Chrysostomus ait, sed rem totam ab ira & indignatione diuina profectam fuisse, licet ex ipso etiam tempore colligere. Durauit enim hæc caligo tres horas, quæ cæteroqui fieri solet in vno temporis momento. Hæc Chrysostomi est ratio. Diuinus autem vir ille, Dionysius Areopagita, non ita simpliciter, sed per obiectionem D corporis lunaris, solem velut obstruentis, vniuersales hasce tenebras exstitisse nouo quodam & inusitato modo tradit. Nam ad Polycarpum hierarcham de eo perscribens, quod Apollophanes Sophista Christianam religionem non amplecteretur, ad verbum hæc profert. Dicito autem ei, nimirum Apollophani: Quid de illa cẽses eclypsi, quæ salutiferæ passionis tempore accidit? Nos enim ambo id temporis Heliopoli vna eramus, & eodem in loco consistentes lunam inusitato modo in solem incidere cernebabamus. Quippe non illud coitionis eorum siderum tempus erat. Deinde rursus eam cõspiciebamus ab hora nona vsque ad vesperam ratione quadam vltranaturali eo reuer-

Ex Dionysij ad Polycarpum epistola.

ſam, vt oppoſitum ſibi ex diametro ſolem haberet. Quinetiam ipſe adeo tum temporis perculſus metu quodam obſtupuit, vt ad me conuerſus diceret: Hæc, Dionyſi, rerum diuinarum ſunt viciſſitudines. Hunc in modum hac de re Dionyſius.
Zach. 14. 6. De iiſdem tenebris ſalutiferæ paſſionis tempore obortis, etiam Zacharias vates admiranda quadam ratione loquitur. Illo, inquit, die lux nulla exiſtet, quo videlicet Christus in crucem agetur: ſed toto die frigus ac gelu durabit, quem quidem diem Dominus nouit. Deus enim omnia prius cognita habet. Non is dies erit, nec item nox. Nimirum appellari dies proprie non poterat, propter illas trium horarum tenebras: nec reapſe nox erat, propter eam lucem, quæ ſextam horam anteceſſit, & nonam eſt ſubſequuta. quod ipſum quoque vates innuens, ſubiicit: Sub veſperam lux erit. Neque tantum hæc, dilecte fili, ſic a vatibus expoſita ſunt, verumetiam in multis Græcorum monumentis & commentariis reperiuntur, qui eo tempore tradunt terræmotum ingentem accidiſſe, tantaſque tenebras, vt ipſa quoque ſidera conſpicerentur.

Pſalm. 21. 2. Protulit tum Chriſtus in cruce verbum iſtuc vatis: Mi Deus, mi Deus, cur me deſeruiſti? protulit autem vocibus hebraicis huiuſmodi: Eli eli, lamaſabachthani. Cur iſtuc? vt Iudæi ea intelligerent. Illi vero tanta furebant petulantia & procacitate, quemadmodum Chryſoſtomus ait, vt ipſum exiſtimarent Eliam vocare. Verum ea vox & templi velum diffidit, & aperuit ſepulcra: quæ tametſi cernerent homines illi ſtolidi, prorſus tamen intelligere nolebant. Immo etiam verbis huiuſmodi obganniebant: Deſcendat de cruce, vt ea re viſa fidem ipſi habeamus. Verum ipſe in cruce manens, vt Chryſoſtomus inquit, quod ab eo poſtulabatur, in ſuorum ſeruorum corporibus excitatis a morte, quadam velut ex abundantia declarabat. Quanquam enim magnum aliquid fuit, Lazarum toto iam quatriduo mortuum e ſepulcro exire: longe tamen maius id erat, quod multi iam olim vita functi ſubito viui conſpicerentur. Factum autem hoc omnino eſſe, licet ex hiſce Matthæi verbis cognoſcas: Multa corpora ſanctorum, qui obdormiuerant, ſuſcitata ſunt, & ipſi vrbem ſanctam ingreſſi, poſt reſurrectionem eius a multis ſunt conſpecti. Quibus verbis operæ pretium fuerit, te diligentius animum aduertere. Nam ſi de Ioannis Chryſoſtomi ſententia, Chriſto adhuc cruci ſuffixo corpora iſta ſunt reſuſcitata: qui fit, vt Euangelicæ auctor hiſtoriæ dicat, ea poſt Chriſti e mortuis reſurrectionem appariuſſe? Vereor equidem, ne pro vocabulo *Eius*, legendum ſit *Eorum*. Nam illa corpora poſtquam a mortuis reſuſcitata erant, vrbem ſanctam

Chryſoſtomus.

Matth. 27. 42.

Cur Chriſto moriẽte mortui reuixerint.

Matth. 27. 52.

Diuerſitas lectionis adnotanda.

A εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑποφυᾶς ἀντικαταστᾶσαν. τοσοῦτον δὲ καὶ αὐτὸς ἐξεπλάγη τότε, ὡς οὕτω πρός με εἰπεῖν· ταῦτα, ὦ Διονύσιε, θείων ἀμοιβαὶ πραγμάτων εἰσί. καὶ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. περὶ δὲ τοῦ σκοτασμοῦ ἐκείνου τοῦ κατὰ τὸ σωτήριον πάθος γεγονότος, θαυμασίως πῶς καὶ ὁ προφήτης Ζαχαρίας διείληπται· λέγει γάρ· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἔσται φῶς. ἡνίκα δηλαδὴ σταυρωθήσεται ὁ Χριστός· ἀλλὰ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν· καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ κυρίῳ. ἄνω γὰρ ἅπαντα προεγίνωσκεν ὁ Θεός· καὶ γὰρ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νύξ. οὔτε γὰρ ἡμέρα κυρίως ἦν διὰ τὸ τρίωρον ἐκεῖνο σκότος· οὔτε νὺξ ἀληθῶς, διὰ B τὸ μέχρις ἕκτης ὥρας, καὶ μετὰ τὴν ἐννάτην γενόμενον φῶς. ὃ δὴ καὶ δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγε· καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. ταῦτα δὲ ἀγαπητέ, οὐ μόνον προφῆται προεῖπον, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὕρηνται. καὶ σεισμὸν γὰρ μέγαν τηνικαῦτα λέγουσι γενέσθαι, καὶ σκότος τοσοῦτον, ὥστε ἀστέρας φανῆναι.

Περὶ τοῦ σκότους τοῦ γενομένου ἐπὶ σταυροῦ.

Τότε δὴ τότε καὶ προφητικὴν ἐπιφέρει ῥῆσιν ἐπὶ σταυροῦ τὴν οὕτω λέγουσαν· Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Ἑβραϊστὶ δὲ ταῦτα ἔλεγεν. Ηλὶ Ηλὶ, λαμμᾶ σαβαχθανί. τίνος ἕνεκεν; ἵνα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ταῦτα κατά-C δηλα γένηται. ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον ἀκόλαστοι καὶ ἀσελγεῖς ὄντες ἐκεῖνοι, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἐνόμισαν Ἠλίαν καλεῖν· καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. ἀλλ' ἡ φωνὴ ἐκείνη καὶ τὸ καταπέτασμα ἔσχισε, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνέῳξεν. ἀλλ' οἱ μάταιοι καὶ τοιαῦτα βλέποντες συνιέναι ὅλως οὐκ ἤθελον. μᾶλλον μὲν οὖν· καταβάτω ἐκ τοῦ σταυροῦ, ἔλεγον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. ἀλλ' ἐκεῖνος ἐν τῷ σταυρῷ μένων, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησὶν, ἐν τοῖς τῶν δούλων σώμασιν ἐκ περιουσίας ἐδείκνυε τοῦτο πολλῆς. εἰ γὰρ τὸ τεταρταῖον ἐξελθεῖν τὸν Λάζαρον μέγα. πολλῷ μᾶλλον τὸ πολλοὺς τῶν πάλαι κοιμηθέντων φα-D νῆναι ζῶντας ἀθρόον. καὶ παρέχες τῷ θεοπάτῳ Ματθαίῳ περὶ τούτων οὕτω λέγοντι. πολλὰ δὲ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ. ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν σε ἄξιον. εἰ γὰρ κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην ἐπὶ σταυροῦ ἔτι ὄντος τοῦ Χριστοῦ, τὰ τοιαῦτα ἠγέρθησαν σώματα· πῶς ἐμφανισθῆναι ταῦτα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔγερσιν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ; ἐγὼ δέδοικα μήποτε τὸ, αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, αὐτῶν, ὀφείλει ἀναγινώσκεσθαι· τὰ γὰρ σώματα ἐκεῖνα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν αὐτῶν καὶ εἰσήλθοσαν εἰς τὴν ἁγίαν

πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς· τότε δὴ τότε καὶ ἡ προφητικὴ ῥῆσις ἔλαβε πέρας ἡ λέγουσα τοῖς ἐν δεσμοῖς· ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· ἀνακαλύπτεσθε. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἕκτην ὥραν, ὥς φασιν αἱ γραφαί, σταυροῦται ὁ κύριος· κατὰ δὲ τὴν ἐννάτην τὸ πνεῦμα ταῖς πατρικαῖς χερσὶ παρατίθησιν.

Εἰ δὲ καὶ πρὸς ᾅδην ἀκούσῃς τὴν αὐτοῦ κατιέναι ἁγίαν ψυχήν, μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν, ἀδύνατον εἶναι λέγων καὶ πρὸς ᾅδην αὐτὴν κατελθεῖν, καὶ ταῖς τοῦ πατρὸς παρατεθῆναι χερσίν. ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ χείρ, ἡ τὰ πάντα δηλαδὴ συγκρατοῦσα δύναμις, καὶ ἄνω ἐστὶν ἐν οὐρανῷ, καὶ κάτω ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν τοῦ ᾅδου μυχῶν οὐ διαλείπει ποτέ. ὥστε εἰ καὶ πρὸς ᾅδην ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ ψυχὴ τηνικαῦτα κατήρχετο, ἀλλὰ τῆς τὰ πάντα συγκρατούσης δυνάμεως, καθάπερ εἴπομεν, οὐ κατελιμπάνετο. εἴγε καὶ μᾶλλον δύναμις τοῦ πατρὸς αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, ὡς ὁ Παῦλός φησι. παρατίθησι μὲν οὖν ταῖς πατρικαῖς χερσὶ τὴν ψυχήν, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πάσαις ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω πορείαν χαρίσασθαι. οὐδὲ γὰρ ἀπέθανε δωρεὰν ὑπὲρ αὐτῶν· κάτεισι δὲ πρὸς τὸν ᾅδην, ἵνα καὶ τοῖς ἐκεῖσε κατεχομένοις κηρύξῃ, καὶ διδάξῃ πάντας ἣν ἠγνοήκασι θεοσέβειαν. καὶ πείθου τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ περὶ τούτων οὕτω διεξιόντι· καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπειθήσασί ποτε. ἀλλὰ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, περὶ τούτων οὕτω φησίν· ἆρα πάντας ἔσωσεν ἐπιφανεὶς ἐν ᾅδῃ ὁ κύριος, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας. μὴ οὖν ἀμφίβαλλε. καθάπερ γὰρ τοῖς ἐν γῇ εὐαγγελίσατο εἰρήνην, καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι σωτηρίας γέγονε πρόξενος, τοῖς δὲ ἀπειθήσασιν ἀπιστίας ἔλεγχος, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησίν, οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ. μὴ θαύμαζε δὲ ἀγαπητέ, εἴγε καὶ ψυχαί τινες ἐν ᾅδῃ κατεχόμεναι τὸ κατὰ Χριστὸν οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι κήρυγμα· καθάπερ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἡνίκα τὰ τῆς φυλακῆς ἔσεισε θεμέλια, ὁ μὲν δεσμοφύλαξ εὐθέως ἐπίστευσεν· οἱ δὲ δεσμῶται τῇ ἀπιστίᾳ ἐναπέμειναν, καὶ ταῦτα τὰς σιδηρᾶς αὐτῶν χειροπέδας ἑωρακότες ἄφνω διαρραγείσας· οὕτω κἂν τοῖς ἐν ᾅδου γενήσεσθαι πίστευε.

Εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν βούλει μαθεῖν, δι' ἣν ἐκήρυξε καὶ ταῖς ἐν ᾅδου ψυχαῖς ὁ σωτήρ, αὕτη ἐστίν· ἐν τῷ εφ'. ἔτει γέγονεν ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησις.

A ingressa sunt, & multis apparuerunt. Tunc & illud vatis oraculum finem habuit, quod vinculis alligatos exire iubet, & in tenebris versantes lucem accipere. Fuit autem hora sexta, quemadmodum litteræ sacræ significant, Dominus crucifixus: nona vero, spiritum suum in manus paternas deposuit. *Is. 49. 9.*

Ad orcum descendisse quum sanctam ipsius audis animam, noli obstupescere, neque dicere, fieri haud quaquam potuisse, vt eadem anima migraret ad orcum, & paternis in manibus deponeretur. Quippe Dei manus, videlicet illa continens omnia vis & potestas, tum in cœlo est superne, tum in terris deorsum: neque adeo ipsis ab orci angu- B lis vnquam abest. Quo fit, vt si maxime sancta Christi anima id temporis ad orcum sit profecta: minime tamen a vi potestateque illa, ceu diximus, omnia continente abfuerit. Immo dicendum potius, potentiam patris ipsum esse Christum, quemadmodum Paulus loquitur. Deponit igitur animam suam paternas in manus, vt hoc modo cunctis iustorum animabus iter ad superna cœlestiaque largiretur. Non enim gratis & frustra pro nobis est mortuus. Ad orcum vero descendit, vt etiam iis, qui istic detinerentur, prædicaret, ac religiosam illam pietatem docendo commonstraret, quam prius ignorassent. Fidem hac in parte summo illi Petro habeto, qui de rebus hisce in hunc C modum disserit: Etiam spiritibus, qui erant in carcere, prædicatum iuit, qui antea fidem non habuerant. Quæ sane verba sequutus Gregorius ille Theologus, in hunc modum hac de re disputat: Num quæso conspectus in orco saluauit omnes Dominus, an eos tantum, qui crediderant? Noli scilicet hac de re ambigere. Quemadmodum enim hominibus in terra degentibus lætum pacis nuntium exposuit, & credentibus quidem salutis exstitit auctor, incredulis vero propriæ incredulitatis index, vt Ioannes Damascenus loquitur: ita cum iis etiam egit, qui erant in orco. Nec mirum, dilecte fili, tibi videatur, quasdam in orco detentas a- D nimas prædicationem Christi nequaquam admisisse. Sicut enim accidisse videmus, vt Deo Pauli caussa succutiente ipsa carceris fundamenta, custos quidem ipse carceris continuo fidem amplecteretur: at reliqui vinculis adstricti sua persisterent in incredulitate, quanquam pedicas suas ferreas subito diruptas laceratasque cernerent: ita putato cum iis etiam actum fuisse, qui orco detinebantur.

[Marginal notes:] De Christi ad inferos descensu. — Cur Christus animam suam in patris manus deposuerit. — *1. Petr. 3. 19.* — *Gregorius Nazianzenus.* — *Io. Damascenus.*

Quod si caussam quoque cupis cognoscere, qua de caussa Seruator etiam iis animabus prædicauerit, quæ erant in orco: scito illam hanc esse. Naturam nostram Seruator adsumpsit anno ab orbe condito IↃↃIↃ. 5500.

[Marginal note:] Cur ad inferos descenderit.

Quamobrem istuc? quod eo tempore ad lu- A
cem ea perduceretur, quæ mysterio Christi
Basilius. seruitura erat, vt magnus ille Basilius inquit.
Etenim vitiositatis morbus, ceu Nyssensis
Gregorius Nyssenus. ille Gregorius loquitur, qui ab initio naturam humanam inuaserat, vigorem iam suum amiserat. Quippe gentes nunc per vocationem credituræ erant, vti magnus etiam Paulus ille verbis hisce significat: Posteaquam plenitudo temporis aduenit, filium suum Deus ablegauit. *Gal. 4. 4.* Recte igitur anno iam indicato carnem Dominus adsumit, quod esset is ad hanc rem omnino appositus atque commodus. Quia vero nonnulli eorum, qui vitam in pietatis ignoratione suam clauserant, tam egregiis erant animis præditi, vt vocati omnino accessuri fuissent, & Euangelium de Christo amplexuri, si quidem eum superioribus sæculis cum carne in terris degentem conspexissent. propterea non recusat etiam ad orcum descendere, ac detentis istic animabus prædicare, vt hoc modo nemini vllus se purgandi locus relinqueretur, nec vel boni suam bonitatem perderent, vel mali respondere verbis huiusmodi possent: Si vidissemus, omnino adhibuissemus fidem. Hæc de his dicta sunto.

Vide Notas. Cæterum Iudæi ne in cruce corpora per sabbatum manerent, quando tum præparationis dies erat, omnino celebris atque magna: exorato precibus Pilato Iesum de ligno dimittunt, isque nouum in monumentum deponitur. Heic quoque, dilecte fili, sapientiam mihi diuinam intuere. *Cur Romanis Iudæos Deus subiecerit.* Quippe ne crucis beneficio spoliaremur, neue sacrosanctum illud Domini corpus Iudæi vel igne vel mari perderent, furore videlicet consueto vsi: Augustum Cæsarem excitat, vt mundum vniuersum censeret. quo facto, Hebræorum natio Romanorum in potestatem deuenit. Propterea captum ab se Dominum Pilato sistunt, qui prætoris apud ipsos munere fungebatur. Ita potestas eis adempta est, quominus ex animi sui libidine cum ipso agerent. Etenim si permissum hoc eis fuisset, vel lapidibus ad mortem vsque Christum obruissent, vel serra lignea dissecuissent: eoque pacto nobis custos illa nostra crux periisset. Quippe si Dei amicum Ieremiam in voraginem lutosam abiecerunt: quid non in ipsum Domini corpus designassent, ni lege Romana repressi fuissent? Hac igitur de caussa census institutus fuit, & egregie ordinata respublica, vt Domini quoque corpus expers sepulturæ non foret.

Memini etiam, dilecte fili, te mecum multa de triduana Domini sepultura contulisse: quum trium dierum heic spatium metiri non posses. Velim te autem hac in parte opiniones plerorumque missas facere, tanquam humanarum ratiocinationum inuenta. Po-

τίνος ἕνεκεν; ὅτι κατ' ἐκεῖνον καιρὸν προήχθη εἰς φῶς, ἡ τῷ κατὰ Χριστὸν μυστηρίῳ ὑπηρετοῦσα, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. ὅτι τῆς κακίας ἡ νόσος, ὡς ὁ Νυσσαέως ἔφη θεῖος Γρηγόριος, τηνικαῦτα παρήκμαζεν, ἡ ἀρχῆθεν ἐνσκήψασα τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος. ὅτι τὰ ἔθνη καλούμενα τότε πείθεσθαι ἔμελλον· καὶ τοῦτο δηλῶν ὅπερ ὁ πάμμεγας ἔλεγε Παῦλος· ὅτι ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καλῶς οὖν ἐν τῷ B διαληφθέντι ἔτει σαρκοῦται ὁ κύριος· ὅτι καὶ κατὰ πάντα τὸ τοιοῦτον εὔθετον ἦν. ἀλλ' ἐπειδή καί τινες τῶν ἐν ἀσεβείᾳ τὴν ζωὴν καταλυσάντων ἀγαθῆς τοσοῦτον ὑπῆρχον ψυχῆς, ὥστε καὶ προσελθεῖν καλουμένους αὐτούς, καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν ἑτοίμως Εὐαγγέλιον δέξασθαι, εἴπερ εἶδον αὐτὸν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις μετὰ σαρκὸς ἐπὶ γῆς διατρίβοντα. τούτου χάριν οὐ παραιτεῖται καὶ πρὸς ᾅδην αὐτὸν κατελθεῖν, καὶ ταῖς ἐκεῖσε κηρύξαι ψυχαῖς· ὡς ἐντεῦθεν ἀναπολογήτους εἶναι ἅπαντας, καὶ μήτε τοὺς ἀγαθοὺς ἀπολέσαι τὴν ἑαυτῶν ἀγαθότητα, μήτε τοὺς οὐκ ἀγαθοὺς ἀντιλέγειν δύνασθαι, ὡς εἴπερ εἴδομεν, ἐπιστεύσαμεν ἄν. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν. ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου· ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον· καὶ τὰ ἑξῆς. κατάγουσιν οὖν ἀπὸ τοῦ ξύ- *Περὶ τῆς ταφῆς τοῦ κυρίου.*
C λου τὸν Ἰησοῦν, καὶ μνήματι καινῷ κατατίθενται. ἀλλ' ὅρα κἀνταῦθα τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἀγαπητέ, ἵνα μὴ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ ζημιωθῶμεν, ἵνα μὴ τὸ πανάγιον τοῦ κυρίου σῶμα πυρὸς ἢ θαλάσσης ἔργον ποιήσωσι, τῇ συνήθει κἀν τούτῳ μανίᾳ χρησάμενοι, τὸν Αὔγουστον ἤγειρε Καίσαρα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπογράψασθαι. γέγονε ταῦτα, καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος τῇ τῶν Ῥωμαίων ὑποπίπτει ἀρχῇ. ταύτῃ τοι καὶ τῷ λαχόντι Πιλάτῳ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῶν παριστῶσι τὸν κύριον, μὴ συγχωρούμενοι τὸ βουλητὸν αὐτοῖς ἐπ' αὐτῷ διαπράξασθαι. καὶ γὰρ εἰ συν-
D εχωρήθησαν, λίθοις ἂν τὸν Χριστὸν ἐθανάτωσαν, ἢ ξυλίνῳ κατέπρισαν πρίονι· κἀντεῦθεν ἡμεῖς τὸν φύλακα ἡμῶν ἐζημιώμεθα σταυρόν. εἰ γὰρ τὸν φιλόθεον Ἱερεμίαν βορβόρεις * λάκκῳ ἐνέβαλον, τί οὐκ ἂν εἰς τὸ τοῦ κυρίου σῶμα ἐποίησαν, εἰ μήγε τὸν Ῥωμαϊκὸν εἶχον νόμον αὐτοὺς ἀναστέλλοντα; γίνεται λοιπὸν ἡ ἀπογραφὴ τὰ τῆς εὐταξίας * εἰσάγοντα. κἀντεῦθεν τὸ τοῦ κυρίου σῶμα τελείᾳ ταφῇ παραδίδοται.

** λάκκου* ** εἰσάγουσα*

Οἶδα δέ, ἀγαπητέ, ὅτι καὶ περὶ τῆς τριημέρου ταφῆς τοῦ κυρίου πολλὴν ἐποιήσω συζήτησιν, ἡμέρας ἐκμετρῆσαι δῆθεν ἐπὶ ταύτης τρεῖς μὴ δυνάμενος. ἀλλ' ἄφες, εἰ βούλει, τὰ τῶν πολλῶν, ὅτι καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων εἰσὶν ἐφευρέματα. πεί- *Περὶ τῶν γ΄ ἡμερῶν.*

θου δὲ μᾶλλον Ἰσιδώρῳ τῷ Πηλουσιώτῃ λέγοντι· A ὅτι καθάπερ ἐπὶ τῶν τελευτώντων ποιεῖν εἰώθαμεν, ὁποίᾳ δ' ἂν ὥρᾳ τελευτήσῃ τις, τὴν ἑξῆς μόνην παρατιθέμεθα· τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἕωθεν τριταίαν ἄγομεν ἡμέραν αὐτοῦ· καὶ οὕτω καὶ ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διανοεῖσθαί σε χρή. καὶ γὰρ κατὰ τὴν παρασκευὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα. τοῦτο, μία ἡμέρα. τὸ σάββατον ὅλον ἐν τῷ τάφῳ ἐποίησεν. ἰδοὺ δύο ἡμέραι. μετὰ δὲ τοῦτο, τῆς κυριακῆς ἐπιφωσκούσης ἐκ τάφου ἐγήγερται· ἰδοὺ καὶ τρίτην ἔχεις ἡμέραν. καὶ πείθου τοῖς περὶ Λουκᾶν καὶ Κλεόπαν οὕτω λέγουσι. πρὸς αὐτὸν τὸν Χριστόν· ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. B εἰ δὲ καὶ τάχιον ἐκ τάφου ἐγήγερται, οὐ κατὰ τοῦτο πάντως αἰτιαθήσεται, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσκυνηθήσεται παρὰ πάντων, ὅτι μὲν τὴν ἐμπρόθεσμον καρτερήσας ὑπόσχεσιν, τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ τάχιον ἐποιήσατο ἔγερσιν. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως ὁ διαληφθεὶς θεῖος ἀνήρ. ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησίν, ὅτι καὶ λίαν ἐποίησε καλῶς ὁ Χριστός, πρὸ τῆς τῶν τριῶν ἡμερῶν συμπληρώσεως ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. εἰ μὴ γὰρ τότε ἀνέστη, καθημένων αὐτόθι τῶν στρατιωτῶν καὶ φυλαττόντων, ἀλλ' ἀναχωρησάντων μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, εἶχον ἄν τι καὶ λέγειν οἱ κάκιστοι. προέφθασε λοιπὸν ἀναστάς. ἔδει γὰρ παρακαθημένων αὐτῶν γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν. οὐκοῦν C ἠναγκάζετο καὶ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἐντὸς ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι. ὡς εἴγε παρελθουσῶν αὐτῶν κἀκείνων ἀναχωρησάντων ἡ ἀνάστασις γέγονεν, ὕποπτον ἂν εἶναι τὸ πρᾶγμα ἔμελλε· διὸ καὶ σφραγίσαι τὸν τάφον ὡς ἐβούλοντο συνεχώρησεν ὁ Πιλάτος.

Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ ἐπιπλέον τὰ θεῖα περιεργάζου ῥητά, μηδὲ ζήτει τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν. ὅπου γε καὶ ταύτας, εἰ βούλει, τὸν θεόπατον ἔχεις Ἰσίδωρον ἐκμετροῦντά σοι. ἕκτῃ ὥρᾳ τῆς παρασκευῆς ἐσταυρώθη ὁ κύριος. ἀπὸ ταύτης ἕως ὥρας ἐννάτης σκότος ἐγένετο, τοῦτό μοι νύκτα νόησον. πάλιν ἀπὸ ἐννάτης ἕως ἑσπέρας αὐ- D τῆς, φῶς. τοῦτο νόησον αὖθις ἡμέραν. ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερον ἕν. πάλιν ἡ νὺξ τῆς παρασκευῆς, καὶ ἡ τοῦ σαββάτου ἡμέρα, νυχθήμερον. ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερα δύο. πάλιν ἡ τοῦ σαββάτου νύξ, καὶ ὁ τῆς κυριακῆς ὄρθρος, νυχθήμερον. ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερον τρίτον, ἐν ᾧ καὶ ἀνέστη ὁ κύριος. εἴγε καὶ ἄδηλος ἦν ἡ ὥρα τῆς ἀναστάσεως, καθὰ δὴ καὶ ἡ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ.

tius Isidoro Pelusiotæ fidem adhibeto, qui huiusmodi quædam tradit. Quod in iis facere consueuimus, qui vita decesserunt, vt quacumque tandem hora quis moriatur, modo dies alter intercedat, eum summo tertii diei mane triduo iam mortuum perhibeamus: idem quoque de Christo cogitare nos oportet. Nam is ipso præparationis die spiritum Deo tradidit: dies igitur hic vnus est. Sabbatum totum in sepulcro mansit: en diem alterum habes. Deinde quum iam dominicus dies diluxisset, e sepulcro resurgit: en diem tibi tertium. Hæc vera dabis, si Lucæ voles & Cleopæ credere, qui ad ipsum Christum aiunt: Accedit ad hæc omnia, quod tertius hic dies agitur, ex quo hæc facta sunt. Citius autem aliquanto Christum e sepulcro resurrexisse, culpam omnino nullam meretur: sed potius hoc nomine magis etiam ab omnibus est adorandus, quod præstita toleranter promissione, certi temporis spatio definita, celerius resurrectionem ex mortuis suam maturauerit. In hunc modum diuinus ille vir, quem diximus, hac de re disseruit. Ioannes autem Chrysostomus ait, Christum etiam valde in eo præclare fecisse, quod ante dies tres completos resurrexerit. Etenim si eo ipso tempore non resurrexisset, commorantibus adhuc istic militibus, sepulcrumque custodientibus, adeoque si milites illinc tertio die discessissent: homines improbissimi fortasse nonnihil habuissent, quo se purgarent. Quapropter resurgendo ipsos anteuertit, quod oporteret omnino illis adhuc sepulcrum obsidentibus resurrectionem fieri. Quod si accidere debebat, necessario intra diem tertium ipsi a mortuis resurgendum erat. Quippe si facta resurrectio fuisset triduo iam præterito, & illis a sepulcro digressis: omnino res suspecta fuisset. Hac ipsa de caussa Pilatum concedere voluit Deus, vt sigillo sepulcrum obsignaretur.

Isidorus Pelusiota.

Computatio dierum sepulturæ Christi.

Luc. 24. 21.

Chrysostomi ratio.

Quæ quum ita sint, caue in diuinarum litterarum verba curiosius inquiras, neue tres integros dies cum tribus noctibus in sepultura Christi ac Seruatoris nostri desideres: præsertim quum Isidorum plane diuinum hominem habeas, qui spatium hoc tibi metitur. Sexta præparatorii diei hora Dominus est crucifixus. Ab hac ad nonam vsque horam caligo exstitit. Eam tu mihi pro nocte ducito. Rursus ab hora nona vsque ad vesperam lux fuit. Hic iterum tibi dies esto. Quamobrem iam integrum diei noctisque spatium habes. Sequuta est diem præparationis nox, indeque dies sabbati: quæ duo rursum diei noctisque spatium integrum constituunt, vt iam dies duos totidemque noctes habeas. Post hæc sabbati nox, & Dominici diluculum, noctem diemque similiter efficiunt: quod iam diurnum nocturnumque spatium tertium erit, quo Dominus resurrexit: quanquam incerta fuerit hora resurrectionis eius, sicut & de alterius aduentus hora nemo certus esse poterit.

Isidorus idem.

Cur Domini sepultura triduum complexa sit.

Memini vero dilecte fili, te inter alia de hoc etiam quæsiuisse: Quamobrem scilicet Domini sepultura triduana fuerit, non maioris vel minoris interualli? Nimirum pro vniuersa hominum natura Christum mori oportebat, pro iis scilicet, qui iam ante in fata concesserant, pro viuis adhuc, & pro exstituris aliquando. Quippe tria quoque tempora sunt, præteritum, futurum, præsens. Eos qui iam decesserant, seruauit, ad orcum descendens: superstites autem id temporis, vt qui credidissent in ipsum: exstituros deniq; aliquando, tanquam in Apost. prædicationem credituros, & baptismũ consecuturos. Si ergo totam naturam nostram adsumpsit, perspicuum est, etiam totam naturam nostrã ipsum refinxisse. Quamobrem Domini sepultura non abs re triduana fuit.

Cur non mox in cœlũ Dominus adscenderit. *Athanasius.*

Hoc modo ex mortuis Dominus resurgit, sed non statim ad cœlos subuehitur. Nam de magni Athanasii sententia, propterea dies in terris XL commoratus est Dominus, quod discipulos confirmare vellet. Iccirco se conspiciendum eis interdum præbet, amice pacificeque cum eis loquitur, cicatrices in corpore diuino commonstrat: comedit atque bibit vna, cætera denique facit omnia, quæ ad confirmandos imbecillos aliquid adferre momenti possent. Primum omnium a duabus mulierculis conspectus est, quo tempore pedibus illæ comprehensis eum amplectebantur. Deinde soli Magdalenæ apparet: hinc Petro Apostolorum principi, vel ipso Paulo teste, qui ait: Resuscitatus ex mortuis Dominus, primo a Cepha conspectus est. Secundum hæc conspectus est a Luca & Cleopa: conspectus a discipulis decem: conspectus ab vndecim: ab iisdem conspectus in Galilæa: consimiliter ad Tiberiadem: conspectus a Iacobo Christi Dei fratre: conspectus a pluribus, quam quingentis hominibus: conspectus denique postremum ab eis in oliuarum monte, vbi etiam a terra sublatus est, post diem, ceu diximus, quadragesimum. (*1. Cor. 15. 5.*)

Quod si iam illud quoque cognoscere cupis, quamobrem post excitationem de mortuis, dies illos XL in terris egerit, non plures vel pauciores: en magnus Epiphanius hanc tibi dubitationem paucis dissoluet. Quo pacto, inquit, Christus statim a natiuitate sua reclinatus est in præsepi, fasciis inuolutus, post quadragesimum diem ad templum deportatus, ac secundum Mosaicæ legis præscriptum oblatus Deo: sic etiam tum, quum primogenitus mortuorum factus esset, dies in terris XL commoratur, atque ita deinde supernam Hierosolymam reuertitur, coram vultu Dei nostra caussa compariturus. [Persuadeat hoc ipse tibi Paulus, quum ait: Non in sacraria manufacta Christus ingressus est, quæ verorum sacrariorum simulacra sunt: sed in cœlum ipsum, vt modo nostra caussa coram Dei facie compareat.] (*Hebr. 9. 24.*)

A Οἶδα δὲ ἀγαπητὲ, καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ζητοῦντά σε· τίνος ἕνεκεν ἡ τοῦ κυρίου ταφὴ τριήμερος, καὶ οὐ πλείων ἢ ἐλάττων αὕτη ἐγένετο, ὑπὲρ πάσης ἔπρεπε τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ἀποθανεῖν τὸν Χριστὸν, ὑπέρ τε δηλαδὴ τῶν προαποθανόντων, τῶν τε περιόντων, καὶ τῶν μελλόντων γίνεσθαι. ἐπεὶ καὶ τρεῖς εἰσι χρόνοι, παρεληλυθὼς, ἐνεστὼς, μέλλων. καὶ τοὺς μὲν προαποθανόντας ἔσωσε κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ· τοὺς δὲ τότε περιόντας ἔσωσεν ὡς πιστεύσαντας εἰς αὐτόν. τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα γενησομένους, ὡς πιστεύσαντας εἰς τὸ τῶν Ἀποστόλων κήρυγμα, καὶ βαπτισθέντας. B Εἰ οὖν τὴν ὅλην ἡμῶν φύσιν ἔλαβε, δῆλον ὅτι καὶ τὴν ὅλην ἡμῶν φύσιν ἀνέπλασε. καλῶς οὖν ἡ τοῦ κυρίου ταφὴ τριήμερος γέγονεν.

Ἀνίσταται οὖν ὁ κύριος ἐκ νεκρῶν, ἀλλ' οὐκ αὐτίκα πρὸς οὐρανοὺς ἀνάγεται. κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, τοὺς μαθητὰς ἐπιστηρίξαι βουλόμενος, ἡμέρας ἐνταῦθα ποιεῖ μ'. ὀπτανόμενος αὐτοῖς ἔστιν ὅτε, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην διαλεγόμενος, ὠτειλὰς ἐν τῷ θεοειδεῖ δεικνύων ἐκείνῳ σώματι· συνεσθίων αὖθις ἅμα καὶ πίνων, οὐχ ὡς τροφῆς δεόμενος, ἀλλὰ πιστούμενος, καὶ τἄλλα πάντα ποιῶν, ὅσαπερ εἴωθε τοὺς ἀσθενεῖς ἀσφαλίζεσθαι. καὶ πρῶτα μὲν ὤφθη C δυσὶ γυναιξὶν, ἡνίκα καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατήσασαι κατησπάζοντο. ἔπειτα τῇ Μαγδαληνῇ μόνῃ ὀπτάνεται· μετὰ δὲ ταῦτα τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ, καθὰ καὶ Παῦλος φησίν· ὁ κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ὤφθη * πρῶτος Κηφᾷ· ὤφθη τοῖς περὶ Λουκᾶν καὶ Κλεόπαν· ὤφθη τοῖς δέκα, εἶτα τοῖς ἕνδεκα· ὤφθη κατὰ τὴν Γαλιλαίαν αὐτοῖς· ὁμοίως ἐν τῇ Τιβεριάδι· ὤφθη Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ· ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίων ἀνδρῶν. καὶ τελευταῖον ἐφάνη αὖθις ἐν τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν, ἐν ᾧ καὶ τὴν χαμόθεν ἐποιήσατο ἔπαρσιν μετὰ ἡμέρας, ὡς εἴρηται, μ'.

* πρῶτον

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο βούλει μαθεῖν, τίνος ἕνεκεν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἔγερσιν, ἡμέρας ἐπὶ D γῆς ἐποίησε μ'. καὶ οὐ πλεῖον ἢ ἔλαττον, ὁ μέγας ἰδοὺ Ἐπιφάνιος δι' ὀλίγων ἐπιλύσει σοι τὸ τοιοῦτον ἀπόρρητον. ὃν γὰρ τρόπον, φησὶ, μετὰ τὸ γεννηθῆναι ὁ Χριστὸς ἀνεκλίθη ἐν φάτνῃ, ἐσπαργανώθη, καὶ μεθ' ἡμέρας μ'. προσηνέχθη τῷ θείῳ ναῷ, καὶ κατὰ τὸν τοῦ Μωσέως νόμον παρέστη τῷ Θεῷ· οὕτω καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γεγονὼς, ἡμέρας ἐνταῦθα ποιεῖ μ'. εἶθ' οὕτως πρὸς ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐπανάγεται, τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ἐμφανισθησόμενος ὑπὲρ ἡμῶν.

Οὐκοῦν

αὐτὸν κἀντεῦθεν κιβωτὸν ἁγιάσματος χρηματίσασαν, οὕτως ἐγηγερμένην ἐκ τάφου προέγνωκεν ὁ Δαβὶδ, καθὰ δὴ καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν. εἰκότως ἄρα καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν ὁμοίαν προέγραψεν ἔγερσιν. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖνος εἰπὼν, ἀνάστηθι κύριε σὺ, τηνικαῦτα ἐπήγαγε· καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.

Μὴ οὖν ἀμφίβαλλε. ἐπεὶ γὰρ τὰ δύο τῶν πρωτοπλάστων σώματα τῇ λύμῃ τῆς φθορᾶς ὑπέπεσε διὰ τὴν παράβασιν, κἀντεῦθεν τὸ τοιοῦτον ὑφέρπον κακὸν διαδόσιμον ἐφ᾽ ἅπαν γέγονε τὸ ἀνθρώπινον· διὰ τοῦτο καὶ νῦν πρώτως δύο σώματα ἀποτιναξάμενα, ἀπαρχὴ τοῖς ἐλπιζομένοις ἀφθαρσίας γεγόνασι. καὶ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα. ὅρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι καὶ ὁ ἐν Πατριάρχαις ἁγιώτατος Γερμανὸς τὰς ἀφορμὰς ἐκεῖθεν λαβὼν ἐν τῷ εἰς τὴν κοίμησιν λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν· ὅτι ζῇ σου τὸ πνεῦμα διὰ παντὸς, καὶ ἡ σάρξ σου διαφθορὰν οὐχ ὑπέμεινε τάφου. πάντα ἐπισκέπτῃ, καὶ ἡ ἐπισκοπή σου περὶ πάντα. ὥστε κἂν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν κεκράτηνται μὴ βλέπειν σε, ἀλλὰ σὺ παναγία τοῖς ἀξίοις ἑαυτὴν ἐμφανίζεις. ἡ γὰρ σὰρξ οὐκ ἐμποδίζει τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματός σου. καὶ αὖθις, τὸ μὲν σῶμά σου τὸ παρθενικὸν ὅλον ἅγιον ἐστὶν, ἀλλαγὲν μὲν ὡς ἀνθρώπινον πρὸς ἄκραν ἀφθαρσίαν ζωῆς· σῶον δὲ ὁ τοῦτο ζωοτελὲς καὶ ἀκοίμητον, ὡς σκεῦος ὑπάρχον θεοδόχον. ἐρρέτω τάφος, ἐρρέτω χοῦς ἐπὶ σοὶ θεοτόκε. Πρὸς τούτοις δὲ ὁ ἁγιώτατος Ἀνδρέας ὁ κρήτης αὐτὴν ταύτην εἰσάγει λέγουσαν. ὅτι τῇ μὲν ψυχῇ μεγαλύνω τὸν κύριον, καὶ ἀγαλλιῶμαι τῷ πνεύματι. τῷ σώματι δὲ μεταλλάττομαι καὶ μορφοῦμαι τὴν ἐν χάριτι θέωσιν· καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

Περὶ Τιβερίου Καίσαρος.

Μετὰ δὲ Αὔγουστον Καίσαρα κρατεῖ Τιβέριος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κγ΄. οὗτος κτίσας πόλιν παρὰ τῇ λίμνῃ, Τιβεριάδα ταύτην ὠνόμασεν. ἐφ᾽ οὗ σεισμὸς γεγονὼς, ι΄. καὶ γ΄. πόλεις κατέχωσεν. ὁ Τιβέριος οὗτος τοὺς βαρεῖς καὶ δεινοὺς φορολόγους αἰκίζων δεινῶς, ἔλεγε· κειρέσθωσαν μὲν τὰ πρόβατα, πλὴν οὐ μέχρις αὐτῆς ἐπιδερμίδος· ἐφ᾽ ᾧ καὶ τοὺς εἰς ἀξίαν παρ᾽ αὐτοῦ προαγομένους θᾶττον οὐκ ἤμειβεν. ἐρωτηθεὶς, πῶς τοῦτο ποιεῖ, ἔφη, διὰ τὴν τῶν ἀρχομένων ἀνάπαυσιν.

Glycæ Annal.

ro suo gestasset, ac illam ipsam ob caussam arca sanctitatis esset atque nuncuparetur, eodem pacto resurrecturam e sepulcro, quo & natus ex ipsa Christus Dei filius, & Deus, resurrexit: iccirco non abs re consimilem vtriusque resuscitationem ex mortuis multo ante quasi pictura quadam expressit. Etenim ni res ita se haberet, non sane posteaquam dixerat, Surge Domine, subiecisset: Et arca sanctitatis tuæ.

Quapropter hac quidem in parte amplius hæsitare noli. Nam quia duo illa primum omnium creatorum hominum corpora interitui facta sunt obnoxia propter inobedientiam, indeque porro subsequutum aliud, nimirum vt malum eiusmodi latius serpens in vniuersam naturam humanam sese dideret: iccirco nunc quoque primum omnium duo corpora excusso depositoque interitu, facta sunt primitiæ quasi quædam eius immortalitatis, quam spe certa nobis pollicemur. Atque hæc, quæ dicimus, caue pro fabula duxeris. Nam ecce sanctissimus ille patriarcha Germanus hinc occasione sumpta, sic ad verbum in oratione sua de Obdormitione Virginis loquitur: Semper viuit spiritus tuus, & caro tua sepulcralem corruptionem non est experta. Omnia intueris, & inspectio tua versus cuncta dirigitur. Quo fit, vt quamuis oculi nostri præpediantur, quominus te cernant: tu tamen, virgo sanctissima, dignis temet conspiciendam præbeas. Nam caro vi & efficacitati spiritus tui nequit officere vel impedimento esse. Ac rursum: Corpus tuum virgineum omnino sanctum est, & humanum quidem, sed quod ad summam immortalitatis vitam peruenerit, adeoque integrum sit, & absolute viuum, & obdormitioni non obnoxium: quippe quod vas Dei capax fuerit. Valeat, te quod attinet, sepulcrum: valeat puluis, o Deipara. Quinetiam sanctissimus ille Cretensis præsul Andreas in hunc modum ipsammet loquentem introducit: Animo quidem magnifice Dominum celebro, & spiritu exsulto: corpore vero immutor, & ad diuinitatem ex gratia profectam transformor. Ac de his quidem hactenus.

Germani patriarchæ testimonium.

Andreas Cretensis.

Post Augustum vero Cæsarem, Tiberius ipsius filius annis XXIII imperio præfuit. Hic ad lacum vrbe condita, Tiberiadem appellauit. Eodem regnante terræmotus exstitit, qui vrbes XIII subuertit. Solebat Tiberius graues subditis & atroces publicorum vectigalium exactores acute verbis huiusmodi pungere: Tondendas quidem esse pecudes, at non deglubendas. Eadem de caussa si quos ad magistratuum dignitates prouexerat, non cito summotos cum aliis commutabat. Quumque interrogatus esset, quamobrem istuc faceret? Propter subditorum, inquit, commodum & recreationem.

Tiberius Cæsar.

Ingens terræmotus.

Nō facile mutandos præfectos.

Simul rem exemplo declarabat. Quidam, inquit, confectus vulneribus, humi iacebat, eiusque hulcera ingens muscarum multitudo sugebat. Præteriens vero alius, eas abigere nitebatur. Tum ille: Missas, ait, has facito. Nam satiatæ quum sint, magno me dolore non adficiunt. At si aliæ aduolent esurientes, me diriter pungendo excruciabunt. Cæterum nonnulli perhibent, post adsumptionem Christi Mariam illam Magdalenam Romam peruenisse, grauiterque accusasse omnes, quotquot in Christum deliquerant. Vsque adeo illam denique Tiberii animum accendisse, vt & sacerdotes, & scribas, & ipsum quoque Pilatum capitis damnaret. Sunt tamen alii, qui Pilatum sibimet ipsi manus attulisse commemorant.

Pilati mors.

Caius Caligula Cæsar.

Post Tiberium Caius imperio IV annos potitus est. Is quum multa crudeliter admodum designasset, a militibus in balneo necatus est. Nam moleste ferebant, quod eum vidissent propriam filiam ad simulacrum quoddam cum huiusmodi verbis adducere: Tu pater huius es, tu hanc procreasti. Solebat Caius totas noctes aleæ lusu transigere. Qua prodigalitate factum est, vt tandem egens magnum in mœrorem incideret. Nam prorsus exhaustum erat ærarium. Quapropter quum eius rei caussa præfectum ærario tristem Imperator aliquando cerneret, iussit vt omnes locupletes e medio tollerentur, eorumque facultates diriperentur. Idem quum Romæ quodam in angiportu lutum videret, mandauit vt in sinum Vespasiani, viri bellicosissimi, coniiceretur.

Caii prodigalitas & rapacitas.

Philo.

Iosephus amās veritatis historicus.

Hoc tempore sapiens ille Philo, & Iosephus claruerunt. Iosephus veritatis amans exstitit. Nam & Baptistam Domini laudat, & Christum consimiliter virum sapientem, magnorumque prodigiorum effectorem appellat, ac posteaquam crucifixus fuisset, die tertio viuum conspectum esse tradit. Cæterum, dilecte fili, mirari desine, fuisse barbaros quosdam, qui virtutis & honesti amore ducerentur. Nam quum hominem fingeret Deus, eidem honesti & praui discrimen indidit. Quo factum est, vt non Platonis modo sectatores vitam iniustam & sceleratam odio prosequuti sint, verumetiam homines barbari non pauci. Accepimus enim Hyperboreos quosdam vltra Riphæos montes habitare, qui iustitiam studiose colant, arborumque fructibus, & aqua victitent. Itidem Brachmanas in virtute colenda supra modum humanum exercere se tradunt, quum foliis tantum corpora tegant, & vitam in siluis agant. Anacharsis natione Scytha tanto castitatis & exercitiorum virtutis amore tenebatur, vt etiam cubans labra verendaque suis ipsemet manibus comprimeret. Nimirum non vigilans modo, verumetiam dor-

Virtus in ipsis etiam barbaris

Hyperborei.

Brachmanes.

Anacharsis.

A ἐπὶ τούτοις δ᾽ ἔφερε καὶ παράδειγμα. τραυματίας τις ἔκειτο, καὶ τὰ ἕλκη αὐτοῦ πλῆθος μυιῶν ἀνιμώμενον ἦν. παριὼν δέ τις ἐπεχείρει ταύτας ἀποσοβεῖν. ὁ δὲ εἶπεν· ἄφες αὐτάς. κορεσθεῖσαι γὰρ οὐ τοσοῦτον ὀδύνας μοι παρέχουσιν. ἐὰν ἔλθωσιν ἄλλαι λιμώττουσαι, σφόδρα με ἐπιπλήξουσι. Λέγεται δὲ ὅτι μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ, ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μέχρι καὶ Ῥώμης τρέχει, πολλὰ καταβοῶσα τῶν παρῳνομηκότων εἰς αὐτὸν τὸν Χριστόν. τοσοῦτον δὲ Τιβέριος τὸν θυμὸν ἀνῆψεν, ὥστε θανάτῳ καταδικάσαι τοὺς ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς σὺν αὐτῷ τῷ Πιλάτῳ· εἰ B καί τινες ἕτεροι αὐτόχειρα λέγουσι τὸν Πιλάτον ἑαυτοῦ γενέσθαι.

Περὶ τῆς Μαγδαληνῆς.

Μετὰ τοῦτον κρατεῖ Γάϊος ἔτη δ΄. οὗτος πάμπολλα δεινὰ ποιήσας, ἀναιρεῖται ὑπὸ στρατιωτῶν ἐν τῷ λουτρῷ. οὐ γὰρ ἔφερον αὐτὸν ὁρᾶν τὴν ἰδίαν θυγατέρα προσάγοντα τῷ εἰδώλῳ αὐτοῦ, καὶ λέγοντα· σὺ ταύτης πατήρ, καὶ σὺ ταύτην γεγέννηκας. οὗτος ὁ Γάϊος ὁλονύκτως κυβεύειν ἤθελεν. ὅθεν ἐπὶ τούτῳ δυσθυμήσας ὁ βασιλεύς· τοσοῦτον γὰρ * ἐξεκενοῦτο τὸ χρυσίον ἅπαν, ὥστε καὶ τὸν θησαυροφύλακα δυσθυμοῦντα ὁρῶν, τοὺς ὁπουδήποτε πλουσίους ἀναιρεθῆναι κελεύει, καὶ C τὰς αὐτῶν περιουσίας λαβεῖν. οὗτος ἐν στενωπῷ τῆς Ῥώμης πηλὸν θεασάμενος, κόλποις Οὐεσπασιανοῦ τοῦ στρατηγικωτάτου βληθῆναι προσέταξε.

Περὶ Γαΐου βασιλέως.

*γρ. ἐξεκένωτο.

Τότε δὴ τότε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ἰώσηπος ἤκμαζον. οὗτος δὴ φιλαλήθης ἐλέγετο, διά γε τὸ τὸν Βαπτιστὴν τοῦ κυρίου ἐπαινεῖν, καὶ διὰ τὸ τὸν Χριστὸν ὁμοίως ἄνδρα σοφὸν μαρτυρεῖν, καὶ μεγάλων σημείων ἐργάτην, σταυρωθέντα δὲ ζῶντα φανῆναι μετὰ τρίτην ἡμέραν. σὺ δὲ ἀγαπητέ, μὴ θαύμαζε, εἴγε καὶ βάρβαροί τινες προείλοντο τὰ καλά. τὸν γὰρ ἄνθρωπον D πλάττων ὁ Θεός, ἐντέθεικεν αὐτῷ τὴν τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διάγνωσιν. διόπερ οὐ μόνον οἱ περὶ τὸν Πλάτωνα τὸν ἄδικον βίον ἐμίσησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν βαρβάρων οὐκ ὀλίγοι. καὶ γὰρ τοὺς ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ὄρη φασίν, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, ἀκροδρύοις καὶ ὕδασι ζῶντας. ἀλλὰ καὶ τοὺς Βραχμᾶνας ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀσκεῖν, φύλλοις τὸ σῶμα σκεπομένους, καὶ ἐν ὕλαις διάγοντας. καὶ Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην τοσοῦτον ὁ τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς ἀσκήσεως ἔρως κατεῖχεν, ὡς καὶ κοιμώμενον τὰ χείλη αὐτοῦ, καὶ τὰ αἰδοῖα κρατεῖν δι᾽ οἰκείων χειρῶν. οὐ μόνον γὰρ γρηγορῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπνῶτ-

των ἐδείκνυε, πόσης ἀσφαλείας τὰ τοιαῦτα δέονται μόρια.

Περὶ Κλαυδίου βασιλέως.

Μετὰ δὲ Γάϊον κρατεῖ ὁ Κλαύδιος ἔτη ιγ'. οὗτος ὁ Κλαύδιος τοσοῦτον λέγεται εἶναι δειλὸς, ὥστε τινὰς περισταμένους ἐρευνᾷν, μήποτε ξίφος ἐν κόλποις φέροιεν. μετὰ δὲ τοῦτον Νέρων ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιδ'. οὗτος ὁ παμμίαρος ἐτῶν ὡσεὶ ι'. καὶ ζ'. ὢν, πρῶτος τοῦ διωγμοῦ ἤρξατο, καὶ τοὺς κορυφαίους ἀναιρεῖ, ὡς μὲν ἱστορικοί τινες ἕτεροι λέγουσιν, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ, ἐν ἄλλῳ δὲ καὶ ἄλλῳ ἔτει. ὡς δὲ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, καὶ ἔτει τῷ αὐτῷ καὶ ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ. ἀλλὰ Τερτουλλιανός τις ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃ λαμπρῶν, καὶ Γάϊος ἀνὴρ ἐκκλησιαστικὸς, καὶ Διονύσιος ἐπίσκοπος Κορίνθου, γράφουσι καθ' ἕνα καιρὸν καὶ ὁμοῦ μαρτυρῆσαι Πέτρον καὶ Παῦλον, τεισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Νέρωνος. καὶ Πέτρον μὲν ἀναιρεῖ δι' αἰτίαν τοιαύτην.

Περὶ Νέρωνος βασιλέως.

* Τερτυλλιανὸς

Περὶ Σίμωνος τοῦ μάγου.

Ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ὁ Σίμων ὁ μάγος ἦν. πρὸς ὃν ὁ κορυφαῖος ἐλθὼν εὗρε κύνα δεδεμένον ἁλύσει ἐν τῷ πυλῶνι αὐτοῦ, κατεσθίοντα τοὺς ἄνευ προτροπῆς ἐπιχειροῦντας εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν Σίμωνα. ᾧ δὴ καὶ ἐκέλευσεν εἰσελθεῖν, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ περὶ Πέτρου ἀναγγεῖλαι. καὶ τηνικαῦτα τοῦτο ἐποίησε. καὶ πάντες οἱ ὄντες ἐντὸς ἐξεπλάγησαν. αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Σίμων ἐποίησε, καὶ τὸν Πέτρον ἐκάλεσεν. ὁ μέντοι Σίμων καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις τῷ κορυφαίῳ διαλεγόμενος ἔλεγεν. εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδὰμ, διατί οὐ προέγνω τὴν τοῦ ὄφεως ἀπάτην. καὶ ὁ Πέτρος. εἰ πρόγνωσιν οὐκ εἶχε, πῶς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις ἅμα τῷ γεννηθῆναι ἐπέθηκεν ὀνόματα; τὸν μὲν γὰρ Κάϊν ὠνόμασεν, ὅ ἐστι ζῆλος. ζηλώσας γὰρ ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. τὸν δὲ Ἄβελ ἐκάλεσεν· ὅ ἐστι πένθος. ἐπ' αὐτῷ γὰρ φονευθέντι ἐπένθησαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. εἰ δὲ τὸ πλάσμα προεγίνωσκε, πολλῷ μᾶλλον ὁ πλάστης αὐτός. εἰ καὶ ὁ παράφρων ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὴν γραφὴν, ὅτι ἐπείραζεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραάμ, καὶ ὅτι καταβὰς ἐπὶ Σόδομα ὄψομαι· ἔλεγεν ἄγνοιαν ἔχειν τὸν Θεόν. πρὸς μέντοι ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ φαντασίαις, καὶ εἰς ἀέρα ἐπήρθη ὁ Σίμων ἐπαγγελλάμενος ἐκεῖθεν ἀγαθὰ καταβιβάσαι τῷ λαῷ. ἐγὼ δὲ ὁ Πέτρος ηὐχόμην καθ' ἑαυτὸν, καὶ εἶπον ἐνατενίσας αὐτῷ. εἰ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμὶ ἐγὼ, καὶ οὐ πλάνος, ὥς φησι Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσιν ἀφεῖναι τῆς κρατήσεως αὐτόν·

Περὶ οὗ ὁ κύων ὡμίλησε Πέτρου.

A miens ostendebat, quam accurata custodia duo istæc corporis membra indigeant.

Post Caium Claudius imperium XIII annis obtinuit. Perhibetur autem Claudius vsque adeo formidolosus fuisse, vt adstantes sibi perquireret ac scrutaretur, anne gladium in sinu gestarent. Successorem habuit Neronem, qui annis XIV rebus præfuit. Impurissimus hic princeps, quum annos plus minus XVII natus esset, primus persequi Christianos cœpit, & duos summos viros interfecit, vt nonnulli quidem historici volunt, vno ac eodem die, verum diuersis annis: vt Eusebius autem Pamphili F. memoriæ prodidit, & anno eodem, & eadem die. B Quinetiam Tertullianus, vir apud Romanos illustris, & Caius scriptor ecclesiasticus, & Dionysius Corinthi episcopus, simul & eodem tempore Petrum atque Paulum testimonio suo doctrinam Christianam obsignasse scribunt, anno videlicet imperii Neronis decimotertio. Petrum quidem Nero huiusmodi quandam ob caussam interfecit.

Claudius Cæsar.

Nero.

Neronis persequutio.

Eusebius.

Tertullianus.

De Petri & Pauli cæde.

Caius.

Dionysius Cor.

Cur Petrus interfectus.

Imperante Nerone vixit Simo magus, ad quem vbi summus ille vir accessisset, canem alligatum catenæ in eius limine reperit, deuorantem eos, quotquot iniussu ad Simonem ingredi conarentur. Is vero Petrum intrare iussit, & humana voce Petrum adesse nuntiauit. Quo facto, cuncti qui erant in ædibus, obstupuerunt. C Simo idem facere, quod canis antea factitarat, & ad se Petrum arcessere. Deinceps cum summo viro colloquens, inter alia quiddam huiusmodi obiecit. Si futuri notitiam Adamus habuit, quamobrem serpentis fraudem non præcognouit? Tum Petrus: Si futuri, ait, nullam notitiam habuit, quo tandem modo filiis suis ipso natiuitatis tempore nomina indidit, quæ ipsorum factis essent accommodata? Nam vnum appellauit Cainum, quæ vox æmulationem denotat. Etenim impulsus æmulatione quadam fratrem suum occidit. Alterum vocauit Abelum, quod nomen luctum significat. Nam eius interfecti caussa parentes in luctu fuerunt. D Quod si Adamus, qui Dei figmentum erat, futurorum habebat notitiam: multo magis ea debet opifici tribui. At insanus ille colligebat, in Deum quandam ignorationem propterea cadere, quod litteræ sacræ dicant, Deum tentasse Abrahamum: item quod meminerint Deum ita secum loquutum esse, Descendam, & Sodoma inspiciam. Deinde post alias præstigias, in aera Simo sublatus est, pollicitus inde se bona quædam populo demissurum. Ibi Petrus secum precari, & defixis in eum oculis dicere: Si Apostolus ego sum Iesu Christi, non hominum impostor, vt Simo prædicat, malis potestatibus impero, vt eum dimittant, nec amplius teneant.

Simonis magi canis.

Petri cum Simone disputatio.

Simon in aera subuolat.

Simon deiicitur.

Mox in terram ille delapsus, minutas in partes atteritur. Atque illum sane diem solenniter Romani celebrant. Nam sabbato hæc gerebantur, quo fideles magistri caussa cibis abstinebant, & precibus opem diuinam implorabant: id quod etiam vsu confirmatum, adhuc in hodiernum ibi diem seruatur.

Cur Paulus a Nerone occisus. *Vide Notas.*

Nero autem his cognitis, Petrum in crucem egit: Paulum vero, quemadmodum aurea lingua præditus orator meminit in oratione sua, quam ad vetantes solitariam vitam habuit, gladio propterea feriri iussit: quod Eperastum, amores deliciasque suas, ad religionem Christianam instituisset. qua ipsa de caussa persequutionem quoque concitauit. Nam quia lasciuus erat, concubinos suos ad Dominum se conuertere, grauiter omnino ferebat. Idem Ioannes Chrysostomus, vir plane diuinus, etiam huiusmodi verbis alicubi Paulum compellat: Quinam quæso locus lacteum illum sanguinem tuum excepit, conspectum in eius veste, qui te in palum suffixit? quod ipsum sane barbarum eius animum maiore vi dulcem efficiens quam mel ipsum, infidelem antea fidelem effecit. Vterque, ceu Chrysostomus idem testatur, obdormiuit in vrbe Roma, A. D. III Kal. Quinctiles, imper. Nerone.

Chrysostomus.

Cæterum memini, dilecte fili, te diuini Lucæ historiam de actis Apostolorum perlegentem, non abs re dubitasse, num vero sit consentaneum, Lucam cæteris a Paulo gestis rebus omnibus expositis, beatam eius ex hac vita migrationem præterire silentio voluisse? Licet ad eam quæstionem hoc modo respondere: Lucam librum actorum id temporis exarasse, quum Paulus prima vice Romam appulisset. Ea de caussa factum esse, vt cætera quidem acta Pauli recenseret, perhibitum vero fidei testimonium, vti quod necdum accidisset, omitteret. Paulus enim, quum biennium totum Romæ liber ageret, prædicationis munere fungebatur: ad quod vsque tempus ei Lucas aderat. Deinde Romam altera vice reuersus, quum religionis Christianæ rudimenta Eperasto, Neroni a poculis, atque etiam concubino, tradidisset, beato illo exitu vitam clausit. Lucam ipsum prius cum Paulo non fuisse, fatetur in secunda ad Timotheum epistola Paulus, quam a Nerone coniectus in vincula scripsit. In prima, inquit, defensione mea cuncti me deseruerunt. Nolim hoc eis culpæ detur. Dominus autem adstitit mihi, meque confirmauit. Ad finem vero, solus Lucas aderat.

Eperastus a Paulo conuersus, vt quidem censuit Leunclauius. Tu videsis Notas.

Pauli profectio in Hispaniam.

Cæterum post defensionem hanc primam Paulus in Hispaniam peruenit, vbi muliercula quædam illustri orta loco, quæ multo ante Paulum videre cuperet, deque veritate ab ipso viua voce erudiri, prospectasse in forum perhibetur, ibique conspecto Pau-

A καὶ παραχρῆμα εἰς γῆν κατηνέχθη καὶ συνετρίβη. διὸ δὴ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπίσημον ἄγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. σάββατον γὰρ ἦν, ἐν ᾧ καὶ προσευχὴ καὶ νηστεία τοῖς πιστοῖς, καὶ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου· τοῦτο δὲ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκεῖσε κρατεῖ.

Ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ Νέρων, τὸν Πέτρον ἐσταύρωσε· τὸν δὲ Παῦλον, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς ἐν τῷ πρὸς τοὺς κωλύοντας μονάζειν λόγῳ αὐτοῦ, διὰ ξίφους ἐτελείωσεν· ἅτε κατηχήσαντα Ἐπέραστον αὐτοῦ παλλακήν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν διωγμὸν ἤγειρε. λάγνος γὰρ ὤν, οὐκ ἠνέχετο τὰς αὐτοῦ παλλακὰς ἐπιστρέφειν πρὸς κύριον. ὁ μέν τοι θεῖος Ἰωάννης καὶ τάδε πρὸς B Παῦλον εὕρηται λέγων· ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὀφθὲν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σε ἀνασκολοπίσαντος; ὃ δὴ καὶ τὴν βάρβαρον αὐτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ μέλι γλυκάναν, πιστὸν ἐποίησε τηνικαῦτα τὸν ἄπιστον. κεκοίμηνται δέ, ὡς ἐκεῖνοί φασι, καὶ ἀμφότεροι ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ, μηνὶ Ἰουνίῳ κθʹ. ἐπὶ Νέρωνος βασιλέως.

Περὶ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων.

Οἶδα δὲ ἀγαπητέ, ὅτι καὶ τὴν τοῦ θεηγόρου Λουκᾶ περὶ τῶν πράξεων τῶν Ἀποστόλων ἐπελθὼν ἱστορίαν, εὐλόγως ἠπόρηκας, εἴγε τὰ λοιπὰ Παύλου διηγησάμενος ὁ Λουκᾶς, τὸ μακάριον αὐτοῦ τέλος σεσίγηκε. καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι μέχρι τῆς εἰς Ῥώμην πρώτης ἀφίξεως C τοῦ μεγάλου Παύλου καταλύει τὴν ἱστορίαν ὁ Λουκᾶς. καὶ ἐκ τούτου φαίνεται, ὅτι διαχωρισθεὶς ὁ Λουκᾶς Παύλου, τὸ τῶν πράξεων τηνικαῦτα συνεγράψατο βιβλίον. ὅθεν τὰ λοιπὰ μὲν Παύλου διηγήσατο, τὸ δὲ μαρτύριον, ὡς μήπω γεγονός, εἰκότως παρέδραμεν. ὁ γὰρ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν Ῥώμῃ ἄνετος ὢν ἐκήρυσσε· μέχρι γὰρ τοῦδε καὶ ὁ Λουκᾶς αὐτῷ συνῆν. εἶθ' οὕτως ἀπολογησάμενος, εἰς τὸ κήρυγμα πάλιν * ἐστείετο, καὶ τοῖς ἐκεῖσε κηρύσσων ἦν. ἐκ δευτέρου δὲ τῇ Ῥώμῃ ἐπιδημήσας, καὶ κατηχήσας τὸν οἰνοχόον Νέρωνος, καὶ παλλακὴν αὐτοῦ D τὸν Ἐπέραστον, τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο. ὅτι δὲ οὐκ ἦν ὁ Λουκᾶς μετὰ Παύλου τὸ πρότερον, αὐτός φησι πρὸς Τιμόθεον ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, ἣν ἔγραψε δέσμιος ὢν ὑπὸ Νέρωνος· ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ πάντες με ἐγκατέλιπον. μὴ αὐτοῖς λογισθείη. ὁ δὲ κύριός μου παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσέ με. κατὰ δέ γε τὸ τέλος, μόνος παρῆν ὁ Λουκᾶς.

* ἐστέλλετο

Μετὰ μέντοι τὴν πρώτην ἀπολογίαν, εἰς Ἱσπανίαν ὁ Παῦλος παραγίνεται. γυναῖον οὖν τι τῶν ἐπισήμων ἐκ πολλοῦ θέλον τὸν Παῦλον ἰδεῖν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐνηχηθῆναι, παρακύψαι λέγεται κατὰ τὴν ἀγοράν, καὶ ἰδεῖν αὐτὸν διερχόμενον,

καὶ πεῖσαι τὸν αὐτῆς ἄνδρα Πρόβον ἐντὸς τοῦ οἴκου δέξασθαι αὐτόν. εἰσελθόντος οὖν, θαῦμα παράδοξον γίνεται. τὸ γὰρ γύναιον ἀνακαλυφθέντων τῶν τοῦ νοὸς ὀφθαλμῶν, ἑώρα ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ Ἀποστόλου ἐπίχρυσα γράμματα, ΠΑΥΛΟΣ Ο ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΗΡΥΞ, διαγορεύοντα. καὶ προσπεσοῦσα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἡ τοιαύτη γυνὴ, κατηχήθη καὶ ἐβαπτίσθη. ὁμοίως καὶ Πρόβος ὁ ἀνὴρ, καὶ πάντες οἱ λοιποὶ καθεξῆς.

Περὶ Νέρωνος.

Τοῦ μέντοι Νέρωνος Ἀνίκητόν τινα στείλαντος ἐπὶ τῷ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἀγριππῖναν ἀποκτεῖναι, τί ποιεῖ αὕτη; τὴν ἑαυτῆς γαστέρα γυμνώσασα, παῖε Ἀνίκητε, ἔφη, παῖε ὅ, τι Νέρωνα ἐγέννησεν. ἦν δὲ ὁ Νέρων πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ κακοῖς, καὶ κιθαρῳδοῖς, καὶ μίμοις ἐπέχαιρεν, ἀκρατοποτῶν ἐσαεὶ, κἀντεῦθεν τοὺς ἀναιτίους ἀποστερῶν τῆς ζωῆς. τοσοῦτον δὲ Ῥωμαῖοι ἀπεστράφησαν αὐτὸν, ὡς ἐπιστῆναι καί ποτε τοῦτον ἀναιρήσοντες. τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ Νέρων ἑαυτὸν διεχρήσατο, μηδὲν ἄλλο εἰπὼν ἢ τοῦτο καὶ μόνον· οἷον, ὦ Ζεῦ, κιθαρῳδὸν ὁ βίος ζημιοῦται. λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Λουκᾶς ὁ Ἀπόστολος ἐπὶ καρποφόρου ἐλαίας ἐσταυρώθη. ἄδηλον δὲ τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον, διὰ τὸ μέσον πολλῶν σκηνωμάτων ῥιφῆναι· διὰ προσευχῆς δὲ ἔπεμψεν ὁ Θεὸς κολλούρια ἰατρικὰ σύμβολα τῆς τέχνης αὐτοῦ. καὶ οὕτω φανερωθὲν ἐνταῦθα ἐπολμεσώθη.

*αἰχμαλωσία Ἰουδαίων.

Οὐ πολὺ μετὰ ταῦτα παρεῤῥύη καιρὸς καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἔφθακει ἀπώλεια. οὐκ ἐν ἄλλῳ δὲ καιρῷ ἦλθεν, ἀλλ᾽ ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς· καὶ εἰκότως. ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς ἐν αἷς εἰς τὸν κύριον ἐξήμαρτον, ἐν αὐταῖς καὶ τὰ ἐπίχειρα εὑρεῖν. καίτοιγε πολλὰ τοῦ Θεοῦ ποιήσαντος, ἵνα διορθωθῶσι. καὶ γὰρ ἄνθρωπός τις Ἰησοῦς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας ἐλθὼν ἐν τῷ ἱερῷ, ἀνέκραξε φωνῇ, ἀπὸ τῶν τεσσάρων μερῶν, ἐπὶ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν λαὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν περιερχόμενος καὶ τυπτόμενος ἔλεγεν· οὐαὶ, οὐαὶ Ἱεροσόλυμα. δύο καὶ γὰρ ἔτη περικυκλωθέντες καὶ ἀπορήσαντες, τοὺς ζωστῆρας καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἐμασῶντο. γυνὴ δέ τις Μαρία τοὔνομα, πλουσία οὖσα σφόδρα, ἐκ τῆς χώρας πρὸς τὴν πόλιν εἰσῆλθε, καὶ τὰ προσόντα αὐτῇ σκυλευθεῖσα ὑπὸ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ἔχουσα ζῆσαι, ὑπομάζιον αὐτῆς παῖδα ὀπλήσασα, ἔφαγε. τοῦτο οὖν ἰδόντες, ηὔχοντο τάχιον ἀποθανεῖν. καὶ θύελλα τότε ἔπνευσε, καὶ τὰ μὲν βέλη τῶν πολεμίων ὄρθια ἔφερε, τὰ δὲ τῶν Ἰουδαίων πλάγια. ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν Ἱερεμίου προφητείαν πέρας λαβεῖν, τὴν οὕτω λέγουσαν· καὶ καταβαλῶ αὐτοὺς ἐν μα-

A lo, qui forum transiret, maritum suum Probum persuadendo impulisse, vt hominem domo sua exciperet. Ingresso in ædes Paulo, prodigium quoddam nouum & inusitatum accidisse. Mulierem enim oculis suis adapertis, in Apostoli fronte litteras aureas vidisse, quarum huiusmodi sententia foret: PAVLVS CHRISTI PRÆCO. Quapropter ad pedes ipsius prouoluta, doctrinam Christianam accepit, ipsaque cum Probo marito familiaque vniuersa baptissata est.

Cæterum Nero quum Anicetum quemdam ablegasset, qui matrem suam Agrippinam occideret, illa ventre suo denudato: Hunc Anicete ferito, ait, qui Neronem ediderit. (Nero parricida) B Inter alia vitia Neronis hoc etiam erat, quod citharœdis & mimis delectaretur, ac semper temulentus esset: quo fiebat, vt innocentes vita spoliaret. Hinc tantopere hominem auersati sunt Romani, vt motu concitato eum ad necem poscerent. qua re cognita Nero sibimet ipsi manus attulit, huiusmodi quædam fatus: Qualem o Iupiter hominum vita citharœdum amittit. (Nero seipsum interficit.) Cæterum hoc quoque memoriæ proditum est, Lucam auctorem Euangelicæ historiæ in olea frugifera suffixum fuisse. (Lucas in olea suspensus.) Quumque pretiosæ ipsius reliquiæ nusquam reperirentur, quod essent inter multa tuguria reiectæ: precibus impetratum est a Deo, C vt collyria quædam medica demitteret, artis sancti viri symbola: quibus conspectis, reliquiæ ibidem repertæ seruatæque sunt.

Secundum hæc non multo interiecto tempore, Iudæorum excidium appetiit, (Iudæorum excidium.) idque non alio tempore, quam festo, nec id abs re. Nam par erat, vt quibus illi diebus in Dominum deliquissent, iisdem & præmia consequerentur. quanquam sane multis modis efficere conatus est Deus, vt emendarentur. Etenim inter alia, vir quidam, cui nomen esset Iesus, ipso Tabernaculorum festo templum ingressus, alta voce (Prodigia quæ præcesserunt.) ab vtraque parte Hierosolymam & populum lamentatus est. Quinetiam vrbem vniuersam obibat, seque feriens aiebat: Væ væ Hierosolymæ. Duobus elapsis annis, cingula sua, clypeorumque coria mandebant. D Forte mulier quædam, quæ Mariæ nomen haberet, admodum opulenta, in vrbem ex agro migrauerat. (Mulieris atrox facinus.) Eam quum populus commeatu facultatibusque suis spoliasset, nec amplius ei quidquam superaret, vnde viueret: filium suum lactentem assat & comedit. Qua re conspecta, cuncti quamprimum emori cupiebant. Eodem tempore ventus ingens hostium quidem tela directo in Iudæos ferebat, Iudæorum vero abripiebat in transuersum. Hoc modo Ieremiæ vaticinio satisfecit euentus, id quod erat huiusmodi: (Ieremias de excidio.) Gladio sternam eos in conspectu

suorum hostium, & vrbem hanc ad internecionem ruinamque perpetuam redigam. Carnes etiam filiorum filiarumque suarum comedent. Adeoque conteram hanc vrbem instar vasis testacei, quod amplius redintegrari reficique nequit.

Cur Deus per Iosephum historiam scribi voluerit.

Hoc oraculo quidnam possit esse clarius & dilucidius? Nam hæc omnia sic prorsus euenerunt, id quod historia Iosephi testatur. Quippe ne Iudæorum quispiam historiæ fidem derogaret, non aliquem extraneum, sed eadem natione prognatum, & insignem æmulatorem veritas excitauit, qui Iudæorum calamitates inexplicabiles tragice describeret. Tale profecto exemplum iræ diuini numinis declaratæ nemo potest aliud ex omni temporum memoria repetere. Iosephus quidem, Hierosolymæ qui degebat durante bello, trecentas hominum myriades fame, gladio, igne, aliisque talibus casibus periisse scripsit. Plurimi etiam Romæ bestiis obiecti sunt. Gesta sunt omnia sub Tito, post Christi adsumptionem in cœlum quadraginta & paullo amplius annis.

Velim autem scias, dilecte fili, Iudæos ter seruitutem duram perpessos esse. Primam in Ægypto, alteram Babylone, tertiam sub Antiocho, cui cognomen Illustris erat. Verum & captiuitas, & seruitutes istæ prædictæ ipsis fuerant, promissusque reditus. At de captiuitatis huius vltimæ liberatione promissum nihil fuit. In Iosepho certe veritatis studium heic quoque considerandum est. Nam quod Romani euersuri essent Hierosolymam scripsit, Danieli vatis ea de re testimonium proferens: quod autem illius desolationis aliquando finis futurus esset, non scripsit: quando vatem nihil eiusmodi prædixisse reperiebat. Ac de his quidem in hunc modum dictum esto.

Hierosolyma nunquam instauranda.

Galba Imp. Otho. Vitellius. Astrologi. Vespasianus. Titus.

Post Neronem Galba rerum potitus est menses VII. Post Galbam Otho menses III. Post Othonem Vitellius menses VIII. Hic edictis propositis, Italia iussit excedere, quotquot ex astris futura se prædicturos garrirent. At illi vicissim hæc verba legenda publice proposuerunt: Excede vita Cæsar. Quinetiam diem ipsum, quo interficiendus esset, adscripserunt. Successit ei Vespasianus, qui quum annis IX regnasset, Imperium Tito filio reliquit. Is annos duos præfuit. Sub eodem Iudæorum natio in potestatem redacta est. Cœperat eos Vespasianus obsidere, verum profectus inde cum copiis Romam Titum filium, virum fortissimum, ad vrbis obsidionem reliquit. In eo tam admiranda virtus erat, vt propter Iudæorum calamitates diuinitus immissas etiam ploraret, præsertim id temporis, quum ignem templo iniectum cerneret. Præterea Deum obsecrans: Non ego, inquit, sed tu harum

Titi erga hostes commiseratio.

A μάχαιρα ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ τάξω τὴν πόλιν ταύτην εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς* συρρηγμὸν αἰώνιον. καὶ ἔδονται τὰς σάρκας τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῶν. καὶ συντρίψω τὴν πόλιν ταύτην ὡς ἄγγος ὀστράκινον, ὃ οὐ δυνήσεται ἰαθῆναι ἔτι.

* συρισμόν

Τί τούτου σαφέστερον; πάντα γὰρ πεπλήρωται κατὰ τὴν ἱστορίαν Ἰωσήπου. ἵνα γὰρ μηδεὶς Ἰουδαῖος ἀπιστήσειεν, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ δυσεξήγητα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη αὐτῶν. ταύτην γὰρ τὴν ἄλατον ὀργὴν οὐδεὶς οἶδέ ποτε. B ὁ μέντοι Ἰώσηπος ἐν Ἱερουσαλὴμ παρὼν τῷ πολέμῳ, συνέγραψε τριακοσίας ἀνδρῶν μυριάδας ἀπολέσθαι λιμῷ, μαχαίρᾳ, πυρὶ, καὶ τοῖς τοιούτοις· ναὶ μὴν καὶ τῇ κατὰ Ῥώμην θηριομαχίᾳ. γέγονε δὲ ταῦτα ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τοῦ Τίτου μετὰ μ'. ἢ καὶ πλείονα ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως.

Αἰχμαλωσία Ἱερουσαλήμ.

Γίνωσκε δὲ ἀγαπητὲ, ὅτι τρεῖς δουλείας ὑπέστησαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ λίαν δεινὰς, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, τὴν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ τὴν ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. ἀλλ' ἐπὶ τούτοις, καὶ αἱ αἰχμαλωσίαι προηγορεύοντο, καὶ ἡ ἐπάνοδος. ἐπὶ δὲ τῆς ἐσχάτης αἰχμαλωσίας τοῦτο οὐ γέγονε. C καὶ ὅρα τὸ τοῦ Ἰωσήπου φιλάληθες. ὅτι μὲν γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔγραφε, παράγων καὶ τὸν προφήτην Δανιὴλ μάρτυρα τοῦ λόγου αὐτοῦ. ὅτι δὲ στήσεται τῆς ἐρημώσεως, οὐκ ἔγραφεν. ἐπεὶ μηδὲ τὸν προφήτην εὗρε τοιοῦτόν τι προειπόντα. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Μετὰ δὲ Νέρωνα κρατεῖ Γάλβας μῆνας ζ'. μετὰ δὲ Γάλβαν, Ὄθων μῆνας γ'. μετὰ δὲ τοῦτον Βιτέλλιος μῆνας η'. οὗτος κηρύγματα τοῖς ἀστρολέσχαις προτέθεικε, φεύγειν ἐξ Ἰταλίας. οἱ δὲ ἀντιπροτεθείκασι· φεῦγε τοῦ D βίου Καῖσαρ· καὶ τὴν ἡμέραν αὐτὴν, καθ' ἣν ἀποκτανθείη, γράψαντες. μετὰ δὲ τοῦτον Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ'. καὶ μετὰ τοῦτον ὁ υἱὸς αὐτοῦ Τίτος ἔτη β'. ἐφ' οὗ καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἅλωσις γέγονε. ταύτης μὲν πρῶτος Οὐεσπασιανὸς κατήρξατο· ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀπάρας πρὸς Ῥώμην, ἀφῆκε τὸν γενναιότατον Τίτον τὴν πόλιν πολιορκεῖν. οὗτος δὲ ὁ Τίτος τοσοῦτον ἦν θαυμαστὸς, ὥστε καὶ θρηνῆσαι διὰ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἄλατον ὀργὴν, καὶ μᾶλλον ἡνίκα τὸν ναὸν ἑώρα πυρπολούμενον· ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεοῦ δεόμενος, ἔλεγεν· Οὐκ ἐγὼ, ἀλλὰ σὺ τούτου αἴ-

τιος. ἀλλὰ καὶ εἴ τις νικητὴν αὐτὸν ἀνηγόρευσεν, ὠργίζετο κατ' ἐκείνου. τοσοῦτον δὲ ἦν ὁ Τίτος ἐστὶ φιλότιμος, ὥστε καὶ λέγειν· οὐ δεῖ ἵνα βλέπειν * τὰ βασίλεια ἀποστρέφειν λυπούμενον. λέγεται δὲ καὶ τοῦτο τοῦτον εἰπεῖν· σήμερον οὐκ ἐβασιλεύσαμεν, ἐπειδή τινα οὐκ εὐεργετήσαμεν. [ᾐχμαλώτευσεν δὲ ἐστὶ ὁ Τίτος μυριάδας ρ'. καὶ ἀνεῖλε καὶ ο'. ὥς φησι Γεώργιος.] μετὰ δὲ ταῦτα ἀναιρεῖται ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Δομετιανοῦ, λαγωὸν αὐτῷ παραθέντος θαλάσσιον.

* τὴν βασιλεία

Μετὰ δὲ Τίτον κρατεῖ Δομετιανὸς ἔτη ιε'. ὑφ' οὗ ὁ Θεολόγος εἰς Πάθμον ἐξορίζεται. ἔνθα καὶ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν ἔγραψε. τότε δὴ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἁπανταχοῦ περιπατῶν, καὶ εἰς Βυζάντιον ἔρχεται. ὅθεν καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐποίκων, τοὺς ὄφεις καὶ τοὺς σκορπίους ἐκ τῆς πόλεως ἐφυγάδευσε, καὶ τῶν ἵππων τὴν ἀταξίαν ἐχαλίνωσε. καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ ὡσαύτως ἐποίησεν ἐπί τε τοῖς σκορπίοις καὶ κώνωψι. πολλὰ γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐβλάπτοντο. χαλκοῦν μὲν σκορπίον χώσας ἐν γῇ, ὑπὸ καλάμων δὲ στρωμένων διωχθῆναι παρασκευάσας τοὺς κώνωπας. ὁ μέντοι Δομετιανὸς Τίτου μὲν ἦν ἀδελφός, μηδὲν δὲ ἀδελφὸν πρὸς αὐτὸν ἔχων· ὡς εἶναι τὸ θρυλλούμενον ἐκεῖνο παναληθές· ἀμὶς καὶ ποτήριον ἐκ τῆς αὐτῆς ὑέλου. ἦν γὰρ ἐρασιχρήματος, αἵμασι χαίρων ἀνθρώπων, τούτῳ προεῖπέ τις ἀστρονόμος, καὶ τὸ τέλος, καὶ τὸν διάδοχον αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐπήνεγκε πρὸς αὐτόν· ἡ δὲ σὴ ζωὴ πόση ἐστὶ, καὶ πόσον τὸ τέλος αὐτῆς; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο φιλαλήθως, κατὰ τοὺς δρόμους τῶν ἀστέρων. ὁ δὲ Δομετιανὸς θέλων ἀπελέγξαι * φενακίζων τὸν ἀστρονόμον, κελεύει πῦρ ἀναφθῆναι, καὶ δεδεμένον αὐτὸν ἐμβληθῆναι τῇ πυρᾷ. γίνεται ταῦτα. ἀλλὰ τὸ ἐγχείρημα τοῦ τέλους οὐ δέχεται. ὑετὸς γὰρ ἄνωθεν καταρρήγνυται, καὶ σβέννυται ἡ πυρά. λύεται ὁ δεσμώτης· καὶ ὁ βασιλεὺς ὄναρ ἑώρα. ἵππῳ μελάντερῳ ἐπεκάθητο κατάφρακτος ὅπλοις. τούτων γοῦν ἀπορρυέντων, αὐτομάτως εἰς χάσμα γῆς ἐδόκει καταπίπτειν, καὶ σὺν ἵππῳ καὶ στολῇ ἄφαντος γέγονεν. ὅθεν καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ βιαίως ἐκρήξαντος, εἰς Νερούαν τὸ σκῆπτρον ἔρχεται. Κρατεῖ τοίνυν μετὰ Δομετιανὸν Νερούας ἔτος ἕν, μῆνας δ'. ἐφ' οὗ ἐπανεκλήθη τῆς ἐξορίας ὁ Θεολόγος, ὥς φησιν Ἱππόλυτος. εἶτα τελευτᾷ. καὶ ζητηθεὶς, τὸ λείψανον αὐτοῦ οὐχ εὑρέθη.

* φενακίζοντα

* μελαντέρῳ

Μετὰ δὲ Νερούαν κρατεῖ Τραϊανὸς ἔτη *θ'. μῆνας ζ'. ὃς τοσοῦτον ἦν φιλοδίκαιος, ὡς γυμνῶσαι σπάθην, καὶ ἐπιδοῦναι τῷ

* ιθ'.

A rerum auctor es. Quod si quis etiam victorem appellasset, id ipsum indigne cum iracundia quadam ferebat. Tam benignus erat & honestus, vt diceret: Neminem, qui adspexisset Imperatorem, abire tristem debere. Quinetiam sæpenumero verbis vsus huiusmodi perhibetur: Hodie non imperauimus, quia neminem beneficio adfecimus.* Tandem a fratre Domitiano sublatus est, qui leporem ei marinum apposuerat.

Titi beneficentia.

Titus esu marini leporis necatus.

Igitur post Titum Domitianus annis XV rerum potitus est. Is Ioannem Theologum cognomento, in Pathmum insulam relegauit: vbi & Euangelicam historiam suam, & Reuelationem conscripsit. Eo tempore B Tyanensis Apollonius, qui vbique terrarum obuagabatur, etiam Byzantium venit: vbi quum rogatus fuisset ab incolis, ex vrbe serpentes atque scorpios abegit, & equos indomitos frænis coercuit. Consimiliter Antiocheæ scorpios & pulices exegit, a quibus ciues mirum in modum excruciabantur. Effecit autem hoc, aheneo scorpione in terram defosso, & instituto, vt quassatis arundinibus pulices abigerentur. Cæterum Domitianus Titi quidem ille frater germanus erat, verum in eo nihil omnino fraternum conspiciebatur, vt verum adeo verbum illud vulgo iactatum foret: Matula & poculum ex eodem vitro. Nam & auarus erat, & humani sanguinis C effusione gaudebat. Prædixit ei quidam Astrologus tum vitæ finem, tum successorem. Quo Cæsar audito: Tua vero, inquit, vita quamdiu durabit, & quo fine claudetur? Respondet ille sic, vt veritatem omnino indicaret, pro ratione cursus siderum. Tum Domitianus, qui vellet hominem conuincere, tanquam impostorem: rogum accendi iubet, eumque colligatum vinculis in illum abiici. Fit quod imperauerat, sed conatui non respondit euentus. Nam pluuia subito impetu cœlitus delapsa, rogus extinguitur, & vinctus soluitur. Deinde per quietem Imperator huiusmodi somnium habuit. Insidere sibi equo nigro videbatur, toto corpore armatus. Illis D autem rebus sponte sua euanescentibus, in quendam hiatum terræ delabi se putabat, & vna cum equo ipsoque ornatu ex hominum conspectu tolli. Quapropter ipso rebus humanis per violentam mortem exempto, ad Neruam Imperium delatum est. Is a morte Domitiani regnauit annum vnum, menses IV. Reuocatus est sub eo Ioannes Theologus ab exsilio, quemadmodum Hippolytus memoriæ prodidit. deinde moritur, quæsitisque reliquiis eius, non sunt inuentæ.

Domitianus Imp.

Apollonii præstigiæ.

Lege culices, vt monemus in Notis.

Titi & fratris dissimilitudo.

Prouerbium.

Domitianus astrologum exuri iubet.

Exitus Domitiani.

Nerua Imp.

Post Neruam Traianus annis IX, mensibusque VII imperauit. Is iustitiæ tam obseruans erat, vt ensem nudatum præfecto

Traianus Imp.

prætorio traderet, cum huiusmodi verbis: A Siquidem recte imperauero, pro me: sin male, aduersum me hoc vtitor. Pontes apud veterem Romam ædificauit, & per eos salutem consequutus est, (quanquam in pietatis ignoratione vitam clausisset) admirabili sane modo. Nam celebris ille magnusque Gregorius, Romanus antistes, quum ad viam istam lapideam peruenisset, quam Traianus strauerat: vehementi oratione, quemadmodum Ioannes Damascenus narrat, ad amantem animarum Dominum vsus est, vt huic Imperatori delicta sua condonaret. Moxque vocem diuinitus ad ipsum perlatam audiuit, qua hæc ipsi significarentur: Preces tuas exaudiui, & Traiano veniam delictorum facio. Tu vero caue deinceps pro impiis mihi preces obtuleris. Traianus ipse præterquam quod cum peregrinis ignotisque colloqueretur, & amicos solaretur, etiam quæuis conuicia toleranter ferebat: quod Imperatorem diceret Deo similem esse debere, & quasuis contumelias æquo animo pati.

Vide Notas.

Gregorius Papa.

B

Traiani humanitas.

Successit ei gener Adrianus, & annos XXIV Imperio potitus est. Is bello aduersus Iudæos excitato, qui continuas seditiones mouebant, vt supra quoque indicatum a nobis est, eorum vno die myriades LVIII interfecit. Nam hoc regnante coniunctis viribus, ad statum reipublicæ priorem reuerti conabantur. Verum Adrianus eis in potestatem suam redactis, vrbem rursus euertit, & solo prorsus æquauit. Quo factum, vt id temporis voci Dominicæ responderet euentus: Ne lapis quidem supra lapidem relinquetur, qui non disiiciatur. Præterea in templi penetralibus imaginem suam statuit. Quumque cognomentum Ælii haberet, vrbem ex eo tempore iussit Æliam vocari. Magnopere Adrianus & doctrinæ cultores amplectebatur, secumque semper habebat, quos sapientes esse nosset homines. Quumque Iudæos funditus sustulisset, qui se de Romanorum eximere potestate conabantur, ipse tandem intercute morbo laborans rebus humanis exemptus est. Vrbs Hierosolyma nomen Æliæ ab ipso consequuta est, modo quodam huiusmodi.

Adrianus Imp.

Iudæorum clades.

C

Luc. 21. 6.

Ælia dicta Hierosolyma.

D

Cupidus erat Adrianus spectandi res varias. Quapropter Imperium, quod ipsi pareret, coram inspicere volebat. Igitur Hierosolymam quum peruenisset, vrbemque vidisset omnino in solitudinem redactam: magis etiam Iudæis succensebat. Adeoque productos in forum, sic vendi cuilibet emptori iussit: vt Iudæi quatuor vno hordei modio vænirent. Secundum hæc vrbem incipit instaurare, ac mœnia reficere, solo templo excepto. Simul Aquilam operum præfectum constituit, qui tunc adhuc religioni Græcæ addictus erat. Hic autem Aquila,

Iudæorũ venditio pro vili pretio.

Aquila fit Christianus.

ἐπάρχῳ, καὶ οὕτως εἰπεῖν. Εἰ μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ ἔσο κεχρημένος αὐτῇ. Εἰ δὲ κακῶς ἄρχω, κατ' ἐμοῦ. οὗτος καὶ τὰς ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ γεφύρας ἐποίησεν, ὧν ἕνεκα καὶ σωτηρίας ἔτυχεν, εἰ καὶ ἐν ἀσεβείᾳ τὸν βίον κατέλυσεν. ὃ δὴ καὶ παράδοξον. ὁ γὰρ διάλογος μέγας Γρηγόριος, ὁ τῆς τοιαύτης Ῥώμης χρηματίσας Ἐπίσκοπος ἀνὰ τὴν λιθίνην πορείαν γενόμενος, ἣν ὁ Τραϊανὸς οὗτος ᾠκοδόμησεν, εὐχὴν κραταιὰν, ὡς ὁ θειότατος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἀφηγούμενος εὕρηται, πρὸς τὸν φιλόψυχον κύριον ὑπὲρ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν τοῦ τοιούτου βασιλέως πεποίηκε. καὶ ὃς αὐτίκα φωνῆς θεόθεν ἐνεχθείσης αὐτῷ ἐπακήκοε τάδε φησάσης· τῆς εὐχῆς ὑπήκουσα, καὶ τῷ Τραϊανῷ *γνώμην δίδωμι. σὺ δὲ μηκέτι, πρόσθες ὑπὲρ ἀσεβῶν εὐχὰς προσενέγκαι μοι. ὁ μέντοι Τραϊανὸς * * * * * * τοῦ συγκάπτεσθαι ξένος, καὶ παραμυθ * * * * * ἀνεξικάκως, ἅπασαν ἔφερε λοιδο * * * σθαι τῷ Θεῷ, λέγων τὸν βασιλέα καὶ * * * * σθαι ὕβρεως.

*συγγνώμην

Μετὰ δὲ τοῦτον, ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Ἀδριανὸς ἔτη κδʹ. ὃς συγκροτήσας πόλεμον κατὰ Ἰουδαίων στασιασάντων, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἀνεῖλεν ἐξ αὐτῶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μυριάδας ἀνδρῶν νηʹ, συστάντες καὶ γὰρ τηνικαῦτα ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐσπούδαζον πολιτείαν ἐπανελθεῖν. ἀλλ' αὐτὸς χειρωσάμενος αὐτοὺς, κατέστρεψε τὴν πόλιν, καὶ παντελῶς ἐξηδάφισε. τότε δὴ τότε πέρας ἐλάμβανε, καὶ ἡ κυριακὴ φωνή. οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται. καὶ ἐν τοῖς ἀδύτοις δὲ τοῦ ναοῦ τὸ εἴδωλον αὐτοῦ ἔστησε, καὶ Αἴλιος χρηματίζων, Αἰλίαν καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι προεσκεύασεν ἔκτοτε. ὁ μέντοι Ἀδριανὸς καὶ τοὺς θεραπευτὰς τοῦ λόγου μεγάλως ἐδεξιοῦτο, συνεπομένους ἔχων αὐτῷ, καὶ οὓς ᾔδει ἄνδρας σοφούς. καὶ τοὺς μὲν Ἰουδαίους ἐκστῆναι σπεύδοντας τῆς Ῥωμαϊκῆς ἰσχύος ἄρδην ἀπώλεσεν. αὐτὸς δὲ τὸν βίον ὑδέρῳ κατέστρεψε. ἡ μέντοι πόλις Ἱεροσόλυμα Αἰλία κεχρημάτικε τρόπῳ τοιῷδε.

Ὁ Ἀδριανὸς οὗτος φιλίστωρ ἐγένετο. ἐφ' ᾧ καὶ τὴν ἐπ' αὐτὸν ἐπικράτειαν ἰδεῖν ἐπεθύμησε. φθάσας οὖν ἕως Ἱεροσολύμων, καὶ τὴν πόλιν ἰδὼν εἰς τοσοῦτον ἠρημωμένην, κακῶς τοὺς Ἰουδαίους διέθετο, καταγαγὼν γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ πανηγύρει, ἐκέλευσεν ἀπεμπολεῖσθαι τῷ θέλοντι τέσσαρας Ἰουδαίους ἑνὶ μοδίῳ τῆς κριθῆς. αὐτὸς δὲ ἤρξατο κτίζειν τὴν πόλιν καὶ τὰ τείχη, οὐχὶ δὲ καὶ τὸν ναὸν αὐτόν. καθίστησι δὲ τῷ ἔργῳ ἐπιστάτην τὸν Ἀκύλαν ἐκεῖνον Ἕλληνα ἔτι ὄντα. ὃν δὲ ὁ Ἀκύλας

θεωρῶν

θεωρῶν τοὺς Χριστιανοὺς περιτρέχοντας καθ' ἑκάστην τῇ πίστει, καὶ τὸν Θεὸν δὲ σημεῖα πολλὰ ποιοῦντα καὶ τέρατα· κατενύγη τηνικαῦτα, καὶ χριστιανοῖς ἐναρίθμιος γέγονεν. ἦν δὲ ὁ Ἀκύλας ἦν Ἀστρονόμος ἀκρότατος. ὅθεν καὶ Χριστιανὸς γεγονὼς, τῶν προτέρων ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ ἀπαρτεῖσθαι οὐκ ἠθέλησεν. οἱ οὖν ἱερεῖς τῶν Χριστιανῶν ὡς ἑώρων αὐτὸν μετὰ πολλὰς παραινέσεις τοῦ ἀστρονομεῖσθαι μὴ παραιτούμενον παύσασθαι, τῆς ἐκκλησίας πόῤῥω που βάλλουσι, τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτὸν διορθωθῆναι νομίζοντες. ἀλλὰ θυμοῦ μᾶλλον ἐκεῖνος ἐντεῦθεν πλησθεὶς, τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἱερεῦσι προσέρχεται, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἀναθεματίσας, περιτομὴν καταδέχεται. ταύτῃ τοι καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκπαιδευθεὶς, δευτέραν ἔκδοσιν τῶν γραφῶν ἐποιήσατο, τὰς περὶ Χριστοῦ μαρτυρίας ἐπικαλύψαι τέλεον μηχανώμενος· ἔχεις ἰδοὺ καὶ τὴν αἰτίαν ἀγαπητὲ, δι' ἣν ὁ Ἀκύλας ἐκεῖνος ἐνόθευσε τὰς γραφάς.

Ἀντωνῖνος. Μετὰ δὲ Ἀδριανὸν Ἀντωνῖνος ὁ διὰ χρηστὸν τρόπον λεγόμενος Εὐσεβὴς, ἔτη κβ'. ἐφ' οὗ καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ Ἐπίσκοπος Κορίνθου, τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος ἐδέξαντο. μετὰ δὲ τοῦτον Μάρκος ὁ Ἀντωνῖνος μετὰ Σεβήρου γαμβροῦ ἔτη ιθ'. ἐφ' οὗ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ φερόμενον ὤφθη. ἦν ὁ Μάρκος σοφίᾳ, καὶ λόγοις ἐντεθραμμένος, τοὺς μετόχους σοφίας καὶ γνώσεως διὰ τιμῆς εἶχεν ὅτι πολλῆς.

. . . .

Κόμμοδος. Μετὰ τοῦτον Κόμμοδος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιβ'. οὗτος γυναιξὶ μὲν καὶ μίμοις συνέχαιρε, τοὺς δυνατοὺς καὶ προὔχοντας διὰ ξίφους ἐθανάτου. ἐφ' ᾧ καὶ διὰ φαρμάκου τῆς ζωῆς ἐξίστατο. ἦν ὁ Κόμμοδος θηλυμανὴς ἐγένετο, τρόπῳ τοιούτῳ. κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νόσημα τῇ πόλει λοιμῶδες ἐπέσκηψε. πτοηθεὶς οὖν μή ποτε καὶ αὐτὸς τῷ τοιούτῳ φθοροποιῷ διαφθαρείη νοσήματι, μύροις πολυτιμήτοις κατεχρήσατο. καὶ τὴν

Glycæ Annal.

A quum cottidie Christianorum augeri numerum cerneret, Deumque ostenta & prodigia per eos edere: stimulo quodam animi percitus, se Christianis aggregauit. Erat autem Astrologiæ peritissimus. Quo factum, vt posteaquam Christianorũ religione fuisset imbutus, priora studia deserere nollet. Itaque Christiani sacerdotes, qui eum post multas admonitiones ab Astrologicæ disciplinæ studio desistere nolle cernerent, hominem a cœtu sacro prohibent, quod hisce pœnis scilicet ipsum emendaturos se putarent. Tum ille quadam iracundia magis etiam accensus, ad Iudæorum sacerdotes se confert, ac per exsecrationem Christianismo eiurato, circumcisionem recipit. Atque B hac ipsa de caussa linguam Hebraicam edoctus, nouam quandam sacrarum litterarum interpretationem instituit, testimonia de Christo prorsus obscurare ac tegere summo studio conatus. Hinc intelligere, dilecte fili, potes, quamobrem iste Aquila diuinas litteras adulterando quasi corruperit.

Astrologiam Aquila non deserit.

Aquila circũciditur.

Scripta sacra vitiat.

Post Adrianum Antoninus, cognomento Pius, ob morum benignitatem, annos XXII imperauit: sub quo Iustinus Philosophus, & Dionysius Corinthi antistes, vt doctrinæ Christianæ testimonio essent, vitam amiserunt. Succeßit huic Marcus Antoninus, qui collega Seuero genero suo XIX annos imperauit. C Eius Imperio ignis conspectus est, qui e cœlo delaberetur. Erat Imperator Marcus sapientiæ doctrinarumque studiis innutritus, ideoque homines sapientia litterarumque cognitione præditos magno habebat in pretio. [Quum hostibus aliquando ingruentibus, ad conscribendum militem pecunias nullas haberet: supellectilem, vt aiunt, ornamentaque imperatoria in foro proposuit, perque præconem proclamari iussit, vt quicumque vellet, citra metum vllum gemmas, vniones, aliaque talia coemeret. Hoc facto, large pretium harum rerum in milites erogat: in hostem pergit: eum in fugam coniicit: spoliis potitur: victor re- D uertitur. Inde pecunias e præda partas in foro publice deponit. quamobrem istuc? vt rursum, qui sane vellet, accepto pretio, coempta restitueret.]

Antoninus Pius.

Iustinus & Dionysius martyres.

Antoninus Philosophus. Eius doctrina.

Mundum imperatorium vendit.

Post Marcum filius eius Commodus XII annis Imperio præfuit. Is mulieribus & mimis in cottidiana consuetudine delectabatur. Homines potentes & illustres gladio percussos e medio tollebat. quæ caussa fuit, vt tandem veneno extingueretur. In mulieres libidines occasione quadam huiusmodi exarsit. Morbus quidam id temporis omnino pestilens in vrbe grassabatur. Itaque veritus Imperator, ne & ipse correptus hoc exitiali morbo periret, vnguentis magni pretii supra modum vti cœpit. Hoc modo

Commodus Imp.

Qui Commodus effeminatior factus.

consequutus ille quidem est, vt morbi vim A noxiam effugeret: verum ex eo tempore procliuior ad res Venereas erat.

Pertinax. Seuerus. Post hunc Pertinax menses II imperauit. Eum sequutus in Imperio Seuerus, idipsum annis XVII tenuit. Clemens Alex. Symmachus. Vixere sub hoc Clemens, qui a librorum varietate Stromateus appellatur, & Symmachus, & Origenes. Seuerus Byzantii balneum exstruxit, quod Zeuxippum nuncupant, & circum equestrem ædificare cœpit. Origenis vita. Is autem, cuius modo mentionem faciebamus, Origenes id temporis propter doctrinæ sacræ cognitionem clarus, complures tum fideles, tum infideles ad veritatem manu quasi ducebat. Ambrosius Origenis discipulus. Inter eos fuit Ambrosius quidam, vir illustris, & littera- B rum doctrinæque studiosus, qui eius auctoritate motus, sectam Valentini reliquit. Idem Origenes ob externas etiam disciplinas magnus habebatur, vt qui Geometriam artesque cæteras discipulis suis traderet. Nam præclara fuerat a primis annis indole præditus, ipseque pater eum nonnunquam obiurgauit, vt qui supra modum ætatis res diuinas & magnas indagaret. Patris amor in Origenem. Sæpe tamen ipso dormiente pectus eius exosculabatur pater, tanquam sancti Spiritus plenum: seque propter egregiam hanc sobolem beatum prædicabat. Erat enim Leontius pater vir omnino diuinus, vt qui testis etiam veritatis factus sit. Origenis temperantia. Adeo vero temperanter victitabat Origenes, vt in sumptum cottidia- C num quatuor obolis contentus esset. A vino & oleo prorsus abstinebat. Corpus omnino propter labores exaruerat. In storea cubabat, vni modo rei intentus, vt diuinas scilicet res meditaretur. Quo ipso effecit, vt multi Græci corona testimonii cingerentur. Quot annis scripturam enarrationibus illustrarit. Præbebat Ambrosius ei cuncta, quæ ad vsus necessarios requirerentur, ideoque perpulit hominem vt litteras sacras annorum XVIII spatio interpretaretur. Litteris etiam consignatum scimus, Origenem sex librorum millia conscripsisse. Mortuus est anno ætatis LXIX. Origenis vitia & errores. Vnam tamen ob caussam ipsius gloria vsque ad finem non perdurauit. Nam Ariani & Anomæi suarum hæresium occa- D siones ab ipso hauserunt. Præterea corporum resurrectioni fidem negat: suppliciorum finem opinione sua statuit: genios malos in integrum restitutum iri censet. Interim tanto studio corporeis exercitiis deditus erat, vt etiam pectus ipsius corrumperetur. Qui libidines extinxerit. Perhibent item genitalibus eum quoddam imposuisse medicamentum, quo illa exarescerent. Herbam quoque reperit, cuius vis in iuuanda memoria permagna foret. Verum deinceps inuidia quadam ad magistratus, qui cum imperio erant ac potestate, delatus, Satanæ auxilio a fide desciuit. Origenis delictum ob verecundiam. Nam quum illi castitatem in ipso insignem plane cognitam haberent, homini Æthiopem admouent: simul indicant, vt vel ipso-

A μὲν ἀπὸ τοῦ νοσήματος βλάβην ἐξέφυγεν, ἀλλὰ κατωφερὴς ἐντεῦθεν εἰς ἀφροδίσια γέγονε.

Μετὰ τοῦτον Περτίναξ μῆνας β'. μετὰ τοῦτον Σεβῆρος ἔτη ιζ'. Περτίναξ. ἐφ' οὗ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Σύμμαχος, καὶ Ὠριγένης. οὗτος τὸ Ζεύξιππον λουτρὸν ἔκτισεν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τὸ πρῶτον κτίσμα τοῦ ἱπποδρομίου παρέδωκεν. Ὁ μέντοι Ὠριγένης ἀκμάζων τότε τοῖς θείοις λόγοις, πολλοὺς ἐχειραγώγει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, πιστούς τε καὶ ἀπίστους. ἀφ' ὧν καὶ * Ἀβρόσιός τις * Ἀμβρόσιος ἀνὴρ ἐπίσημος, καὶ φιλόλογος ἐκ τῆς Οὐα- B λεντίνου αἱρέσεως ἐξέστη· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν μέγας ἐγνωρίζετο, γεωμετρείας καὶ τὰ λοιπὰ παραδιδοὺς αὐτοῖς. εὐφυὴς γὰρ ἦν ἐκ βρέφους, καὶ ἐπέπληττεν αὐτὸν ὁ πατὴρ, ὡς παρ' ἡλικίαν τὰ θεῖα καὶ μεγάλα ζητοῦντα. πολλάκις δὲ καὶ καθεύδοντος αὐτοῦ τὰ στέρνα τοῦ Ὠριγένους ὁ πατὴρ κατεφίλει, ὡς θείου Πνεύματος μεστὰ, καὶ τῆς εὐτεκνίας ἑαυτὸν ἐμακάριζε. θεῖος γὰρ ὁ ἀνὴρ, ἐπεὶ καὶ μάρτυς γέγονεν. Ὁ δὲ Ὠριγένης τοσοῦτον ἦν ἐγκρατὴς, ὡς ὀβολοῖς τέσσαρσι καθ' ἑκάστην ἀρκεῖσθαι, C οἴνου καὶ ἐλαίου ἀπεχόμενος, κατεσκληκώς τε ἦν, καὶ ψιάθῳ κείμενος, ἓν ἔργον ἔχων τὴν θείαν μελέτην. ἐφ' ᾧ καὶ πολλοὺς Ἕλληνας τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσασθαι πεποίηκεν. ὁ μέντοι Ἀβρόσιος τὰ πρὸς χρείαν αὐτοῦ παρέχων, ἐν ἔτεσιν ιη'. τὴν γραφὴν ἑρμηνεῦσαι ἠνάγκασε. λέγεται δὲ ὅτι καὶ ϛ. βίβλους συνεγράψατο. τελευτᾷ δὲ ἐτῶν ξθ'. εἰ καὶ δι' αἰτίαν τινὰ τὸ κλέος αὐτοῦ μέχρι τέλους οὐ διέμεινεν ἄσβεστον. ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ Ἀρειανοὶ καὶ Ἀνόμοιοι τὰς ἀφορμὰς * ἔσχ. * ἔσχον τῶν σωμάτων ἀθετεῖ τὴν ἀνάστασιν· τέλος D δοξάζει τῆς κολάσεως, καὶ τῶν δαιμόνων ἀποκατάστασιν. τοσαύτην δὲ μετήρχετο ἄσκησιν, ὡς καὶ τὸν αὐτοῦ ἀνατραπῆναι θώρακα. καὶ φάρμακον δὲ λέγουσιν ἐπιθεῖναι τοῖς γεννητικοῖς αὐτοῦ μορίοις, ὥστε καταξηρᾶναι αὐτά· καὶ βοτάνην δὲ εὑρεῖν μνήμης ἕνεκεν. μετὰ ταῦτα φθόνῳ διαβληθεὶς πρός γε τοὺς τῆς ἐξουσίας ἄρχοντας συνεργείᾳ Σατανικῇ, τῆς πίστεως ἐξίσταται· ἐκεῖνοι γὰρ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ σωφροσύνην εἰδότες, προσάγουσιν αὐτῷ Αἰθίοπα· καὶ ἢ πείθεται τοῖς λόγοις

ἐκείνων, ἢ τῷ Αἰθίοπι καταχραίνεται. ἐκεῖνος οὖν μηδὲ ἄκροις ὠσὶν ἀνεχόμενος τοιαύτην ἄθεσμον ἀκοὴν ἐνωτίσασθαι, αὐτοχείρῳ θυσίᾳ διὰ λιβανωτοῦ περιέπεσεν. ὅθεν τὴν Ἀλεξάνδρειαν τῷ μὴ ὀνειδίζεσθαι χάριν καταλιπὼν, εἰς Ἱεροσόλυμα ἔρχεται. ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἀναγκασθεὶς ἐπ᾽ ἐκκλησίας λόγον εἰπεῖν· πρεσβύτερος γὰρ ἦν. ἐκ τοῦ παρατυχόντος εἶπε καὶ τάδε. τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἐδάκρυσε σὺν ἅπασι. μανεὶς οὖν ἔκτοτε, τὴν ἁγίαν πᾶσαν γραφὴν ἀνατρέψαι ἐσπούδασεν. ὅθεν καὶ ἀναθεματίζεται μέχρι τῆς σήμερον.

Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντωνῖνος ὁ Καράκαλλος ἔτη ϛ'. καὶ μῆνας β'. . . . . μετὰ δὲ Ἀντωνῖνον Μακρῖνος ἔτος ἓν καὶ μῆνας β'. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντωνῖνος ὁ Ἡλιογάβαλος ἔτη γ'. καὶ μῆνας θ'. ὃς τοσοῦτον ἦν ἀσελγὴς, ὡς καὶ τὸν Ἱεροκλέα ἔννομον αὐτοῦ ἄνδρα ποιῆσαι. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Μαμαίας ἔτη ιγ'. μῆνας η'. αὕτη θεοσεβὴς οὖσα τὸν Ὠριγένην ἐξ Ἀντιοχείας ἐκάλεσεν, ὥστε τὸ κατὰ Χριστὸν διδαχθῆναι μυστήριον. μετὰ τοῦτον Μαξιμῖνος ἔτη ϛ'. μετὰ τοῦτον Μάξιμος καὶ Βαλβῖνος ἡμέρας κβ'. μετὰ τούτους Γορδιανὸς, εἶτα Φίλιππος ἔτη ε'. οὗτος σπονδὰς ἐποίησε μετὰ Σαβώρου βασιλέως Περσῶν, ὃς ἐθαυμάζετο ὑπὸ μεγέθει σώματος. μέχρι γὰρ ἐκείνου τοῦ χρόνου τηλικοῦτος οὐκ ὤφθη ἄνθρωπος.

Ἐπὶ τούτου τοῦ Φιλίππου δὲ καὶ Σαβέλλιος ἦν. τότε δὴ καὶ καθ᾽ ὁδὸν Ἰουδαῖος ἔκειτο νοσῶν. ἀλλὰ βαπτισθεὶς ὑπὸ Χριστιανοῦ, καὶ ταῦτα λαϊκοῦ, ὑγιὴς αὐτίκα ἐγένετο. τούτου δὲ Διονυσίῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ἀνενεχθέντος, τὸ θεῖον καὶ αὖθις ἐδέξατο φώτισμα· κατὰ γὰρ τοὺς Ἀποστολικοὺς κανόνας, οὐκ ἔξεστι τῷ λαϊκῷ μεταχειρίζεσθαί τι τῶν ἱερατικῶν, κἂν περίστασις ᾖ. καὶ οὗτοι μὲν οὕτω διετά-

Glycæ Annal.

A rum mandatis pareret, vel cum Æthiope se pollueret. Heic quum Origenes ne quidem extremis auribus tam nefandam rem audire sustineret, manu sua thure simulacris oblato, lapsus est. Quapropter Alexandrea relicta, ne illius rei caussa quidquam audiret exprobrationis, Hierosolymam se confert. *Hierosolymā se confert.* Quumque coactus esset in cœtu concioneque publica orationem habere, (nam ex casu, qui acciderat ipsi, Petro scilicet similis erat) huiusmodi verba pronuntiauit: Peccatori dixit Deus: qui fit, vt tu iusta mea decreta enarres? & ore tuo fœdus meum vsurpes? *Psalm. 49. 16.* Hinc libro complicato, cum omnibus lacrymas profudit. Eo modo factum, vt deinceps ex quadam mentis insania litteras sacras vniuersas peruerteret, ideoque in hodiernum vsque diem exsecrationi ecclesiasticæ obnoxius est.

B Seuero mortuo, Antoninus Caracallus annos VI, menses II, Imperium obtinuit. [Erat eo regnante Serapio quidam mathematicus, qui Antonino in Senatu Macrinum quemdam commonstrauit, non multo post in Imperio successurum. *Antoninus Caracallus. Serapio mathematicus.* Qua in re negligentius se gerens Antoninus, alium quemdam pro Macrino iussit interfici.] Post Antoninum igitur annum vnum mensesque duos Macrinus imperauit. *Macrinus.* Sequutus est illum Antoninus Heliogabalus, imperioque potitus est annos III, menses IX. *Heliogabalus.* C Is tam prodigiose lasciuus erat, vt Hieroclem sibi pro marito legitimo iungeret. * [Præterea, ceu perhibetur, medicos quosdam obsecrabat, vt ab anteriore parte corporis sectione facta, se vtriusque naturæ participem facerent.] Post hunc Alex. Mamææ F. annis XIII & octo mensibus Imperio præfuit. *Alexander. Mamæa.* Mamæa, quæ religioso cultu Deum veneraretur, Antiochea Origenem ad se arcessiuit, vt ab ipso de Christi mysterio erudiretur. Post Alexandrum Maximinus sex annis regnauit. Post Maximinum, Maximus & Balbinus dies XXII. *Maximinus.* Excepit hos Gordianus. *Gordianus.* Deinde Philippus annos V regnauit. *Philippus.* Is cum Sapore Persarum rege fecit inducias, qui propter D magnitudinem proceritatemque corporis in omnium erat admiratione. *Saporis proceritas.* Nam ad illud vsque tempus hominum nemo conspectus fuerat, qui corpore tam vasto esset.

Sub Philippo Sabellius vixit, eodemque imperante, Iudæus quidam morbo laborans, in via publica quum iaceret: a Christiano, & laico quidem baptissatus, mox conualuit. Quapropter ad Dionysium antistitem deductus, secunda vice lustrationem diuinam accepit. Quippe de canonum Apostolorum præscripto, nemini laico fas est, *Laicis non fas baptissare.* vt quidquam earum rerum peragat, quæ ad sacerdotum munus pertinent, etiamsi maxime casus aliquis & necessitas vrgeat. *Canones Apostolorum.* Hoc nimirum illi sic constituerunt & decre-

Hh ij

A uerunt, vt ne qua in parte contra ordinem delinquatur. Nam diligenter mihi quæso aduerte, quid in illius magni Athanasii vita sit perscriptum. Quum puer adhuc esset Athanasius, forte suis cum æqualibus maris ad litus accessit. Ac videbatur ille tum quidem in litore cum eis ludere, sed res tota quædam erat imago eius, quod aliquando futurum esset. Nam pueri eo in lusu repræsentatis sacerdotum personis, eorumque muneribus sibi sumptis, Athanasium quidem Episcopum collatis quasi suffragiis creabant: ipsi vero * seniorum & ministrorum in ordinem adsciti, quosdam alios pueros ad ipsum perducebant, qui baptismo necdum obsignati forent. Eos Athanasius aqua marina baptissabat. Igitur Alexander antistes Alexandrinorum, quum in litore deambulans hæc conspexisset, & admiratus esset: pueros inungit, & per baptismum perficit. Canon autem LI sanctissimi Patriarchæ Constantinopolitani Nicephori, & aliorum sacrorum patrum, qui præsentes ipsi adfuerunt, hæc determinat & decernit: Infantes non baptissatos, si sacerdos nullus adsit, & pater baptissare potest, & quiuis alius, modo recte Christiana de doctrina sentiat.

Præsagium de Athanasio.

*Presbyterorũ & Diaconorũ.

Alexander antistes Alexandreæ.

Nicephori Canon.

Post Philippum Decius annos II imperauit, sub quo Nouatus vixit. Decio Gallus & Volusianus successerunt, imperioque biennium & menses VIII potiti sunt. Post eos Æmilianus quatuor menses præfuit. Hunc Valerianus excepit, & annos omnino XV regnauit. Sub eius Imperio tanta fames exstitit, quanta numquam antea: secutusque mortalium interitus, cuius diritas explicari verbis nequeat. Nam ex mari, fluminibus, atque stagnis vapores quidam exhalabant adeo pestilentes & lethales: vt ipsi rores nihil esse viderentur aliud, quam meri cadauerum succi ac humores. Itaque nulla domus erat, in qua non cadauer aliquod fœteret. Peribant enim homines innumerabiles.

Decius.

Gallus & Volusianus.

Æmilianus.

Valerianus.

Ingens pestis.

Delatum hinc est Imperium Claudio, qui vno tantum anno regnauit, proauusque magni Constantini fuit. Post eum paucos dies Quintilius rebus præfuit. Quum enim animaduerteret, Aurelianum pro se Imperium vsurpare: vena quadam manus secta, sanguinem tam diu misit, donec anima deficiente prorsus exspiraret. Itaque successit Aurelianus, quo imperante Manes ille, vir exsecrabilis, natione Brachmanum ortus, vixit: itemque Paulus Samosatensis, quem deinceps Apollinarius antistes Laodiceæ sequutus, quum Ariani dicerent, Christi carnem anima carere: contrariam in sententiam adseruit, Christum quidem anima præditam carnem adsumpsisse, non tamen mentem nostram. Putabat enim diuinitatem so-

Claudius.

Quintilius.

Aurelianus.

Manes.

Paulus.

Apollinarius.

ξαντο, ὥστε μηδὲν τῆς τάξεως ἀνατραπῆναι. ὅρα γὰρ νουνεχῶς, ὅτι καὶ ἐν τῷ βίῳ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου τοιοῦτόν τι γέγραπται. ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἔτι παιδίον ὤν, ἔρχεταί ποτε μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν ἐπί τινα τῆς θαλάσσης ἀκτήν. καὶ συμπαίζειν μὲν αὐτοῖς παρὰ ταῖς ὄχθαις ἐῴκει. τύπος δὲ τῶν μελλόντων τὸ πᾶν ἦν. ὑποκρινάμενοι γὰρ ἐν τῇ παιδιᾷ τὰ τῶν ἱερέων οἱ παῖδες, Ἀθανάσιον μὲν Ἐπίσκοπον χειροτονοῦσιν, αὐτοὶ δὲ εἰς Πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους ἀφορισθέντες, προσῆγον ἑτέρους παῖδας αὐτῷ ἀσφραγίστους. κἀκεῖνος τῷ θαλαττίῳ B ὕδατι τοὺς παῖδας ἐβάπτιζεν. ὁ γοῦν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως Ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος περὶ αἰγιαλὸν περιερχόμενος, καὶ ταῦτα ἰδὼν, καὶ θαυμάσας, ἐπιχρίει αὐτοὺς καὶ τελειοῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος. ἀλλὰ καὶ ὁ να'. κανὼν τοῦ ἐν Πατριάρχαις Κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτάτου Νικηφόρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων πατέρων, τάδε διορίζεται· τὰ ἀβάπτιστα νήπια, μὴ ὄντος ἱερέως, καὶ πατὴρ αὐτὰ βαπτίσει, καὶ οἷος ἕτερος τύχῃ, μόνον ἔστω ὀρθόδοξος.

Μετὰ τοῦτον Δέκιος ἔτη β'. ἐφ' οὗ Ναυᾶ-C τος. μετὰ τοῦτον *Γάλις καὶ *Βοσιανὸς ἔτη β'. μῆνας η'. μετὰ τοῦτον Αἰμιλιανὸς μῆνας δ'. Μετὰ τοῦτον Οὐαλεριανὸς ἔτη ιε'. ἐφ' οὗ λιμὸς γέγονεν οἷος οὐ γέγονε πώποτε, καὶ φθορὰ ἀνθρώπων ἄρρητος· ἀπὸ γὰρ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης ἀσμοί τινες ἀνήεσαν, ἐκ ποταμῶν τε καὶ λιμνῶν, τοσοῦτον φθοροποιοὶ, ὡς νομίζειν ἰχῶρας νεκρῶν εἶναι τὰς δρόσους. ἐφ' ᾧ καὶ οὐκ ἦν οἰκία, ἐν ᾗ οὐκ ἦν τεθνηκὼς καὶ ἀπόζων. ἀναρίθμητος γὰρ τηνικαῦτα τῶν ἀνθρώπων ὁ ὄλεθρος.

*Γάλλος

*Βολυσιανός

Μετὰ τοῦτον Κλαύδιος ἔτος ἕν, ὁ καὶ D προπάππος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. μετὰ τοῦτον Κυντίλος ὀλίγας ἡμέρας. τὸν γὰρ Αὐρηλιανὸν ὁρῶν τῆς βασιλείας κατεπεμβαίνοντα, τὴν τῆς χειρὸς φλέβα τέμνει, καὶ ἀφίησιν αὐτὴν, ἕως οὗ λειποψυχήσας ἀπέθανε. μετὰ τοῦτον Αὐρηλιανὸς, ἐφ' οὗ Μάνης ὁ κατάρατος ἦν, ὁ καὶ τὸ γένος Βραχμάν. καὶ ὁ Σαμοσατεὺς Παῦλος. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς καὶ Ἀπολινάριος ὁ τῆς Λαοδικείας Ἐπίσκοπος, ὃς, τῶν Ἀρειανῶν λεγόντων ἄψυχον εἶναι τὴν τοῦ κυρίου σάρκα, ἔλεγε. σάρκα μὲν ἐμψυχωμένην λαβεῖν τὸν κύριον, οὐ μὴν δὲ καὶ νοῦν τὸν ἡμέτερον. ἤρκει γὰρ ἡ θεότης τῆς

σαρκὸς ἐκείνης ἡγεμονεύειν. μετὰ τούτοις Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας πόλεως οὔσης ἐν Κιλικίᾳ τὴν ἡγεμονίαν λαχὼν, δυσφημῶν τὸν κύριον ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς καὶ κοινὸν εἶναι κατὰ προκοπὴν τὴν χάριν δεχόμενον, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βαπτίσματι τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεᾶς γενόμενον μέτοχον. ὁ δέ γε Νεστόριος ἀπὸ Γερμανικείας τῆς Συρίας ὥρμητο. ἦν δὲ καί τις Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος μὲν Ἁλικαρνασοῦ τῆς Ἀσίας, αἱρεσιάρχης δέ. τὴν γὰρ ἁγίαν σάρκα τοῦ Χριστοῦ ἄφθαρτον ἔλεγεν εἶναι.

Μετὰ δὲ Αὐρηλιανὸν Τάκιτος ἔτη β'. μετὰ τοῦτον Πρόβος καὶ Φλωριανὸς ἔτη β'. μῆνας δ'. τοῦτον δὴ τὸν Φλωριανὸν ἀνεῖλεν ὁ Πρόβος, παράφρονα ποιήσας ἑαυτόν. τότε δὴ καὶ βροχῆς γενομένης, σῖτος μεμιγμένος τῷ ὕδατι * πολλῆς ἄνωθεν κατηνέχθη. τοῦτον συνάγοντες, σωροὺς μεγάλους ἐποίησαν. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ ψεκάδας ἀργύρου κατενεχθῆναι φασί.

* πολὺς

Μετὰ δὲ τούτοις Κάρος καὶ Καρῖνος ἀνὰ ἔτη β'. μετὰ δὲ τούτοις Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος ἔτη κβ'. οὗτοι τὴν βασιλείαν ἐξ ἀπονοίας ἀφέντες, ἰδιωτικὸν ἀνελάβοντο σχῆμα. κατὰ γὰρ τὸν Μεταφραστὴν κῦριν Συμεὼν, πολλὴν ἔθεντο σπουδὴν οὗτοι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καταγωνίσασθαι, ἣν κραταιοτέραν μεῖναι καὶ ᾅδου πυλῶν αὐτὸς ἀπεφήνατο. ἀλλ' ἐπειδήπερ ἔγνωσαν ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες, ἑκάτερος αὐτῶν τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τὴν βασιλείαν ἀπεσκευάσαντο. πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους κόρον τῆς τύχης, καὶ μεταβολῆς ἔρωτα προφασισάμενοι· οἷς δὲ τῶν ἀπορρήτων κοινωνεῖν εἶχον, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἐξεκάλυπτον, τοῦ Χριστοῦ τὴν ἰσχὺν ἔλεγον, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν σημείων πειθὼ καταναγκάσαι αὐτοὺς ἐκστῆναι τῆς βασιλείας. ἐφ' ᾧ κατέστησαν ἀνθ' ἑαυτῶν βασιλεῖς, τῆς μὲν Ἑῴας Γαλέριον Μαξιμιανὸν, τῶν δὲ Ἑσπερίων μερῶν Κώνσταντα τὸν πατέρα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, κρατήσαντα ἔτη δ'. ὃς τελευτᾷ ἐν Βρεταννίαις καὶ πάνυ εὐσεβὴς ὤν. ἀναγορεύει δὲ ἀνθ' ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον υἱὸν αὐτοῦ. ὁ μέν τοι Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος θείᾳ ψήφῳ λέγεται ἐξενεγκεῖν τραῦμα ἐν τοῖς γεννητικοῖς αὐτοῦ μορίοις, δι' ἣν εἶχεν ἀσέλγειαν, καὶ οὕτω κατασκωληκιάσας, τὴν δυσώδη αὐτοῦ παρέδωκε ψυχήν.

Γίνωσκε δὲ ἀγαπητὲ, ὅτι καθά φησιν ὁ χρονογράφος Ἰωάννης ὁ Σκυλίτζης, τῆς χρονογραφίας μὲν κατήρξατο Γεώργιος ὁ καὶ Σύγκελλος χρηματίσας Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου.

A lam satis idoneam esse, quæ illi carni præesset. Post hos autem, Theodorus antistes eius vrbis in Cilicia, quæ Mopsuestiæ nomen habebat, summa Dominum adficiebat ignominia, quem vnum ex nobis, ac similem paremque nobis fuisse diceret, vt qui non sine profectu quodam gratiæ Dei particeps factus fuisset, & in baptismo sancti Spiritus donum accepisset. Nestorius inde Germanicea Syriæ vrbe fuit oriundus. Denique Iulianus quidam antistes Halicarnassensis in Asia, princeps fuit cuiusdam sectæ peculiaris, vt qui sacrosanctam Christi carnem etiam ante passionem dixerit interitus expertem fuisse.

Theodorus. Nestorius. Iulianus Halicarnassensis.

Post Aurelianum Tacitus biennium imperauit. B Post Tacitum Probus & Florianus annos duos, menses IV. Florianum Probus interfecit, insania quadam simulata. Sub horum Imperio pluuia ex aere delapsa, ingens tritici copia cœlitus aquæ permista decidit: qua congesta, magnos aceruos homines excitabant. Itidem imperante Aureliano guttas argenteas pluisse traditum est.

Tacitus. Probus & Florianus. Pluit tritico. Pluit argento.

Sequutus est hos Imperatores Carus cum Carino, quorum quisque biennium regnauit. Hinc Diocletianus & Maximianus Herculeus XXII annis Imperium administrarunt. Quumque mentis vesania quadam Imperio se abdicassent, habitum vitamque priuatam amplexi sunt. Nam vt Symeon ille cognomento Metaphrastes ait, C Imperatores hi magnopere conati sunt fidem Christianam expugnando quasi abolere: quam Christus ipse firmius perduraturam esse pronuntiauit, quam ipsas Orci portas. Verum posteaquam ea se moliri animaduertissent, quæ perfici omnino non possent: vterque reliquit Imperium, inter alia caussam instituti sui hanc adferentes, quod fortunæ iam saturi essent, commutandæque vitæ desiderio tenerentur. Si quos autem habebant arcanorum participes, quibus animi sui cogitata libere possent patefacere: ad eos fatebantur, Christi potentiam, prodigiorumque vim ipsos eo perpulisse, vt Imperium resignarent. Eaque de caussa loco suo designarunt Imperatores, Orientis quidem Ga- D lerium Maximianum: Occidentis vero Constantem, magni Constantini patrem, qui annos IV rerum potitus est, inque Britannia diem supremum obiit, princeps omnino religiosus. Quum moreretur, loco suo Constantinum filium constituit. Galerius Maximianus diuino iudicio vulnus in genitalibus membris accepisse fertur, propter singularem lasciuiam: itaque pediculis scatens, fœtidam animam exhalauit.

Carus & Carinus. Diocletianus & Maximianus. Cur hi duo se abdicarint. Galerius & Constans. Galerii mors.

Debes autem scire, dilecte fili, temporum annotationem inchoatam esse, Ioanne Scylitza Chronographo auctore, ab Georgio sanctissimi patriarchæ Tarasii Syncello,

Chronographi qui fuerint.


qui a mundi exorſus initio, in his ipſis tyrannis, Maximiano ſcilicet ac Maximino eius filio, deſiit. Deinde poſt Georgium Theophanes Confeſſor, & ruri degentis cœtus præfectus, reliqua litteris eſt complexus, vſque ad Nicephori generis Logothetæ finem: qua ipſa de cauſſa Scylitzes Chronographiam ſuam a Michaelo Rangaba voluit auſpicari.

Abbas agri.

A

ἀπὸ καταβολῆς δὲ κόσμου, καὶ μέχρις αὐτῶν τῶν τυράννων κατέληξε, Μαξιμιανοῦ δὲ καὶ Μαξιμίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. μετὰ δέ γε τὸν Γεώργιον ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης, ὁ τοῦ ἀγροῦ ἡγούμενος, τὰ ἐπίλοιπα συνετάξατο, ἕως τελευτῆς βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν. ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἀπὸ Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγγαβὲ, τῆς χρονογραφίας ὁ Σκυλίτζης κατήρξατο.





ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΥΚΑ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

MICHAELIS GLYCÆ SICVLI ANNALIVM PARS IV.

DE CONSTANTINOPOLITANIS IMPERATORIBVS, qui deinceps regnarunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ Κωνσταντίνου. A

Ὁ ΜΕΓΑΣ Κωνσταντῖνος ἡνίκα κατὰ Μαξεντίου ἐστράτευσε, τότε εἶδεν ἐν οὐρανῷ τὸν τίμιον σταυρὸν, ἐφ' ᾧ νενίκηκεν. Εἶτα ῥαθυμήσας, καὶ κατ' ἐχθρῶν ὁρμήσας, ἡττᾶται, καὶ ῥαθυμήσας ὕπνωσε, καὶ κατ' ὄναρ ὑπὸ ῥάβδου πλήττεται τοὺς μυκτῆρας. κἀκεῖθεν αἷμα ὀξιὸν, τὸν σταυρὸν ἐν ὀθόνῃ ἐχάραξε. Ταῦτα δὲ ἰδὼν, καὶ μεταμελος ἐπὶ τῷ πράγματι γεγονὼς, νικᾷ καὶ αὖθις τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Φαύστας εἰς εἰδωλομανίαν ἐκκλίνει. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἕλκει πάλιν αὐτὸν διὰ τῆς λέπρας. καταχροῦσα γὰρ

DE CONSTANTINO MAGNO.

QVo tempore Constantinus magnus copias contra Maxentium ducebat, signum venerandæ crucis in aere conspexit, indeque cum hoste congressus, victor discessit. Tum vero negligentior factus, vbi rursus in hostem prorupisset, victus est. quo detrimento accepto, quemdam in mœro- *Imperium Constantini.* *Bellum cum Maxentio.*

B rem incidit, & consopitus est. Heic per quietem visus est sibi nares virga quadam verberari. Moxque de naribus sanguis promanans, in veste linea notam crucis expressit. Qua re conspecta, pœnitudine sui delicti ductus est, ideoque rursus hostibus suis superior euadit. Secundum hæc denuo per vxorem Faustam ad furiosum deastrorum cultum exorbitantem, Deus per lepram retraxit. Nam ea quum magni huius viri cor- *Tertius Constantini lapsus*

pus occupasset, omnibus hominem modis vrgebat & excruciabat. Ibi de Capitolini Iouis sacerdotum consilio colligi quidam infantes iussi sunt, in quorum occisorum sanguinem ipse mersus, morbo isto liberaretur. Quum autem alicubi transiens, matres infantum lamentantes audiuisset, ploratusque caussam cognouisset: Præstat, inquit, me hoc modo excruciari, quam tot infantes interfici. Quapropter noctu sibi videre visus est adstantes Apostolos, qui monerent, vt Siluestrum antistitem arcesseret. Is quum perductus ad Constantinum esset, baptissatum lepra liberauit. Ex quo sane tempore magnus hic Imperator tantopere fidem propugnauit, vt etiam ipse præstanda susciperet omnia, quæ in more Christianis est obseruare. Nam & quarta feria, & præparationis die ieiunabat: omni opere die Dominico vacabat: mancipia Iudæi ne deinceps emerent, vetabat: ad crucem neminem amplius condemnabat, vt pretiosæ cruci Christi religiosum hunc honorem deferret. Inter alia, diebus etiam septimanæ, qui prius a Saturno, Marte, sideribus cæteris nuncuparentur, alias appellationes indidit.

Constantinus baptissatur.

Faustæ mors.

* Crispus.

Liberi.

Vxorem Faustam, quæ Maximiani erat filia, in balneo supra modum calfacto necauit. Eius rei caussa fuit * Priscus, Faustæ priuignus, ob nouercæ criminationes interfectus, quem Constantinus e concubina sustulerat. Filios autem reliquos, Constantinum, Constantem, & Constantium, ex Maximina Diocletiani filia suscepit. Cæterum hoc tempore Romano in Capitolio quidam erat draco, abditus in antro, cuius descensus CCCLXV gradus habebat. Is multos mortales lædebat adflatu suo, si quando extra illud antrum prospectaret. Sed magnus ille Siluester eum rogatus ibidem occlusit. Deinde post editum miraculum, quod in tauro immaniter sæuo Siluester declarauit, quum de fide nostra & Iudæorum aduersus magnum illum Zambrem disputaret, ipso Constantino magno & sacrosancta ipsius matre Helena præsente, quæ tum adhuc obnixe Iudæorum partibus adhærebat: Imperator plane diuinus vrbem, quæ ab ipsius nomine appellaretur, condere instituit. Quumque decreuisset ipse secum hoc nomine versus Occidentem proficisci, per quietem impulsus est, vt instituto priori relicto, iter aliud ingrederetur, quod Byzantium scilicet duceret. Quo factum est, vt circa Chalcedonem magno studio condendæ vrbi operam daret: sed irrito conatu, quod nimirum cœlitus impediretur. Nam proditum est monumentis litterarum, aquilas instrumentis artificum & fabrorum Chalcedone surreptis, ea trans fretum deportata, Byzantii deposuisse. Hoc oppidum quon-

Initium Constantinopolis.

Somnium.

Portentum.

A αὐτὸν μέγαν, ἐστενοχώρει παντοίως καὶ ἔθλιβε. κατὰ δὲ συμβουλεύουσιν οἱ ἱερεῖς τοῦ Καπετωλίου Διός, βρέφη συνελέγησαν, ὥστε σφαγιασθῆναι ταῦτα, καὶ τῷ αἵματι αὐτῶν ἐμβληθῆναι· καὶ οὕτω δῆθεν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου. διερχόμενος οὖν, καὶ τῶν μητέρων αὐτῶν ἀκούσας θρηνουσῶν, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ θρήνου μαθών, εἶπε· κρεῖσσον πάσχειν ἐμέ, ἢ τοσούτων βρεφῶν καταψηφίσασθαι θάνατον. ἐφ᾽ ᾧ καὶ νυκτὸς ἐφίστανται αὐτῷ οἱ Ἀπόστολοι λέγοντες· τὸν Ἐπίσκοπον Σίλβεστρον καλέσαι. καλεῖται οὖν ὁ ἅγιος, καὶ βαπτίσας αὐτόν, τῆς λέπρας ἐλευθεροῖ. ὁ δὲ μέγας B ὕστερον τοσοῦτον ὑπὲρ πίστεως ἠγωνίσατο, ὡς καὶ πάντα μεταποιῆσαι τὰ ἔθιμα, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύειν, καὶ κυριακὴν ἀργεῖν, τοὺς Ἰουδαίους οἰκέτας μὴ ὠνεῖσθαι, καὶ σταυρῷ μηκέτι καταδικάζεσθαί τινα, διὰ τὸ πρὸς τὸν τίμιον σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ σέβας. μετὰ τῶν ἄλλων δὲ καὶ τὰς τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας μετονομάζει, ἀπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεος καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων ὀνομαζομένας τὸ πρότερον.

Ἡ μέντοι τοῦ μεγάλου σύζυγος Φαῦστα θυγάτηρ Μαξιμιανοῦ, τὴν ἐν λουτρῷ πυ- C ρώδει τὴν ψυχὴν ἀπορρῆξαι ποιεῖ. τὸ δὲ αἴτιον ὁ πρόγονος αὐτῆς * Γρίσκος, ὃν ἐκ *Κρίσπος παλλακῆς ἔσχεν ὁ μέγας. τὸν μέντοι Κωνσταντῖνον, Κώνσταντα, καὶ Κωνστάντιον ἐκ Μαξιμίνας ἔσχε θυγατρὸς Διοκλητιανοῦ. ἐν δέ γε τῷ Καπετωλίῳ Ῥώμης ἔν τινι καταδύσει βαθμοὺς ἐχούσῃ τξε΄. δράκων ἦν πολλοὺς βλάπτων τῷ φυσήματι, ὅτε τῆς καταδύσεως παρέκυπτεν. ὃν ὁ μέγας Σίλβεστρος ἔκλεισεν ἐκεῖσε παρακληθείς. μετὰ δέ γε τὸ θαῦμα ἐκεῖνο, ὅπερ ἐπὶ τῷ ἀγρίῳ ταύρῳ πεποίηκεν ὁ Σίλβεστρος, ἡνίκα μετὰ τοῦ Ζαμβρῆ ἐκείνου τοῦ μάγου περί τε τῆς D καθ᾽ ἡμᾶς πίστεως, καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων, διελέγετο ἐνώπιον τοῦ τε μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Ἑλένης, εἶτα τῶν Ἰουδαίων μέρει προσκειμένης, πόλιν εἰς ὄνομα αὐτοῦ κτίσαι βούλεται ὁ θειότατος βασιλεύς. καὶ δὴ προθυμούμενος τούτου χάριν ἀπελθεῖν τὰ ἑσπέρια, κατ᾽ ὄναρ ἐπετράπη ὁδεῦσαι τὴν πρὸς τὸ Βυζάντιον φέρουσαν. ὅθεν ἔσπευδε καὶ περὶ τὴν Χαλκηδόνα τὴν πόλιν οἰκοδομῆσαι· ἀλλ᾽ ἐκωλύετο ἄνωθεν. ἀετοὺς γάρ φασι τὰ τῶν τεχνιτῶν ἐργαλεῖα ἁρπάζειν ἀπὸ Χαλκηδόνος, καὶ ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ταῦτα διαπερᾶν. ὅπερ ἐπισκοπὴ πρότερον

πρότερον ἦν τῆς κατὰ Θράκην Ἡρακλείας ὑπέπεσε δὲ τῇ Ἡρακλείᾳ τὸ Βυζάντιον τρόπῳ τοιῷδε.

Ἀρχαία πόλις τὸ Βυζάντιον ἦν, καὶ καθ' ἑαυτὸ διοικούμενον. ἐπὶ Σεβήρου δὲ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος πολιορκηθὲν παρὰ τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς τὸν πόλεμον ὑποστάν, ὕστερον ἑάλω, τῶν ἀναγκαίων ἐπιλειψάντων τοῖς ἐποίκοις αὐτοῦ. καὶ καθῃρέθη μὲν καὶ τὰ τείχη αὐτοῦ. ἀφῃρέθη δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ δίκαια, καὶ οὕτως ὑπετέθη Περινθίοις. Πέρινθος δέ ἐστιν ἡ Ἡράκλεια. ὅθεν καὶ τῷ Ἡρακλείας ἡ χειροτονία τοῦ Πατριάρχου ἀπονενέμηται, ὡς παρ' αὐτοῦ χειροθετουμένου τοῦ Ἐπισκόπου Βυζαντίου. B

Ἀνανεώσας οὖν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τὸ ὑπὸ Βύζου βασιλέως Θρᾴκης κτισθὲν τεῖχος, προσέθετο καὶ ἕτερον διάστημα, καὶ Νέαν οὕτω Ῥώμην τὴν πόλιν ταύτην ὠνόμασεν. ἀπαρτίζεται δέ, ναὶ μὴν καὶ ἐγκαινίζεται ἡ μεγάλη πόλις αὕτη κατὰ τὴν ια'. τοῦ Μαΐου μηνὸς ἔτους ἐνισταμένου ,εωλη'. τηνικαῦτα κληθεὶς ὁ τῶν ἀστρονόμων δῆθεν ἀκριβέστατος Οὐάλης, ποιεῖ θέματι δι' οὗ εἰς χϟϛ'. ἐνιαυτοὺς διαμεῖναι τὴν πόλιν ταύτην ἐφοίβασεν. ἐντεῦθεν οὖν διεψευσμένη C ἡ τοῦ Οὐάλεντος πρόῤῥησις, καὶ διημαρτημένη προφανῶς ἡ τέχνη ἐλέγχεται.

Ὁρῶν δὲ τὴν αὐτοῦ πόλιν ὁ μέγας ὀλιγάνθρωπον, τοὺς ἀξιολογωτέρους Ῥώμης ἐκεῖθεν μετήγαγεν. ἀφ' ὧν εἰσι καὶ οὗτοι. Ὀλύβριος, Βῆρος, Οὐρβίκιος, Καλλίστρατος, Ζωτικός, Εὐγένιος, Εὔβουλος, Σπούδιος, Φλωρέντιος, Μαυριανός, Σεβῆρος, καὶ Ἰσίδωρος, οἵτινες οἴκους, ναοὺς καὶ ξενῶνας ἀνήγειραν. τούτους μὲν τοὺς διαληφθέντας Ῥωμαίους ἄνδρας τοιουτοτρόπως ἐνταῦθα μετοικίζει ὁ μέγας Κωνσταντῖνος. λαβὼν γὰρ τοὺς δακτυλίους D αὐτῶν, ἀποστέλλει αὐτοὺς εἰς τὸν βασιλέα Περσῶν Σαρβάρον. ὃν καὶ νικήσαντες ὑπέστρεψαν. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς ἐκδημίας αὐτῶν ἀποστείλας τοὺς δακτυλίους εἰς Ῥώμην, ἄγει τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἐνταυθοῖ. κτίζει δὲ καὶ οἴκους κατά γε τὸ μῆκος καὶ σχῆμα τοιούτους, οἵους εἶχον ἐν Ῥώμῃ· ὑποστρέψαντες οὖν ἐκεῖνοι, καὶ τὸ δρᾶμα μαθόντες, ἐξέστησαν· τούτων οἱ μὲν τέσσαρες Μάγιστροι, οἱ δὲ ὀκτὼ Πατρίκιοι.

Γίνωσκε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι τῆς πόλεως ἐξισουμένης καθ' ὃν ἐκτίζετο καιρὸν λίθοι παρὰ λιθοξόων ἐθεμελιώθησαν, οὓς περιτείχισμα διὰ τὸ

A dam Heracleæ, sitæ in Thracia, præferebatur: verum huiusmodi quadam ex caussa Heracleæ subiici cœpit.

Byzantio prælata Heraclea.

Erat sane Byzantium vrbs perantiqua, & suis legibus administrabatur. Sed regnante Seuero Imperatore Romano cincta obsidione a Romanis, quum totum triennium obsidionem tolerasset: tandem in deditionem venit, quod incolis commeatus plane defecisset. Tum vero & mœnia diruta sunt, & iura ei ciuilia prorsus adempta, denique locus ipse iurisdictioni Perinthiorum adsignatus. Nam Heracleam Perinthum olim vocabant. Idcirco deinceps vsus obtinuit, vt Patriarchæ Constantinopolitani confirmatio ad Heracleæ spectet Antistitem: a quo scilicet olim quoque Byzantino Antistiti manus imponebatur.

Perinthus eadem quæ Heraclea.

Patriarcham quis confirmet.

Igitur magnus ille Constantinus instaurato castro, quod olim a Byzo Thracum rege fuerat extructum, magnum loci spatium adiecit, vrbique cognomentum Nouæ Romæ dedit. Absoluta fuit vrbs longe amplissima, celebrataque ipsius * Renoualia a.d.v. Eid. Maias, anno IↃↃIↃCCC XXXVIII. Arcessitus est id temporis Valens astronomorum excellentissimus, qui collocatione siderum descripta, IↃCXCVI annos vrbem duraturam vaticinatus est: quæ sane Valentis prædictio deinceps falsitatis conuicta est, arte nimirum ipsius palam a vero aberrante.

Noua Roma.

* Encænia Byzantii anno Mundi 5838.

696.

Quum autem magnus Imperator vrbem suam hominum exiguam habere copiam cerneret, quotquot Romæ illustriores erant, Constantinopolim transtulit: quorum in numero erant Olybrius, Verus, Vrbicius, Zoticus, Eugenius, Eubulus, Studius, Florentius, Callistratus, Maurianus, Seuerus, & Isidorus: qui Constantinopoli domos, templa, hospitum ædes extruxerunt. Et quidem hos patricios Romanos, quos recensuimus, hoc quodam modo Constantinus eo migrare perpulit. Quum annulos eorum ad se recepisset, contra Persarum regem Sarbarum ipsos cum copiis ablegauit: quo illi victo, tandem reuersi sunt. Interea vero dum domo aberant, annulis Romam missis, vxoribus eorum persuadet: vt Constantinopolim se conferrent. Secundum hæc ipsis ædificia condit, prorsus eiusmodi tam amplitudine quam forma, qualia Romæ habuerant. Quum igitur illi reuersi fuissent, ac rem vti gesta fuerat, cognouissent: cum stupore quodam factum Imperatoris admirati sunt. Erant autem inter hos quatuor illi quidem Magistri, octo vero posteriores patricij.

Patricii Romani Constantinopolim traducti.

Qua arte fit vsus vt hoc efficeret.

Et animaduerte, dilecte fili, vrbe id temporis, quo condebatur, exæquata & complanata: saxa quædam a lapicidis exsecta fuisse, ac munimenti loco aduersus

A maris impetum, a Barbara propemodum ad Auream vſque portam collocata, vt per ea murus interior expers detrimenti conſeruaretur. Præterea Conſtantinopolim Roma deportauit columnam illam ex vno confectam lapide, quæ in Foro ſtabat: eique ſtatuam illam impoſuit, quam Heliopoli, vrbe Phrygiæ auexerat.

Conſtans & Licinius Cæſares

Hinc creatis Cæſaribus, quorum alter Conſtans ageret Conſtantinopoli, alter Licinius ſororis maritus Nicomediæ: aduerſus Perſas exercitum duxit.

Licinius Chriſtianos adfligit.

Licinius autem per ipſius abſentiam perſequutionem aduerſus Chriſtianos mouere cœpit, & Antiſtitem Amaſiæ Baſilem, hoc enim ei nomen erat, interfecit.

Serpentum pugna.

B Eodem tempore ſerpentes in Melitena prouincia tam acriter inter ſe depugnarunt vt propter cadauera necatorum paſſim regio fœteret.

Concilium Nicænum.

Sequutum eſt non multo poſt Concilium ad vrbem Nicæam, in quo inexpugabilem Græcæ religionis propugnatorem Eulogium magnus ille verbiſque ſimplex ac rudis Spyrido vicit, & ſuam in ſententiam perduxit.

Spyrido vincit Eulogium.

Decretum inter alia eſt in hac Synhodo, vt Paſchatis feſtum ita celebretur, quemadmodum hodie mos obtinet.

De celebratione Paſchatis.

Nam antea die menſis Lunaris XIV. Paſcha celebrabatur, quomodo quicumque feſtum hoc celebrant, eos ſacroſanctum & vniuerſale ſecundum Concilium Canone 7. Quartodecumanos & Quartanos appellat.

Canon VII. Conſtantinopolitani I. Cōcilii.

C Non enim die Dominico Paſcha celebrabant, ſed vbi decimus quartus menſis Lunaris dies appetiiſſet, quo nimirum die Luna plena eſſet. Et quidem ita feſtum hoc celebrabant, vt in eo ieiunarent, ac peruigiliis vterentur.

Conſtantis pietas.

Etiam hoc ſcire te volo, magni Conſtantini filium Conſtantium, Arianorum partes ſequutum, magno ſtudio primam Synhodum abolere voluiſſe. Quod vbi veteris Romæ Papa cognouiſſet, ad Conſtantem Conſtantij fratrem detulit. Is vero bellum fratri per litteras illaturum ſe minatus eſt, ni rectam fidem conuellere ſuccutereque deſineret.

Concilium Sardicenſe.

D Itaque de Imperatorum conſilio Synhodus Sardicæ coiit, in qua patres erant CCCXLI. Hi ſacroſanctum illud ſymbolum Nicææ conditum, confirmarunt.

Sardica eadem cum Triaditza.

Eſt autem Sardica illud oppidum, quod modo Triaditzam nuncupant. Deinceps magnus Conſtantinus, celebrata ſcilicet Nicæna Synodo, Arium miſit ad magnum illum Athanaſium, vt ab eo ad communionem admitteretur. Nam conſtanti iureiurando adfirmabat, rectam ſe deinceps ſententiam ſequuturum.

Athanaſius expellitur.

Quum autem vir eximius ipſum non admitteret, ab Arianis ſolio deturbatus eſt. Nam qui partes Arianas fouebant, imperatorias aures occupauerant, & multipliciter virum ſanctum criminabantur. Quantum certe malum ſit,

A τῆς θαλάσσης βίαν ἔθεντο, ἀπὸ τῆς Βαρβάρας σχεδὸν ἕως αὐτῆς τῆς χρυσῆς πόρτης ἐντὸς τὸ τεῖχος φυλάσσοντας. ὁμοίως δὲ μετεκόμισεν ἐνταῦθα καὶ τὸν ἐν τῷ φόρῳ κίονα μονόλιθον ὄντα, καὶ ἵδρυσεν ἐπάνω αὐτοῦ τὸν ἀνδριάντα ἐκεῖνον, ὃν ἀπήνεγκεν ἀπὸ Ἡλιουπόλεως τῆς Φρυγίας. ὁ δὲ τοιοῦτος λίθος ἔτη τρία διεπλωΐζετο, ἐνιαυτὸν δὲ ὅλον ἀνεβιβάζετο ἔνθα καὶ ἵσταται. μετὰ δὲ ταῦτα ποιήσας, Κώνσταντα μὲν ἐνταῦθα, Λικίνιον δὲ τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ ἐν Νικομηδείᾳ, κατὰ Περσῶν ἐστράτευσεν. ὅτε δὲ ὁ Λικίνιος κατὰ Χριστιανῶν ἤρξατο διωγμὸν κινεῖν. τότε δὴ

B τότε καὶ τὸν Ἀμασείας Ἐπίσκοπον Βασιλέα οὕτω καλούμενον ἀνεῖλε. τότε δὴ τότε καὶ ὄφεις ἐν Μελιτινῇ τοσοῦτον ἐπολέμησαν κατ' ἀλλήλων, ὥστε καὶ τὴν χώραν ἐποζέσαι τῷ φόνῳ αὐτῶν.


Τότε καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος γέγονεν, ἐν ᾗ τὸν ἄμαχον Εὐλόγιον Ἕλληνα ὁ μέγας καὶ ἁπλοῦς τῷ λόγῳ Σπυρείδων ἐχειρώσατο. ἡ τοιαύτη σύνοδος καὶ τὸ Πάσχα διωρίσατο ἑορτάζειν ἡμᾶς κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν συνήθειαν. πρότερον γὰρ κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης ἐτελεῖτο τὸ Πά-

C σχα. ὅθεν καὶ τοὺς οὕτως ἑορτάζοντας ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος ἐν τῷ ἑβδόμῳ κανόνι αὐτῆς Τεσσαρεσκαιδεκατίτας καὶ Τετραδίτας καλεῖ. οὐ γὰρ ἐν κυριακῇ τὸ Πάσχα ἑώρταζον, ἀλλ' ὅτε τεσσαρεσκαιδεκαταία ἡ σελήνη γένηται, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ τύχῃ πλήρη ταύτην γενέσθαι. ἑορτάζουσι δὲ τότε νηστεύοντες καὶ ἀγρυπνοῦντες.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Κωνστάντιος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀρειανίσας, τὴν πρώτην ἀνατρέψαι σύνοδον ἔσπευδε. τοῦτο μαθὼν ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Πάπας, ἀνήνεγκε Κώνσταντι τῷ τοῦ Κωνσταντίου ἀδελ-

D φῷ διὰ γραμμάτων, εἰ μὴ παύσαιτο τὴν ὀρθὴν πίστιν σαλεύων. ἐφ' ᾧ καὶ βουλῇ τῶν βασιλέων σύνοδος ἐν Σαρδικῇ συγκροτεῖται ὑπὸ πατέρων τμα'. βεβαιοῦσα τὸ ἅγιον σύμβολον. Σαρδικὴ δέ ἐστιν ἡ νῦν λεγομένη Τριάδιτζα. ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀπέστειλε τὸν Ἄρειον ὕστερον πρὸς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ὥστε συγκοινωνεῖν αὐτόν. διεβεβαιοῦτο γὰρ δι' ὅρκου φρονεῖν καλῶς. ὁ δὲ μέγας οὐκ ἐδέξατο αὐτόν. ἐφ' ᾧ καὶ τοῦ θρόνου * ἐξίστασιν αὐτόν. προκατέλαβον γὰρ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς οἱ ἀρειανίζοντες, καὶ πολλὰ τοῦ ἁγίου κατεῖπον. ὅσον οὖν κακὸν

* ἐξιστῶσιν



A τὸ ἀπεντεῦθεν τοὺς κατηγόρους παραδέχεσθαι, καὶ τὰς ἀποφάσεις ποιεῖν κατὰ τῶν κατηγορουμένων, ἔδειξε τὰ μεταξύ τε τοῦ ἁγίου * Βασιλείου καὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου συμβάντα. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου τὰ αὐτὰ πέπονθεν. ἐφ' ᾧ καὶ προσφυγὼν παρά τινα παρθένον, διετέλεσε παρ' αὐτῇ κρυπτόμενος ἔτη ἕξ. μετὰ δὲ μόρον αὐτοῦ, αὖθις ἐπανῆλθε, τοῦ δὲ καταπόδας Ἰουλιανοῦ πάντα ταράξαντος, πάλιν ὑπέδρα ὁ ἅγιος. περὶ τὸν τοῦ Σαράπιδος ναὸν κορῶναι ἔκραζον. καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν Ἑλλήνων, τί βοῶσιν αὗται. κακόγηρε, εἶπε· τὸ κρᾶ τῇ Σύρων φωνῇ αὔριον δηλοῖ. αὔριον καὶ γὰρ ὄψεσθε τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν. ἐφ' ᾧ καὶ ἠγγέλθη τοῦ ἀλιτηρίου ὁ θάνατος. B

* βασιλέως

Ὁ μὲν τοι μέγας Κωνσταντῖνος ἐν Ῥώμῃ ἐκράτησεν ἔτη ιβ'. ἐνταῦθα εἴκοσι. καὶ ἐν Νικομηδείᾳ ἀπέθανε κατὰ Περσῶν ἀπαίρων. τελευτᾷ δὲ τὸν βίον ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν ἑτεροθαλῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν φάρμακον αὐτῷ δηλητήριον ἐγχεαμένων, ἀστέρος, ὥς φασι, κομήτου τὸν θάνατον αὐτοῦ προμηνύσαντος. εἰώθε γὰρ ἐν τοιούτοις κομήτας ἐν οὐρανῷ πολλάκις φαίνεσθαι. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ μέγας Βασίλειος ἔλεγε· συνίστανται δὲ κομῆται σημεῖα διαδοχῆς βασιλέων φέροντες. C καὶ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐν τῇ κατὰ τὴν τοῦ τιμίου σταυροῦ εὕρεσιν ἱστορίᾳ, λέγει μὲν ἐν Νικομηδείᾳ τελευτῆσαι τὸν ἅγιον Κωνσταντῖνον νόσῳ θανασίμῳ συσχεθέντα, τηνικαῦτα δὲ καὶ βαπτισθῆναι. ἀνεβάλλετο γὰρ, ὡς ἐκεῖνός φησιν, ἕως θέλων ἐν Ἰορδάνῃ τυχεῖν τοῦ θείου λουτροῦ. ἀπέθανε δὲ, τοῦτο τῷ ὄντι δοκεῖ. ἀληθέστερον γὰρ φαίνεται εἶναι τὸ ἐν Ῥώμῃ τῇ πρεσβυτέρᾳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου βεβαπτίσθαι αὐτόν. εἰ γὰρ καὶ Ἀρειανοί τινες διϊσχυρίζονται, ὅτι ὑπὸ Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας D ἐβαπτίσθη διὰ τὸ καὶ συμβῆναι αὐτὸν ἐκεῖσε κοιμηθῆναι. ἀλλὰ κατὰ τὴν Ῥώμην βαπτιστήριον τοῦ μεγάλου λαμπρῶς παρίστησι τὴν ἀλήθειαν. εἴγε καὶ μᾶλλον ἀδύνατον ἦν ἀκοινώνητον εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ. πῶς γὰρ ἠδύνατο ἢ * συνεύχεσθαι, ἢ συλλειτουργεῖν αὐτοῖς, οὕτως ἔχων αὐτός; τὸ λέγειν οὖν καὶ φρονεῖν οὕτω περὶ τοῦ μεγάλου, καὶ λίαν ἐστὶν ἀτοπώτατον.

* συνέρχεσθαι

Ὅσον δὲ ἡ ἁγία ψυχὴ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου συγκαταβαίνουσά τε καὶ συγγνωμονοῦσα τῇ τῶν πολλῶν ἀσθενείαις, ἐτύγχανε, δῆλον κἀν-

accusatores admittere, contraque delatos inaudita caussa pronuntiare: licet ex his cognoscere, quæ inter magnum Athanasium & sanctum hunc Imperatorem acciderunt. Eadem Athanasius etiam imperante Constantio perpessus est, quo quidem tempore virginem ad quandam profugit, & occultatus ab ea, totos ibidem sex continuos annos delituit. Post Imperatoris vero mortem, ad suos reuersus est. At quum Iulianus mox omnia de integro perturbasset, rursum fuga sibi consulere coactus est. Forte tum temporis circa Serapidis fanum cornices * crocitabant. Heic ab ethnico quodam vir sanctus interrogatus, quid illarum vociferatio sibi vellet, respondit: Syrorum, o improbe, lingua vox *Cra* diem crastinum significat. Cras enim Dei prouidentiam videbitis. Neque multo post hominis scelerati mors nuntiata est.

Athanasii exilia.

* ἔκραζον *Vide Notas.*

Oraculum de Iuliano.

Ceterum Constantinus magnus Romæ XII. annos imperauit, apud nos XX. Quumque contra Persas cum copiis moueret, Nicomediæ vita functus est: per insidias fratrum sublatus e medio, qui propter simultates quasdam, cum eo quas exercebant, lethale venenum ei propinarunt. Mortem eius cometes exortus, vt memoriæ proditum est, portendit. Magnus certe Basilius significare volens, huiusmodi vim cometarum esse: Quoties, inquit, existunt cometæ, signa sunt successionis regum. Alexander Monachus in historia de pretiosæ Crucis inuentione tradit, magnum hunc principem Nicomediæ fato functum, quum lethifero morbo laboraret. Ibidem eum morbi tempore baptissatum esse. Constantinus enim, vt ipse quidem commemorat, ad illud vsque temporis baptismum distulerat, quod diuinum hoc lauacrum in Iordane consequi cuperet. Verum hæc narratio reapse parum vero consentanea videtur. Nam plus meretur fidei, quod alij tradunt, eum apud Romam veterem a sancto Siluestro baptissatum esse. Quanquam enim Ariani quidam constanter adserunt, eum ab Eusebio Nicomediæ Antistite baptissatum esse, vt qui Constantino illum ad locum vsque comes fuerit, itaque deinceps obdormiuisse: non tamen dubium est, quin magni huius Imperatoris baptisterium, quod adhuc Romæ conspicitur, illustri ratione veritatem commonstret. Immo fieri non potuit, vt Nicæno in Concilio baptismi expers ipse foret. Quo enim pacto vel preces vna concipere, vel sacris adesse rebus poterat, nondum Baptismi particeps? Quapropter in hunc modum de viro maximo vel loqui, vel sentire, prorsus absurdum fuerit.

Constantini mors.

Cometes.

Basilius.

Alexander Monachus de Constantini Baptismo.

Refutatio.

Quam insigniter autem sancta magni Constantini anima se demiserit, ac multorum imbecillitatibus ignouerit, vel hinc

Constantini moderatio.

colligi manifesto potest. Erant ad ipsum allati libelli, quibus Antistitum accusationes scriptæ continebantur. Tum Constantinus chartas mox concremauit, & huiusmodi verba subiecit: si sacerdotem delinquentem viderem, hac eum chlamyde tegerem, vt Deus etiam mea peccata tegat.

Qui Constantinopolim ornauerit.

Diximus autem supra, Seuerum Imperatorem primum condendi Circi equestris initium fecisse. Post illum Constantinus magnus Circo peripatos, gradus, ornatumque reliquum addidit. Nam quæcumque Nicomediæ, Antiochiæ, ceteris in vrbibus erant simulacra, Constantinopolim allata sunt. quippe veneratio simulacrorum prisca iam obsoleuerat. Multa erat videre simulacris illis inscripta de rebus futuris.

Manganorum structura.

Præter hæc, ipsa quoque Mangana sunt a Constantino magno exstructa: quo in loco reposita erant omnia bellica instrumenta, librique de rebus mechanicis. Idem Constantinus quum in Magistratuum domo siue Curia Byzantij carceres inuenisset, ipse etiam carceres eodem in loco reliquit. Atque illi sane istic ad Phocæ Imperatoris vsque tempora permanserunt.

Mutati carceres.

Tum patricia quædam mulier, eaque vidua, cui Mare nomen esset, sortem acerbam carceribus inclusorum miserata, quod fœtoribus excruciarentur: accepto pretio suam ipsius domum Imperatori concessit. Quamobrem id temporis conditum est id, quod Prætorium modo nuncupatur, Et de his quidem hactenus.

Constantius Imp.

Post Constantinum filius eius Constantius annos XXIII. rerum potitus est. Is Alexandrum Patriarcham coegit, vt Arium ad communionem admitteret: idque factum omnino fuisset, nisi diuina iustitia rem anteuertisset, Ario rebus humanis a posteriore parte Fori exemto.

Arii mors.

Quum enim istac præteriret, forte aluus hominem pungendo vrgebat. quapropter in cloaca considens, ipsa intestina per anum deiecit. Patrueles Constantij, Gallus & Iulianus, * Antiochiæ lectorum, quos Anagnostas dicimus, munere aliquandiu functi sunt. quumque templum martyri Mamanti conderent, exstructa Iuliani sumtu pars mane reperta est solo æquata.

** al. Cæsareæ. Vide Notas.*

Psalmorum concentus institutus.

Sub eiusdem Constantij imperio, Flauianus Antiochenus duas in partes diuisis, qui psallerent, eos Dauidis hymnos alternatim concinere iussit.

Secundum hæc ab impiæ sententiæ sectatoribus impulsus hic Constantius, antistites arcessiuit, vt Synhodus coiret, per quam decerneretur, Trinitatem vnius & eiusdem essentiæ non esse. Verum conatus omnis irritus fuit. Nam quum grauem in morbum incidisset, deque vita iam desperasset: Euzoium Antiochenum antistitem ad se venire iussit, * illustrationemque diuinam celeriter consequutus, viuendi finem fecit. Ipso viuente Pontifex Hierosolymorum erat

** hoc est, Baptismum.*

A Ἀπεδόθη. αἰτιάματα ἔγγραφα προσεκομίσθησαν αὐτῷ κατ' Ἐπισκόπων. καὶ ὃς τοὺς μὲν χάρτας αὐτίκα κατέκαυσεν. ἔλεγε δέ· εἰ εἶδον ἁμαρτάνοντα ἱερέα, διὰ τῆς χλαμύδος ἐσκέπασα ἂν αὐτόν, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς σκεπάσῃ τὰ ἐμὰ ἁμαρτήματα. καὶ Σεβῆρος μὲν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τὸ πρῶτον κτίσμα δέδωκε τῷ Ἱπποδρομίῳ. ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος τοὺς περιπάτους, τὰς βαθμίδας, καὶ τὸν λοιπὸν αὐτοῦ καλλωπισμὸν ἔφερεν. ἀπό τε Νικομηδείας, Ἀντιοχείας, καὶ λοιπῶν πόλεων, τὰ ἐν αὐτοῖς ἀγάλματα ἤχθησαν. τηνικαῦτα γὰρ τὸ σέβας αὐτῶν καταλέλυται. ἐν οἷς καὶ πολλὰ περὶ τῶν μελλόντων ἐγγέγραπται. B καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Μάγγανα παρὰ τοῦ μεγάλου κτίζονται Κωνσταντίνου. ἀπέκειντο γὰρ ἐκεῖσε πάντα τὰ πολεμικὰ ὄργανα καὶ αἱ μηχανικαὶ βίβλοι. ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐν τῷ Στρατηγίῳ εὑρὼν τὰς φυλακὰς τοῦ Βυζαντίου, ἐκεῖσε καὶ αὐτὸς ἐφυλάκιζε. καὶ διήρκεσε τοῦτο ἄχρι Φωκᾶ. χήρα δέ τις πατρικία Μαρὴ τοὔνομα, ἐλεήσασα τοὺς φυλακιζομένους δι' ἣν εἶχον δυσωδίαν, τὸν ἑαυτῆς οἶκον δέδωκε τῷ βασιλεῖ χάριν μισθοῦ. καὶ γέγονε τὸ νῦν καλούμενον Πραιτώριον. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

C Κρατεῖ δὲ μετὰ ταῦτα Κωνστάντιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κγ'. οὗτος ἠνάγκαζε τὸν πατριάρχην Ἀλέξανδρον δέξασθαι εἰς κοινωνίαν τὸν Ἄρειον. ὃ δὴ καὶ γέγονεν ἄν, εἰ μὴ τὰ τῆς θείας δίκης προέφθασεν. ὄπισθεν γὰρ τοῦ φόρου τὸν βίον κατέστρεψεν. ἔνυξε γὰρ αὐτὸν ἡ γαστὴρ ἐκεῖσε διερχόμενον. ἐφ' ᾧ καὶ καθίσας, τὰ ἔγκατα αὐτοῦ κάτω διεβίβασεν. οἱ μέντοι ἀνεψιοὶ τοῦ μεγάλου, Γάλλος καὶ Ἰουλιανὸς, ἀναγνῶσται γεγόνασιν ἐν Ἀντιοχείᾳ. ἀλλὰ καὶ ἐκκλησίαν τῷ μάρτυρι Μάμαντι ἔκτιζον. τὸ μὲν παρὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ μέρος ἠδαφισμένον πρωΐας ηὑρίσκετο. ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ Κωνσταντίου Φλαβιανὸς D Ἀντιοχείας διχῇ τοὺς ψάλλοντας διελὼν, τὰ τοῦ Δαβὶδ ψάλλειν ἐκ διαδοχῆς ἐνομοθέτησεν.

Ὁ Κωνστάντιος οὗτος παρὰ τῶν ἀσεβούντων ἀναγκαζόμενος, μετακαλεῖται τοὺς Ἐπισκόπους, ὥστε σύνοδον συγκροτῆσαι κατὰ τῆς ὁμοουσίου Τριάδος. ἀλλ' ἀργεῖ τὸ ἐγχείρημα· νόσῳ γὰρ περιπίπτει δεινῇ. καὶ τὸ ζῆν ἀπογνοὺς, καὶ Εὐζώϊον μετακαλεῖται τὸν Ἀντιοχείας. καὶ διὰ τάχους τὸ θεῖον δεξάμενος φώτισμα, ὡς ὁ Μεταφραστὴς ἱστορεῖ, τηνικαῦτα τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων ὁ μέ-

A γας Κύριλλος ἦν. ὅς δὴ τὸ γράφει τῷ Κωνσταντίῳ, ὅτι ἐπὶ μὲν τοῦ σοῦ πατρὸς ἐπὶ γῆς εὕρηται ὁ σταυρός. ἐπὶ δὲ σοῦ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ πεφανέρωται. κατὰ γὰρ τὸν τοῦ Γολγοθᾶ τόπον περὶ τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας, κατ' αὐτὴν δὲ τὴν Πεντηκοστὴν ὤφθη τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐκ φωτὸς ὑπερλάμπρου κατεσκευασμένον. ὤφθη δὲ οὐχ ἑνὶ τὸ κατὰ φαντασίαν, ἀλλὰ περὶ ὥρας ἱκανὰς καὶ πᾶσι.

Μετὰ δὲ Κωνστάντιον κρατεῖ Ἰουλιανὸς ἔτη β'. μῆνας ζ'. ἐστὶ ὁ κάκιστος πρό γε τῶν τῆς βασιλείας καιρῶν, καθὼς ὁ μέγας διαλαμβάνει Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας, τοῖς πιστεύσασιν ἐναρίθμιος ἦν. B ἠξιώθη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου βαπτίσματος, εἰ καὶ ὕστερον ἀπεδύσατο αὐτὸ δι' αἵματος μιαροῦ, δεισιδαίμονες γεγονότες γνώριμοι τοὺς ὑπέρ γε τῆς ἀποστασίας καθῆκαν λόγους, καὶ λάτριν ἀπέφηναν δαιμονίων ἀκαθάρτων τὸν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ μοναστηρίοις ἐντεθραμμένον. ἔχων τοίνυν εὐφυᾶ τὴν γλῶτταν, κατέθηξεν αὐτὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. τὸ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας.

Τοσοῦτον δὲ μέμηνε κατὰ τῶν ἁγίων, ἡνίκα καὶ μάλιστα πῦρ ἄνωθεν καταρραγὲν τὸ περικαλλὲς ἐκεῖνον προάστειον, C τὴν Δάφνην δηλονότι σὺν αὐτοῖς τοῖς εἰδώλοις κατέκαυσεν, ὡς καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ χαλκοῦν ἀνδριάντα τὸν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Φιλίππου τῇ νῦν Πανεᾷ, δι' ὃν ἡ αἱμορροοῦσα ἤγειρεν, ἀπανθρώπως συντρῖψαι, καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου κατακαῦσαι ἅγια λείψανα, ὀστέοις ἀλόγων παραμίξας αὐτά. ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἰουδαίους κατὰ Χριστιανῶν ὥπλιζε. συνήργει δὲ αὐτοῖς εἰς τὴν τοῦ ναοῦ οἰκοδομήν. εἰ τὸ ἐκωλύθησαν ὑπὸ λαίλαπος σεισμοῦ, καὶ τελευταῖον πυρός. πῦρ γὰρ ἐξ αὐτῶν ἐκπηδῆσαν τῶν θεμελίων, τῆς ὁρμῆς αὐτοὺς ἀνεχαίτιζε.

D Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι ὁ ἀκοντίσας αὐτὸν ἐν Πέρσαις διάγοντα, μέχρι καὶ τήμερον οὐχ εὑρίσκεται. εἰ γὰρ καὶ κατὰ κέλευσιν τῆς ἀειπαρθένου θεοτόκου διὰ τοῦ ἁγίου Μερκουρίου, δεηθέντος τάχα τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἀκοντισθῆναι τὸν παραβάτην εὑρίσκομεν ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Βασιλείου θαύμασιν. ἅπερ ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος γραφῇ παραδοῦναι λέγεται· ἀλλ' οὐκ εὐθέως πείθεσθαι ἄξιον. τίνος ἕνεκεν; ὅτι διὰ τῆς τοιαύτης γραφῆς καὶ ἀρχιερέα τῆς Καισαρέων μανθάνομεν χρηματίζειν τὸν μέγαν Βασίλειον, ἡνίκα διερχόμενος ἦν κατ' ἐκεῖνα τὰ μέρη ὁ κα-

A Cyrillus, vir eximius, qui ad Conſtantium in hæc verba perſcripſit: Patre tuo regnante, crux in terris reperta eſt. Rurſum te regnante crux de cœlo eſt patefacta. Nam in Golgothæ loco, circiter horam diei tertiam, in ipſo * Quinquageſimæ feſto, ſignum crucis conſpectum eſt, de luce quadam fulgentiſſima compactum. Neque tantum ab vno conſpectum eſt, vel per imaginationem quamdam: ſed ab omnibus, & multas quidem in horas.

Cyrillus Hieroſolymitanus Conſtantio.

* Pentecoſtes

Poſt Conſtantium ſucceſſit in Imperio Iulianus, anniſque duobus & ſeptem menſibus eo potitus eſt. Princeps hic nequiſſimus ante initi regni tempora, quemadmodum magnus ille Cyrillus antiſtes Alexan- B drinus commemorat, in numero fidelium erat, ipſum quoque baptiſmum conſequutus, (vtvt deinceps illum per ſanguinem impurum & exſecrandum depoſuit) & egregie ſacris erat in libris exercitatus. Verum deinceps viri quidam ſuperſtitioſi quum familiares ei facti fuiſſent, habitis ad ipſum de fidei deſertione ſermonibus, tamdem perfecerunt, vt qui ſacroſanctis in Eccleſiis & Monaſteriis educatus erat, impurorum geniorum cultor euaderet. Quumque facundus eſſet a natura, linguam ſuam aduerſus Seruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum exacuit: & libros aduerſus religioſum Chriſtianorum cultum tres conſcripſit.

Iulianus Imperator.

Cyrillus Alexandrinus.

Iulianus deſerit religionem Chriſtianam.

C Tanto furore ſanctos oppugnabat, ac præſertim illo ipſo tempore, quo delapſus ignis e cælo pulcerrimum illud Antiochiæ ſuburbium, quod Daphnen vocant, vna cum ipſis ſimulacris exuſſerat: vt aheneam Chriſti ſtatuam, a muliere ſanguinis fluxum perpeſſa collocatam Cæſareæ Philippi, quam nunc Paneadem vocant, inhumaniter confregerit: & ſacras Ioannis Baptiſtæ reliquias, brutorum oſſibus permiſtas, concremauerit. Præterea Iudæos aduerſus Chriſtianos armabat, eoſdemque iuuabat in extructione templi ſui: quamquam in hoc conatu ſunt impediti a vento graui, terræmotu, & igne denique. Nam ignis e fundamentis ipſis quum proſiliiſſet, eos ab opere inſtituto deterruit & retraxit.

D Sciendum eſt autem tibi, dilecte fili, quòd in hodiernum vſque diem nomen illius, qui Iulianum in expeditione Perſica iaculo confixit, ignoretur. Quamquam enim perſcriptum reperiamus in libro de ſancti Baſilij miraculis, quæ magnus ille vir Amphilochius litteris commendaſſe perhibetur, mandato perpetuæ virginis Deiparæ per ſanctum Mercurium, magni Baſilij precibus deſertorem hunc traiectum fuiſſe: non tamen hæc narratio meretur, vt ei continuo fidem adhibeas. Quamobrem iſtuc? quoniam in eodem ſcripto legimus magnum Baſilium Cæſareæ Pontificem id temporis fuiſſe, quum eas regiones Impe-

Ignorari a quo fit traiectus Iulianus.

Amphilochius

rator improbiſſimus contra Perſas expeditione ſuſcepta peragraret.

Gregorius Nazianz.

At vero aliter eximius ille Gregorius cognomento Theologus memoriæ prodidit. Nam ſi Baſilius, hoc ita narrante, in Ponto degebat ſub initium Imperij Valentis, qui aliquanto poſt tempore regnauit, quum Cæſareæ Pontifex eſſet Euſebius: multo minus Iuliano imperante Baſilius Antiſtitis munere fungebatur. De quo ſatis euidenter apparet, Iulianum iter per Cappadociam facientem neque Baſilium iſtic Pontificem reperiſſe, neque ipſius Eccleſiæ minatum eſſe. Conſimili modo nec precatus eſt hoc nomine Deum Baſilius Pontifex, nec ad tollendum e medio deſertorem Mercurius ille Chriſti teſtis fuit ablegatus. quippe ſi hoc pacto res geſta fuiſſet, obſcurum non eſſet in hodiernum vſque diem, a quo Iulianus telo confixus fuerit. Nam iaculo traiectum conſtat, auctore facti prorſus incognito. Quinetiam ſe audiſſe de quodam ſcribit Gregorius ille Theologus, ne ſepulcri quidem participem factum fuiſſe Iulianum, ſed a ſolo ipſius cauſſa ſuccuſſo abſorptum: quæ res, ait, credo ſuppliciorum alterius vitæ quoddam procemium & exordium erat. Multis enim flagitiis exſecrandis deſignatis, annos plus minus XXX natus periit. Ante mortem e Perſide genium quemdam in occidentem ablegauit, vt eius opera celeriter reſponſum acciperet: ſed quod cupiebat, non eſt adſequutus. Nam quum genius in Monachum quemdam, cui Publio nomen eſſet, totos X dies precantem incidiſſet, progredi vlterius non potuit. Itaque re infecta reuerſus ad Iulianum, cauſſam ei longo etiam ex interuallo, multoque clamore ſignificabat. Præterea ſæuus homo, cuius viſcera nulla commiſerationis adfectione mouerentur, mulierculas viuas vaticinandi cauſſa diſſecabat.

Naz. de mortui Iuliani cadauere.

Genius Monachi precibus impeditus.

Iouianus Imperator.

Poſtquam e viuis exceſſiſſet, præclariſſime Iouianus imperio præfuit, qui cunctis a militibus ad hoc delectus: Equidem, ait, hominum pollutorum Imperator eſſe nequeo. Tum omnes exclamare: Chriſtiani ſumus. Poſt octauum Imperij menſem in Cilicia diem obiit, magno ſui apud omnes deſiderio relicto. Poſt Iouianum Valentinianus annis XII imperauit. Is imperium præmij loco diuinitus accepit propterea, quod confeſſionis Chriſti cauſſa fuiſſet a Iuliano exauctoratus. In oriente conſortem Imperij turpiſſimum illum Valentem habuit. Cur enim hunc ſceleratiſſimum non appellemus? quando miſſos ad ſe Conſtantinopoli LXXX viros ex ſacerdotum ordine, legationis obeundæ cauſſa, in naui combuſſit. Quum a Gotthis ei bellum eſſet illatum, a fratre, viro plane diuino, ſuppetias ſibi ferri poſtulabat. Is vero non tan-

Valentinianus Imperator.

Valentis crudelitas.

A κιστος κατὰ Περσῶν τὴν ἐκστρατείαν ποιούμενος.

Ἀλλ᾽ οὐ δοκεῖ ταῦτα καὶ τῷ μεγάλῳ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ. εἰ γὰρ ἐν τοῖς προοιμίοις, καθὼς οὗτός φησι, τοῦ μετὰ ταῦτα κρατήσαντος Οὐάλεντος εἰς Πόντον ἐκάθητο ὁ μέγας Βασίλειος, τοῦ Εὐσεβείου τηνικαῦτα τῆς Καισαρέων χρηματίζοντος ἀρχιερέως, πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἦν ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ. φαίνεται οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οὔτε τὸν μέγαν Βασίλειον εὗρεν ἀρχιερέα διερχόμενος ὁ Ἰουλιανὸς, οὔτε ἠπείλησεν αὐτῷ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ· ἀλλ᾽ οὐδὲ δέησιν ἐκεῖνος τούτου ἕνεκεν ἐποιήσατο, οὔτε μὴν εἰς ἀναίρεσιν ἀπεστάλη τοῦ παραβάτου ὁ Χριστοῦ μάρτυς Μερκούριος. εἰ B γὰρ ταῦθ᾽ οὕτω γέγονεν, οὐκ ἂν ὁ ἀκοντίσας αὐτὸν ἄδηλος ἦν μέχρι καὶ τήμερον. ἀκοντίῳ τινὶ ὁ ἄθλιος βάλλεται, κἂν ὁ ἀκοντίσας ἄδηλος. ὡς δὲ ἐγώ τινος ἤκουσα, φησὶν ὁ Θεόλογος, μηδὲ τῷ τάφῳ προσλαμβάνεσθαι αὐτὸν, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς σεισθείσης δι᾽ αὐτὸν γῆς ἀποσείεσθαί τε καὶ ἀναβράζεσθαι, προοίμιον, οἶμαι, τῆς ἐκεῖθεν κολάσεως. πολλὰ γὰρ μιαρὰ ποιήσας, ὡσεὶ ἐτῶν λ᾽ τελευτᾷ. ἀλλὰ καὶ ἐκ Περσίδος δαιμόνιον στείλας πρὸς δύσιν ἐπὶ τῷ ταχέως ἀγαγεῖν ἀπόκρισιν, ἐσφάλλετο κἀνταῦθα τοῦ C σκοποῦ. τὸ γὰρ δαιμόνιον ὃ στείλας ἐντυχὸν μοναχῷ τινι Πουπλίῳ τοὔνομα προσευχομένῳ ἡμέρας δέκα, διελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη. καὶ ὑποστρέψαν ἄπρακτον, τὴν αἰτίαν ἐβόα καὶ πόρρωθεν. καὶ γυναῖκας δὲ ἀνατέμνων ὁ ἀπάνθρωπος, δι᾽ αὐτῶν ἐμαντεύετο.

Περὶ τοῦ μόρου Ἰουλιανοῦ.

Μετὰ δὲ Ἰουλιανὸν ἐβασίλευσεν ἄριστα Ἰοβιανὸς ἔτος ἕν. ὃς ἐκλεγόμενος ὑπὸ πάντων εἶπεν· οὐ δύναμαι βασιλεὺς εἶναι προμεμολυσμένων ἀνθρώπων. ἐφ᾽ ᾧ πάντες τὸ, Χριστιανοί ἐσμεν, ἔκραξαν. μετὰ μέντοι μῆνας η᾽ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐτελεύτησεν, μέγα πένθος πᾶσιν ἀφείς. μετὰ δὲ τοῦτον Οὐαλεντινιανὸς D ἔτη ιβ᾽. μισθὸν παρὰ Θεοῦ τὴν βασιλείαν λαβὼν διὰ τὸ τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ ἐκβληθῆναι παρὰ Ἰουλιανοῦ τῆς εἰς Χριστὸν ἕνεκεν ὁμολογίας. εἶχε δὲ συμβασιλεύοντα κατά γε τὴν ἀνατολὴν τὸν αἴσχιστον Οὐάλεντα. καὶ πῶς γὰρ οὐ κάκιστος εἴ γε τοὺς ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως σταλέντας πρὸς αὐτὸν π᾽. ἱερατικοὺς ἄνδρας πρεσβείας ἕνεκεν, ἐπὶ πλοίου κατέκαυσεν; οὗτος ὑπὸ Γότθων πολεμούμενος ἐζήτησε τὸν θειότατον ἀδελφὸν αὐτοῦ συμμαχίαν. ὁ δὲ οὐ μό-

νον οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ὠνείδισεν, οὕτως εἰπών. οὐ χρὴ ἀνδρὶ βοηθεῖν πολεμοῦντι Θεόν. Καὶ ὁ μὲν Οὐάλης ἔτη ι' καὶ δ' βασιλεύσας ἀνοσίως, ὑπὸ πολεμίων ἐν ἀχυρῶνι πυρὶ παραδίδοται. ὁ δὲ μοναχὸς ἐκεῖνος Ισαάκιος ἐλέγχων μὲν αὐτὸν, δεσμωθεὶς δὲ παρ' αὐτοῦ, καὶ εἱρκτῇ παραδοθεὶς, ὠσφράνθη ἐν τῇ φυλακῇ τῆς δυσωδείας ἐκκαυθέντος ἐκεῖσε, ὡς εἴρηται. Ὁ μέντοι Οὐαλεντινιανὸς καὶ τὸν ἀγωγὸν ᾠκοδόμησε, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν πόλιν εἰσήγαγεν. οὗτος καὶ Πραιπόσιτόν τινα διὰ τὴν τῆς γυναικὸς Βερονίκης ἀδικίαν ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ κατέκαυσε. τηνικαῦτα ὁ μέγας Μακάριος σκύλακας Ὑαίνης τυφλὰς ἐθεράπευσεν. ἡ γοῦν μήτηρ αὐτῶν δέρμα προβάτου ἤνεγκε τῷ ἁγίῳ δῶρον ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων ἰάσεως.

B

Μετὰ δὲ Οὐάλεντα Γρατιανὸς ὁ υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ ἔτη γ'. τηνικαῦτα καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρᾶγμα ἐξαίσιον γέγονεν. ἡ γὰρ θάλασσα ἐντὸς εἰσῆλθε τοσοῦτον, ὡς καὶ τὰ πλοῖα μεῖναι ἐν ξηρᾷ. συῤῥυέντος δὲ τοῦ λαοῦ τὸ θαῦμα ἰδεῖν, ἀνέδραμεν αὖθις ἡ θάλασσα καὶ τοῦ ὡρισμένου τότε ὑπέρθεν, ὡς ἐντεῦθεν ἀποπνιγῆναι μυριάδας ε'. ἀλλὰ καὶ τὰ μέρη Κρήτης καὶ Σικελίας πάντα σχεδὸν κατεκλύσθησαν, τῆς θαλάσσης ἐπαναδραμούσης καὶ ἐξελθούσης ὡσεὶ στάδια ρ'. καὶ πελάγη τὰ μεγάλα διχῇ τότε διέστησαν, ὡς ἐπὶ βυθοῦ τὰ πλοῖα καθίσαι. καὶ αὖθις ἀνελθεῖν, ἀποκαταστάντος τοῦ ὕδατος. μετὰ τῶν ἄλλων δὲ καὶ ἡ κατὰ Βιθυνίαν Νίκαια ὑπὸ σεισμοῦ κατέπεσεν ἅπασα. τοσοῦτος δὲ φόβος ἦν, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους ἐν ὄρεσι φεύγειν. τοσοῦτον δὲ ὁ Γρατιανὸς τοξότης εὔστοχος ἦν, ὡς ᾄδεσθαι πανταχοῦ, Γρατιανοῦ βέλη φρένας ἔχειν. οὗτος ὁ βασιλεὺς γυναικὸς αὐτῷ προσελθούσης ποτὲ, καὶ τοῦ ὁμοζύγου καταβοώσης, ὅτι πληγὰς ἐπάγει καὶ ῥαβδισμοὺς αὐτῇ, οὐδὲν ὦ γύναι τοῦτο πρός με, ἔφησεν. ἀλλὰ καὶ τὸν ὁμόζυγον αὐτῆς βουλεύεσθαι κατ' αὐτοῦ προσεπειπούσης τοῦ Γρατιανοῦ; πάλιν ἀνταπεκρίνατο. τί σοι πρὸς τοῦτο γύναι;

C

D

Περὶ βασιλέως Θεοδοσίου.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ ὁ μέγας Θεοδόσιος ἔτη ιζ'. ὅρα δὲ νουνεχῶς, ὅτι νικήσαντα τοὺς Γότθους θέλων ὁ Γρατιανὸς αὐτὸν ἐνδῦσαι πορφύραν, οὐχ εὕρισκεν ἰσομήκη αὐτοῦ, διὰ τὸ ὑπερωμίαν εἶναι, εἰ μὴ τὴν τοῦ με-

A tum copias auxiliares denegauit, verumetiam cum exprobratione quadam respondit: Opem hominum cum Deo bellum gerenti ferendam non esse. Quapropter Valens, quum annos decem & quatuor impie regnasset, ab hostibus in palearum tugurio quodam igne concrematus est. Accidit eo tempore, vt Isaacius monachus, qui Valentem obiurgare solebat, eaque de caussa vinctus in custodia detinebatur, fœtorem exusti alio loco Valentis, ceu diximus, in carcere sentiret. Valentinianus aquæductum Constantinopoli condidit, & aquam in vrbem introduxit. Præpositum quemdam, ob Beronicæ mulieri cuidam illatam iniuriam, viuum in circo equestri B combussit. Id temporis magnus ille Macarius Hyænæ catulis cæcis visum restituit. Tum Hyæna catulorum mater pellem ouinam viro sancto pro sanata sobole loco muneris obtulit.

Valentiniani pium responsum.

Isaacius monachus.

Aquæductus Valentiniani.

Macarii miraculum.

Post Valentem Gratianus Valentiniani filius annos III imperauit. Hoc regnante quiddam horrendum Alexandriæ contigit. Nam mare tanto spatio retrocessit, vt etiam naues in sicco subsisterent. Quum autem vulgus hominum confluxisset, spectandi prodigij caussa: rursum mare suum in locum recurrit, & quidem vltra litorum præscriptas metas. Quo factum est, vt aquis hominum ↀↀↀ extinguerentur. Præ- C ter hæc Cretæ Siciliæque regiones propemodum vniuersæ maris inundatione coopertæ sunt, quod extra consueta litora plus minus C stadiis procurrebat. Itidem alij magni maris sinus sic duas in partes diuulsi recesserunt, vt naues in fundo subsiderent, & aqua loco pristino restituta, vicissim emergerent. Recensendum inter alia, quod vrbs Bithyniæ Nicæa terræmotu subruta prorsus corruerit. Tanta quidem mortalium erat trepidatio, vt cuncti ad montes se fuga reciperent. Gratianus autem arte ac dexteritate feliciter sagittandi tantopere valebat, vt ab omnibus vulgo decantaretur: Tela Gratiani mente intelligentiaque prædita esse. Quum mulier quædam aliquan- D do ad Imperatorem accessisset, quæ maritum vociferando accusabat verberibus & flagris pessime ipsam tractantem: Nihil hoc, o mulier, ait, ad me pertinet. Ibi quum ipsa subiecisset, etiam maritum suum aduersus ipsummet Gratianum insidias moliri, denuo respondit: Quid cum ea re tibi negotij est, mulier?

Gratianus Imperator.

Ingens prodigium & calamitas.

50000.

Aquarum illuuies & hiatus.

Nicæa collapsa.

Gratianus sagittandi peritissimus.

Gratiani moderatio.

Post Gratianum magnus ille Theodosius XVII annis Imperio potitus est. Hoc loco diligenter illud etiam obseruabis. Quum Gotthis a Theodosio deuictis, Gratianus eum purpura vellet induere: nullam omnino reperit, quæ ipsius proceritati responderet, præter eam, qua magnus ille Constantinus fuerat vsus. Theodosius enim supra cete-

Theodosius magnus Imperator.

Theodosii proceritas.

ros homines ipsis humeris eminebat. Posteaquam Imperium diuinitus ei traditum in manus fuerat, Gallam sui antecessoris * vxorem sibi matrimonio iunxit. Etenim Placilla iam obierat, ex qua filios Arcadium & Honorium sustulit. Eos quum sacris erudiri litteris vellet, nec quemquam reperiret, qui & philosophus, (hoc est, sapientiæ doctrinæque studiosus) & Philotheus (hoc est, studiosus Dei rerumque diuinarum) pariter esset: ad consortem Imperii, * Romæ degentem, missis legatis, interrogari iussit: ecquem virum talem haberet. Is vero cum Papa sollicite huius rei caussa quadam peruestigatione instituta, neminem alium magis idoneum reperit, quam esset magnus ille Arsenius, qui tum Diaconi munere fungebatur. Quapropter hunc magno Theodosio mittunt, quamquam grauiter idipsum ferentem: quod se disciplinas illas orbiculares ex eo tempore, quo muneri suo præfectus fuisset, neglexisse diceret. Imperator hominem perbenigne ac hilariter excepit, eique filios suos commendauit & tradidit, non vt Imperatores, sed liberorum atque discipulorum loco habendos. Quumque vidisset aliquando suos quidem filios sedentes, qui diademata gestarent, Arsenium vero stantem, eosque docentem, excandescens ait: Egone sic tibi mandaui? Num tu eos Imperatores facis? Eius rei potestas in solius est Dei manu posita. Simul abiectis diadematis: Præstat, inquit, pie mori, quam impie regnare. Secundum hæc Arsenio fugam cum animo suo propterea instituente, quod Arcadium forte verberauerat, isque propter hanc caussam insidias ei strueret, vocem huiusmodi audiuit; Fuge mortales, Arseni, & saluus eris. Hac de caussa quum profugisset, ac Scetam se contulisset, rursus aliam vocem audiuit: Fuge, sile, quiesce. Deinceps vbi ad Imperium Theodosij filij peruenissent, litteris ad eum perscriptis orarunt, vt culpam eis condonaret, Arcadio præsertim, qui magistrum interficere gladiolo voluisset. Quumque magno illi viro significatum hoc etiam ab ipsis foret: Accipe publicas in Ægypto pecunias, & eas arbitratu tuo distribuito: equidem, respondit, huic mundo mortuus sum, nec amplius viuo. Deus tamen vobis ignoscat.

Post hæc secundum Concilium & magnus ille Theodosius eximium virum, Gregorium cognomento Theologum, in Constantinopolis solio collocarunt: tametsi quidam Antistites Ægyptij nonnihil turbarum per inuidiam darent, quæ res Gregorium mouit vt solio sponte sua cederet. Successit in eius locum Nectarius, natione Tarsensis, dignitate prætor: vir admiranda quidem innocentia vitæ præditus, verum ad illud vsque tempus nondum baptizatus. Hic ergo Nectarius ex ordine senatorio delectus, Antistes designatur: Macedonius vero exsecrationis sententiæ subiicitur.

** al. sororem*

Theodosii cura de liberûm educatione.

** Valentinianum II.*

Arsenius Theodosio missus.

Egregium Theodosii factum.

Arsenius Arcadii castigati metu profugit.

Discipuli veniam a magistro petunt.

Nazianzenus fit Patriarcha.

A γάλου Κωνσταντίνου. ἐπεὶ τοίνυν τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ Θεοῦ * ἐγχειρίζετο, ἠγάγετο Γάλλαν τὴν γυναῖκα τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλέως, ἅτε * Γαλλακίδος θανούσης, ἀφ' ἧς ἔτεκεν Ἀρκάδιον καὶ Ὡνώριον. θέλων δὲ τὰ ἱερὰ τούτοις διδάξαι γράμματα, καὶ μὴ εὑρίσκων τινὰ φιλόσοφον ὁμοῦ καὶ φιλόθεον, πέμπει πρέσβεις πρός γε τὸν ἐν Ῥώμῃ συμβασιλεύοντα, εἴπου τοιοῦτον ἔχει τινά. καὶ ὃς συνάμα τῷ Πάπᾳ πολλὴν περὶ τούτου ποιησάμενος ἔρευναν, οὐχ ἕτερον εὗρέ τινα, εἰ μὴ τὸν μέγαν Ἀρσένιον διάκονον τηνι- B καῦτα ὄντα. πέμπουσι λοιπὸν αὐτὸν πρὸς τὸν μέγαν Θεοδόσιον, εἰ καὶ πολλὰ δυσχεραίνων ἦν, διὰ τὸ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι κατὰ τὸν νῶτον ποιήσασθαι. ὃν καὶ ἀσμένως ἐδέξατο, καὶ παρέδωκεν αὐτῷ ὡς τέκνα καὶ μαθητάς, οὐ μὴν ὡς βασιλεῖς, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. ποτὲ γοῦν ἑωρακὼς τοὺς μὲν παῖδας καθημένους μετὰ διαδημάτων, τὸν δὲ Ἀρσένιον ἱστάμενον καὶ διδάσκοντα, μετ' ὀργῆς εἶπεν. οὕτω σοι παρήγγειλα; σὺ αὐτοὺς ποιεῖς βασιλεῖς. Ὁ Θεὸς ἔχει τὴν περὶ τούτων ἐξουσίαν. καὶ ῥίψας τὰ διαδήματα, εἶπε· κρεῖσσόν ἐστι τεθνάναι θεοσεβῶς, ἢ C βασιλεύειν ἀσεβῶς. μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Ἀρσενίου μελετῶντος ἀποδρᾶσαι, ἐπεὶ συνέβη καὶ μᾶλλον ἡ τοῦ Ἀρκαδίου πληγή, καὶ ἡ διὰ ταῦτα ἐπιβουλή, φωνὴ πρὸς αὐτὸν γέγονεν· Ἀρσένιε φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζῃ. φυγὼν δὲ καὶ ἀπελθὼν ἐν Σκήτει, πάλιν ἤκουσε· φεῦγε, σιώπα, ἡσύχαζε. οἱ γοῦν παῖδες βασιλεύσαντες ἔγραψαν αὐτῷ, συγχωρῆσαι αὐτοῖς, καὶ μάλιστα τῷ Ἀρκαδίῳ, ὑπὲρ οὗ ἐβούλετο ἀποκτεῖναι διὰ σπαθαρίου αὐτόν. ὁ μέντοι μέγας ἀκούσας καὶ τοῦτο, λάβε δημόσια Αἰγύπτου, καὶ διάνειμαι ὅπου θέλεις. εἶπεν· ἐγὼ τῷ κόσμῳ ἀπέθανον, καὶ οὐκέτι ζῶ. πλὴν ὁ Θεὸς συγχωρήσαι ὑμῖν.

D Ἡ δευτέρα σύνοδος καὶ ὁ μέγας Θεοδόσιος ἐνίδρυσαν τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως τὸν μέγαν Γρηγόριον. κἂν ἐξ Αἰγύπτου τινὲς ὑπὸ φθόνου ἐταράχθησαν, ἐφ' ᾧ καὶ ἑκὼν ἐξέστη. ἀντεισάγεται δὲ Νεκτάριος, ὁ μὲν γένος Ταρσεύς, τὴν δὲ τῶν Πραιτώρων ἀρχὴν διέπων. ὃς τὸν μὲν βίον θαυμαστός, ἀβάπτιστος δὲ μέχρι τότε. Καὶ ὁ μὲν συγκλητικὸς Νεκτάριος προχειρίζετο, ὁ δὲ Μακεδόνιος ἀναθεματίζετο.

** ἐνεχειρίζετο.*

** Πλακίλλης.*

Περὶ Ἀρσενίου.

A Ἐκ Κωνσταντινουπόλεως τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἀπαίροντος ἐπὶ τὰ κάτω μέρη, στρατιῶται ἐν Θεσσαλονίκῃ εἰσελθόντες διά τινα χρείαν ἀνταρσίαν ἐποίησαν. ἐφ' ᾧ ἀντέστησαν οἱ τῆς πόλεως, καὶ λίθοις ἔβαλον. τοῦ γοῦν βασιλέως ζέσαντος ἐπὶ τούτοις τῷ θυμῷ, καὶ τῷ ἐκεῖσε ἐπάρχοντι τὰ περὶ τούτων ἐπιτρέψαντος, χιλιάδες ζ' ἀνῃρέθησαν. διερχόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Ἐπισκοπὴν Μεδιολάνων, πόλις δὲ Ἰταλίας τὰ Μεδιόλανα, οὐ συνεχωρήθη παρὰ τοῦ θειοτάτου Ἀμβροσίου τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιβῆναι, ἀλλ' ἔμεινεν ἀφωρισμένος μῆνας η', καὶ μόλις B διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν ἐλύθη τῶν δεσμῶν, καὶ εἰς κοινωνίαν ἐδέχθη πρότερον τὰ τοῦ λιβέλλου νομοθετήσας. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ μετὰ ταῦτα οὐ μόνον εἰσελθεῖν ἐνεχωρεῖτο. ἡ γὰρ ἁλουργὶς, ἔφη, βασιλεῖς, οὐ μὴν ἱερεῖς ποιεῖ. ὅθεν ἐπανελθὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ παρὰ τοῦ Νεκταρίου ἐρωτηθεὶς, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ εἰσέρχεται ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, εἶπεν. εἷς Ἐπίσκοπος ὁ Ἀμβρόσιος.

Ὅτε ἡ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀνδριάντων καταστροφὴ γέγονε, τότε οἱ τὰς ἀκρωρείας τῶν ὀρέων οἰκοῦντες μοναχοὶ τὴν οἰκείαν ἐπεδείξαντο C φιλοσοφίαν. κατῆλθον γὰρ, καὶ τοῦ Θεοῦ ἀντελάβοντο, λέγοντες οὕτω πρός γε τοὺς ὑπηρέτας τοῦ βασιλέως. εἴπατε τῷ κυρίῳ ἡμῶν βασιλεῖ. εἰ περὶ τοσοῦτον σὺ ἐπὶ τῇ χαλκῇ εἰκόνι καταστραφείσῃ ἐδυσχέρανες, πῶς οἴει τὸν Θεὸν ἀνεκτῶς ἔχειν τὴν αὐτοῦ ὁρῶντα εἰκόνα κακῶς οὕτω παρὰ σοῦ πάσχουσαν; τηνικαῦτα καὶ ἡ τιμία κεφαλὴ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐν Κωνσταντινουπόλει διεκομίσθη. ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κτισθέντα ναὸν τοῦ Σαράπιδος καθεῖλε Θεόφιλος. ἐν τούτῳ δὲ τῷ ναῷ ξόανον ἦν ἀσχέτως ἀπῃωρημένον. διὰ γὰρ τοὺς κύκλῳ αὐτοῦ τοῦ ξοάνου δηλαδὴ πεπη- D γμένους σιδήρους, καὶ τοὺς κατ' ἀντικρὺ τούτων ἐγκεκολλαμμένους μαγνῆτας, μέσον ἐδάφους καὶ ὀρόφου ἐκρέματο. ἰσοδυνάμως γὰρ τετραμερόθεν ἑλκόμενον, καὶ μὴ ἔχον ὅπου καὶ νεύσειε, μέσον ἐξ ἀνάγκης ἀπῃώρητο.

Ἔθνη ποθὲν ἄπειρα κατὰ τοῦ μεγάλου ἐγείρονται Θεοδοσίου. τί δὲ ἐπὶ τούτοις; γράφει τηνικαῦτα ὁ βασιλεὺς τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας προέδρῳ, ἵνα τὸν κατ' Αἴγυπτον μέγαν Σενούφιον ποιήσῃ πρὸς συμμαχίαν τοῦ βασιλέως ἐλθεῖν. ὁ δὴ οὐ πείθεται. στέλλει δὲ τῷ βασιλεῖ ῥάβδον καὶ μικρὸν αὐτοῦ τριβώνιον. οἷς

Quum autem aliquando magnus ille Theodosius Constantinopoli discedens, ad partes occiduas pergeret: accidit, vt necessariæ cuiusdam rei caussa Thessalonicam ingressi milites, seditionem concitarent. Iis se ciues opponebant, & lapidibus milites petebant. Ob hanc caussam quum Imperator ira efferbuisset, conniuente militum ad furorem loci prætore, septem hominum millia sunt interfecta. Hinc Imperator itinere facto Mediolanum vt peruenit, vrbem Italiæ: diuinissimus Antistes eius vrbis Ambrosius vetuit, quo minus Ecclesiam ingrederetur. Itaque secretus a cætu Christianorum publico totos VIII menses fuit, vixque propter Christi natiuitatem sacris illis vinculis est solutus, & in communionem admissus libello primum de* XXX diebus dictato, & legis vim habere iusso. Quinetiam prohibitus est eodem tempore, ab eodem Ambrosio, quo minus in sacrarium ingrederetur, quum is diceret purpuram Imperatores facere, non sacerdotes. Quo factum est, vt Constantinopolim reuersus Imperator, & a Nectario rogatus, quam ob caussam sacrarium non ingrederetur, his tantum verbis responderet: Vnus Episcopus Ambrosius.

Cædes ciuium Thessalonicæ.

Ambrosii libertas.

*quibus sententiæ capitales suspendi debeant.

Ceterum quo tempore a populo Antiocheno Imperatoriæ statuæ deturbatæ ac euersæ fuerant, homines solitariam vitam in iugis montium exercentes, egregie philosophiam doctrinamque suam declararunt. Nam Deum precati descenderunt, & in hæc verba ministros Imperatoris compellarunt: Hæc Imperatori Domino vestro renuntiate. Si tantopere tu propter euersam imaginem æream indignaris, qui Deum æquo laturum animo censes, si abs te suam imaginem indignum in modum tractari videat? Eodem tempore pretiosum Ioannis Baptistæ caput Constantinopolim perlatum est. Praeterea Theophilus Alexandrinus Antistes Serapidis templum, quod erat Alexandriæ, demolitus est. In eo templo statua quædam erat, quæ ita sursum penderet, vt nulli rei videretur adhærere. Nam quia statuæ ferrum vndique infixum erat, & ferro magnes lapis ex aduerso copiose oppositus: inter pauimentum & tecti laquearia pendebat. Nimirum vi pari quatuor a partibus attrahebatur, quumque nullam in partem vergere posset: necessario harum in medio suspensa manebat.

Antiocheni statuam Imperatricis deiiciunt.

Templum Serapidis euertitur.

Statua pensilis ob magnetem.

Secundum hæc gentes quædam infinitæ contra Theodosium hunc magnum se commouent. Quid heic Imperator? per litteras Alexandrino Antistiti significat, vt magnum illum Senuphium, in Ægypto degentem, auxilio sibi venire iuberet. Appellatus hac de caussa Senuphius, ad Imperatorem proficisci renuit: mittit autem ei baculum, cum lacero suo & attrito palliolo. Quibus

Senuphius vir sanctus.

Baculo & pallio Senuphii vincuntur hostes.

ſane tum galeæ, tum haſtæ loco Imperator vſus, in hoſtes copiis ductis, ſuiſmet eos manibus in fugam coniecit. Tam egregia nimirum facinora pura ſinceraque fides edere conſueuit.

Arcadius Imp.

Poſtquam Theodoſius rebus hamanis exceſſiſſet, filius eius Arcadius XIII annis imperauit. Is quum Xerolophi columnam erexiſſet, in ea ſtatuam ſuam collocauit.

Terræ mugitus.

Eodem regnante ſeptem totos dies terra mugitum edidit, maximoque motu terrarum orbis vniuerſus concuſſus eſt.

Chryſoſtomus Patriarcha.

Poſt Nectarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ gubernacula Ioanni aureo illi oratori, magno cum bono publico ſunt commiſſa. vir erat eloquentiſſimus, & ipſius etiam Libanij, magiſtri ſui teſtimonio commendatus.

Libanius de Chryſoſtomo.

Interrogatus enim, quemnam ſuo loco doctorem diſcipulis præficiendum iudicaret: Ioannem, inquit, niſi Chriſtiani eo nos intercepto ſpoliaſſent. Quippe quum annum ætatis octauum atque decimum ageret, Libanium magiſtrum reliquit, & a Meletio baptiſſatus, lectorque deſignatus, ſolitarios ad ſeceſſus ſeſe coma tonſa recepit. In iis res diuinas edoctus, ad Meletium reuertitur, & Diaconi munus accepit. Inde Flauianus Sacerdotem creat.

Quid obiectum fuerit Chryſoſtomo.

Vnum in eximio viro nonnulli criminabantur, quod in ſubditos grauiore nonnihil ſupercilio vteretur.

Iſidori Peluſiotæ defenſio.

Qua quidem de re magnum hunc virum Iſidorus Peluſienſis, qui eo magiſtro fuit vſus, purgans atque defendens: eum qui aliis præſit, & bonum eſſe debere pronuntiat, & formidabilem. Quamobrem iſtuc? quoniam tum boni, tum mali ſint inter eos, qui ab aliis reguntur. Secundum hęc magnam ad vrbem hanc venit, & in ſolium patriarchicum ſublatus,

Cum Eudoxia contentiones.

Eudoxiæ imperatrici ſemet opponit, eaque de cauſſa multa ſane aduerſa perfert. Nam cum Hebdomum magnus Epiphanius ille veniſſet, præter Ioannis voluntatem multos ſacris initiabat, & conuentus agebat.

Epiphanius alienatus a Chryſoſt.
Eudoxiæ calumnia.

Ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου πρὸς τὸ ἄριστον ἀπῆλθον διὰ τάχους οἱ κάμνοντες, τὸν τοῦ Πρωτομαΐστορου υἱὸν ἀφέντες εἰς φυλακὴν τῶν ἐργαλείων. B εὐθὺς ἀφίσταται ἄγγελος· χολοῦται· πέμπει πρὸς ἐκείνους αὐτόν· ὁ δὴ οὐ πείθεται· ὄμνυσιν ὁ ἄγγελος. μὰ τὴν ἁγίαν Σοφίαν τὴν νῦν κτιζομένην, ἥτις ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀφίσταμαι τοῦ ὧδε, εἰ μὴ λαλήσας ἐκείνους ὑποστρέψῃς. μηνύεται ταῦτα τῷ βασιλεῖ. στέλλεται ἀλλαχοῦ ὁ τῶν ἐργαλείων φύλαξ, χάριν τοῦ μὴ τὸν θεῖον ἐκεῖθεν ἀναχωρῆσαι ἄγγελον. καὶ αὖθις περὶ τὰ τέλη τοῦ κτίσματος, ἀθυμοῦντος τοῦ βασιλέως χρυσίου ἕνεκεν, ἐφίσταταί τις εὐνοῦχος, λέγων αὐτῷ· δός μοι ἀνθρώπους, καὶ παρέξω σοι χρυσίον ἱκανόν. καὶ ὁ μὲν ἀπέρχεται. οἱ δὲ ἀκολουθοῦσιν· ὁρῶσιν οἰκήματα λαμπρά· χρυσίον C ἐπ' ἔδαφος πολύ. λαμβάνουσιν ὡσεὶ κεντηνάρια π', καὶ ὑποστρέφουσιν. ἀπαρτίζεται ὁ τροῦλλος μετὰ βησάλων κούφων πάνυ τῇ· οὐ μὴν κισσυρειδῶν, καθά τινές φασι. τελεῖται τὸ ἔδαφος διὰ μαργάρων ποικιλοχρόων, ὡς ὁρᾶσθαι θάλασσαν ἄντικρυς.

Τὸν δέ γε βασιλέα βουλόμενον, τὸ ἔδαφος, καὶ αὐτὰ τὰ πλάγια καταχρυσῶσαι, κωλύουσί τινες μαθηματικοὶ, λέγοντες ὅτι ἐπ' ἐσχάτων βασιλεῖς ἐλεύσονται πένητες, καὶ ἐκδαφιοῦσιν αὐτά. ὁ δέ γε ἄμβων καὶ ἡ σωλαία, πάνυ λαμπρῶς κατεσκεύαστο· χρόνου γὰρ πάκτον τῆς Αἰγύπτου, εἰς αὐτὰ καταβάλλουσιν· ἤγουν ρ' ρ' τ' ξ' καὶ ε'. ὁ D δὲ ναὸς ἀπαρτίζεται ἅπας, ἐν χρόνοις ἑπτακαίδεκα. μετὰ δὲ ταῦτα, λέγεται τὸν Ἰουστινιανὸν ἀνελθεῖν ἀπὸ τοῦ παλατίου ἄχρι τοῦ Αὐγουστεῶνος ἐν ἅρματι τεθρίππῳ· καὶ εἰσοδεῦσαι μετὰ τοῦ Πατριάρχου Εὐτυχίου, καὶ εὐχαριστῆσαι τῷ Θεῷ, δι' οὗ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐτέλεσε πρὸς τοῖς ἄλλοις. εἶπεν δὲ καὶ τοῦτο. ἐνίκησά σε Σολομών. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ κιστέρνῃ τῇ λεγομένῃ βασιλικῇ, στήλην ἔστησε τοῦ Σολομῶντος ὁ διαληφθεὶς βασιλεὺς ἀφορῶσαν πρός γε τὴν οἰκοδομηθεῖσαν μεγάλην ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ κρατοῦσαν τὴν σια-

γόνα αὐτῆς. ὡς δῆθεν ἡττηθέντος τοῦ Σολομῶντος ἐπὶ τῷ κτίσματι τῆς νέας Ἱερουσαλήμ. καὶ περὶ μὲν τούτου οὕτως.

Ἡ δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐκκλησία, δρομικὴ ξυλόστυλος ἐκτίσθη τὸ πρότερον παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ἐμεγαλώθη δὲ, καὶ ὡς ἔχει νῦν, κατεσκευάσθη παρὰ Θεοδώρας, γυναικὸς Ἰουστινιανοῦ. τὸ δὲ ἅγιον βῆμα ἐκστεείαθη διὰ τὰ ἐν αὐτῷ κείμενα τίμια λείψανα Πατριαρχῶν τε, καὶ Ἀποστόλων.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ ἡ Ὑπαπαντὴ ἑορτάζεσθαι ἤρξατο, ἥτις κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην, οὐκ ἔστιν ἐναρίθμιος ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. ὡς γὰρ ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ πάντα ἐποίησεν, οὕτω καὶ ἐν ἓξ ἑορταῖς τὰ τῆς ἐν σαρκὶ οἰκονομίας ἐπλήρωσε. Τῇ Γεννήσει· τῷ Βαπτίσματι· τῷ Σταυρῷ. τῇ Ἀναστάσει· τῇ Ἀναλήψει· καὶ τῇ Πεντηκοστῇ· λείπεται οὖν ἡ ἑβδόμη, ἐν ᾗ πᾶσα κατάπαυσις.

Τότε καὶ ἡ θάλασσα ἐξελθοῦσα τῶν ὁρίων αὐτῆς ἐπὶ μίλια τρία πρὸς τὰ μέρη τῆς Θράκης, καὶ πολλὰς χώρας καὶ ἀνθρώπους ἀποπνίξασα, ὑπέστρεψε. ὅτε δὲ καὶ θανατικὸν ἀνθρώπων ἐν Κωνσταντινουπόλει γέγονε. τοσοῦτον δὲ ἦν, ὥστε μένειν ἀτάφους τοὺς ἀποθνήσκοντας ἡμέρας γ'. οὐδὲ γὰρ ἦν ὁδὸς διὰ τὸ πλῆθος θάπτεσθαι. ἐπεκράτει δὲ μῆνας, Ἰούλιον καὶ Αὔγουστον. ἐντεῦθεν καὶ πᾶσα ἡ γῆ ἐπώζεσε διὰ τὰ πλύσματα. τοσοῦτον δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀποθνησκόντων ἦν, ὥστε χιλίους κραββάτους τὸν βασιλέα ποιῆσαι, χάριν τοῦ ἀποκομίζεσθαι αὐτούς. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁμάξας πλείστας, καὶ ἡμιόνους ὡσαύτως ἐκέλευσεν ἐπὶ τῇ μετακομιδῇ αὐτῶν ὑπηρετεῖν. ἐπιτεινομένης δὲ τῆς θνήσεως, εἰς τὸν αἰγιαλὸν τοὺς πλείους ἔρριπτον. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τόπος οὐκ ἦν, ἐν ᾧ οὐκ ἔκειντο νεκροὶ ἀπόζοντες. βρονταὶ δὲ καὶ ἀστραπαὶ τοσοῦτον γεγόνασι φοβεραὶ, ὥστε καὶ καθεύδοντάς τινας καυθῆναι. γέγονε καὶ σεισμὸς παγκόσμιος. πᾶσαι γὰρ πόλεις καὶ χῶραι, καταποθῆναι ἐκινδύνευον. καὶ ἡ θάλασσα μίλια β' παρεξέβη. δεύτερος αὖθις σεισμὸς ἡμέρας δέκα, δι' ὅλου σείων, ὡς καὶ τὸν βασιλέα χωρὶς στέμματος διελθεῖν τὴν τοῦ Χριστοῦ γενῶν ἡμέραν. ἕτερον θανατικὸν ἐκ βουβῶνος διαφθεῖρον ἅπαντας, οὐχ ἧττον τοῦ προτέρου μῆνας δ'. καὶ πάλιν ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμὸς ἐπὶ ὥραν μίαν, καὶ χιλιάδες ε' συνεπόθησαν. καὶ εἰ μὴ κατὰ τὸν ὄνειρον ὃν εἶδέ τις, ἔγραψαν ἐν τοῖς προθύροις, Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, στῆτε, πᾶσα ἡ πόλις συνεχώθη.

A lamque suam comprimentem : quo significaretur, hoc ædificio nouæ Hierosolymæ Solomonem esse superatum.

Cæterum Ecclesiæ sanctorum Apostolorum trulla lignea versatilis a magno quidem Constantino primum est condita : verum & amplior facta, & ita exstructa est, vti modo conspicitur, a Theodora Iustiniani coniuge. Sacra tamen ara propterea relicta fuit, quod istic venerabiles Patriarcharum & Apostolorum reliquiæ sint conditæ. Theodoræ structura.

Scito etiam, dilecte fili, festum quod Hypapanta dicitur, illis primum temporibus institutum fuisse; quod ceteroqui de Ioannis Chrysostomi sententia, inter festa Domini non recensetur. Hypapantæ festi initium. B Quemadmodum enim sex diebus omnia condidit, sic etiam sex festis ea complecti Deus voluit, quæ Christus per administrationem in carne sua effecit. Sex Christo sacra festa. Ea vero sunt, Natiuitas, Baptismus, Crux, Resurrectio, *Adsumtio, & Quinquagesima. * Ascensio Pentecoste Restat festum septimum, quod omnem requietem habebit.

His annis etiam mare suos egressum limites ad tria milliaria versus Thraciam, agris & hominibus multis oppressis, ad loca pristina rediit. Maris eluuies. Sequuta est Constantinopoli tanta tamque dira pestis, vt mortui triduum insepulti manerent. Pestis. Nec enim vlla se via ratiove sepeliendi eos offerebat, ob morientium multitudinem. Grassata est continuis Iulio & Augusto mensibus. C Hinc factum, vt propter cadauera tota regio fœteret. Tam copiose autem homines passim extinguebantur, vt Imperator mille grabatos ac feretra fieri curaret, quibus cadauera exportarentur. Præterea mandauit, vt plurimi currus ac muli cadaueribus iisdem efferendis seruirent. Verum peste magis etiam inualescente, complures in littus eiiciebant. Vt vno denique verbo rem complectamur, nullus restabat locus, in quo cadauera tam fœtentia non iacerent. Simul exstitere tam horrenda tonitrua fulguraque, vt etiam nonnulli dormientes cremarentur. Horrenda tonitrua. Accessit terræmotus : per omnes se partes orbis extendens : quo durante ciuitates omnes atque regiones in metu erant, ne absorberentur. Terræmotus. D Hinc rursum ad duo milliaria suos extra fines mare procurrit, alterque terræmotus vrbem dies decem ita succussit: vt Imperator ipse Nataliciis Christi sine corona per vrbem incederet. Sequuta pestis alia, quæ totis quatuor mensibus nihilo mitius per bubones passim vniuersos perimebat, ac prior illa fecerat. Iterum quoque terræmotus Antiochiam corripuit ad vnius horæ spatium, quo Iↄↄ hominum vna sunt absorpta. 5000. Antiochiæ clades. Quod si de somnij cuiusdam sententia, quod oblatum alicui per quietem fuerat, in ædium vestibulis hæc verba non perscripsissent : Christus nobiscum, state: ciuitas vniuersa ruinis oppressa fuisset.

Cometa. Conspectus est & cometes ad vigesimum A vsque diem, neque magno temporis interiecto spacio sidera visa sunt a vespera vsque ad matutinum tempus discursitare: ita vt omnes ea decidere dicerent. Deinde sol (Sol absque radiis.) absque radiis instar lunæ fulsit. Venit id temporis ab occidente vir quidam, qui passim pagos percursitabat, & canem fuluum atque cæcum habebat, qui iussus a circulatore quædam prodigiosa faciebat. (Impudici puniti.) Præterea quum reperti quidam essent illicitis vtentes amplexibus, tamquam in triumpho per vrbem, veretris prius amputatis, ducti sunt. Horum in numero quidam magnates & Pontifices erant, qui hoc modo (Cetus captus, qui Porphyrius dicebatur.) circumducti, misere vitam finiebant. Eodem B tempore captus est ingens ille cetus, qui oram Byzantinam totos annos quinquaginta vexauerat. Nam & naues demergere consueuerat, & homines perdere. Datum ei nomen erat Porphyrij. Quum autem delphinos aliquando persequeretur, in vligine mari vicina, delphinis se ad terram eiicientibus, hæsit. Quapropter captus est, quamquam ante id temporis visus fuisset omni conatu & machinatione superior esse. Longitudinem habuit XXX cubitum, latitudinem X, quemadmodum Procopius ille Cæsariensis scripsit.

Tunc & Serum telæ, nimirum metaxa, ceperunt apud Romanos elaborari. Nam vt ille ipse, cuius mentionem faciebamus modo, Procopius indicat, aduehebatur quidem metaxa per mercatores Constantino- C polim, sed ignorabatur quomodo fieret, nemine præterea sciente, vermium illas telas esse. Monachi autem duo ex India quum (Sericum apud Romanos fieri cœptum.) venissent, originem metaxæ declararunt: policiti, se fœtum illorum vermium, oua perexigua scilicet, allaturos: Romanisque monstraturos, quemadmodum illa fouendo animata, in vermes mutentur, metaxamque texant. Hoc vbi præstitissent, magnis ab Imperatore muneribus ac beneficiis adfecti sunt.

(V. Concilium.) Eo regnante, quintum quoque Concilium coactum celebratumque fuit, in quo facta est Origenis exsecratio, quamquam impia illius dogmata iam olim vigerent. Eo- D dem modo damnatæ sunt Theodoreti pro Nestorio defensiones, & Ibæ ad Maren Persam scriptæ litteræ, quibus inter alia continebatur, Deum Sermonem ex virgine perpetua natum non esse.

(Quibus temporibus atque locis celebrata Concilia.) Volo te autem scire, dilecte fili, anno Constantini Magni vigesimo, primam Nicææ Synhodum coiuisse, ad quam CCCXIIX sacri patres conuenerint. Et præfuere Siluester Papa Romanus, Metrophanes Constantinopolit. Alexander Alexandrinus, Eustathius Antiochenus, & Macarius Hierosoly- (Arius in primo damnatus.) morum Antistes. Conuentum fuit Arij caussa, Deum Sermonem adficientis ignominia,

Ἐφάνη καὶ κομήτης ἡμέρας κʹ, καὶ μετὰ χρόνον τινὰ γέγονεν ἀστέρων δρόμος ἀφ᾽ ἑσπέρας, ἕως πρωῒ, ὡς πάντας λέγειν ὅτι πίπτουσιν οἱ ἀστέρες, εἶτα ὁ ἥλιος ἔλαμψε χωρὶς ἀκτίνων, ὥσπερ καὶ ἡ σελήνη. τότε δὴ καὶ ἄνθρωπος ἦλθεν ἀπὸ δύσεως κωμοδρόμος, ἔχων κύνα ξανθὸν καὶ τυφλὸν, ὃς παρὰ τοῦ κωμοδρόμου κελευόμενος ἐποίει θαυμάσιά τινα. καὶ ἀθεσμοκοῖταί τινες εὑρεθέντες ἐθριαμβεύθησαν καυλοτομηθέντες, μεγιστᾶνες ὁμοῦ καὶ ἀρχιερεῖς, καὶ οὕτω περιαγόμενοι οἰκτρῶς ἐτελεύτησαν. Κατ᾽ ἐκεῖνο δὲ καιροῦ, καὶ τὸ μέγα κῆτος ἑάλω, τὸ εἰς ἐνιαυτοὺς τὴν Βυζαντίαν κατατρύχον νʹ. τάς νῆας τε γὰρ κατεβύθιζε, καὶ τοὺς ἀνθρώπους διέφθειρεν, ᾧ ὄνομα Πορφύριος, ποτὲ γοῦν δελφῖνας διώκων ἐν παραλίῳ κατεσχέθη τέλματι, τῶν δελφίνων περὶ τὴν γῆν ἐκπηδησάντων. καὶ οὕτως ἁλώσιμος γίνεται, ὁ πάσης ἀνώτερος μηχανῆς ὁρώμενος τὸ πρότερον. μῆκος μὲν, πήχεις λʹ. εὖρος δὲ, πήχεις δέκα κατὰ τὸν Καισαρέα Προκόπιον.

Τότε δὴ καὶ τὰ τῶν σηρῶν νήματα, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ μετάξα, παρὰ Ῥωμαίοις ἤρξατο γίνεσθαι. κατὰ γὰρ τὸν διαληφθέντα Προκόπιον, ἤγετο μὲν ἡ μετάξα δι᾽ ἐμπόρων ἐνταῦθα. οὐκ ἐγίνωσκε τοδὲ, οὐδ᾽ ὅπως γίνεται, οὐδ᾽ ὅτι σηρῶν νήματά ἐστι. μοναχοὶ δὲ δύο τινὲς ἐξ Ἰνδίας ἐλθόντες, τὴν γένεσιν αὐτῆς διηγήσαντο, καὶ ὑπισχνοῦντο κομίσαι τὸν τῶν σκωλήκων ἐκείνων γόνον, ὠὰ ὄντα καὶ πάνυ σμικρά. δεῖξαί τε Ῥωμαίοις, ὅπως ἐκεῖνα ζωογονοῦνται θαλπόμενα. καὶ εἰς σκώληκας μεταβάλλονται, καὶ ὅπως δημιουργοῦσι τὴν μετάξαν. ὃ δὴ καὶ πεποιήκασι, πολλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως εὐεργετηθέντες.

Ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλείας, καὶ ἡ εʹ σύνοδος γέγονεν, ἀναθεματίσασα τὸν Ὠριγένην, εἰ καὶ πάλαι ἤκμαζε τὰ ἀσεβῆ τούτου δόγματα. προσέτι δὲ καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ Νεστορίου τοῦ Θεοδωρήτου συνηγορίας, καὶ τὴν τοῦ Ἴβα ἐπιστολὴν, ἣν πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην ἔγραψε λέγουσαν, μὴ τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς ἀειπαρθένου γεννηθῆναι.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου γέγονεν ἡ ἐν Νικαίᾳ πρώτη σύνοδος, ὑπὸ πατέρων ἁγίων τιηʹ. ὑπῆρχον δὲ προεξάρχοντες τῆς συνόδου ταύτης, Σίλβεστρος Πάπας Ῥώμης, Μητροφάνης Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας, Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, καὶ Μακάριος Ἱεροσολύμων. συνῆλθον δὲ κατὰ Ἀρείου, βλασφημοῦντος τὸν Θεὸν λόγον,

καὶ κτίσμα λέγοντος αὐτὸν, καὶ ἑτερούσιον τοῦ πατρὸς· καὶ ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. ὃν καταλύσασα ἡ ἁγία σύνοδος, τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐκράτυνεν. A

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, γέγονεν ἡ δευτέρα σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπὸ πατέρων ἁγίων ρν', κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου. ὅτε καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος τῆς ἐκκλησίας ἐξεβλήθη. ὑπῆρχον δὲ προεξάρχοντες τῆς συνόδου ταύτης, Τιμόθεος Ἀλεξανδρείας, Μελέτιος Ἀντιοχείας, Κύριλλος Ἱεροσολύμων, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Δάμασος Πάπας Ῥώμης, οἵτινες ἀνεθεμάτισαν Μακεδόνιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημοῦντα, καὶ σὺν αὐτῷ Σαβέλλιον καὶ Ἀπολινάριον τὸν τῆς Λαοδικείας πρόεδρον. B

Ἐν δὲ τῷ ιγ' ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, γέγονεν ἡ ἐν Ἐφέσῳ τρίτη σύνοδος. ὑπῆρχον δὲ οἱ τῆς συνόδου ταύτης προκαθήμενοι Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, Κελεστῖνος Πάπας Ῥώμης, Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων. συνῆλθον δὲ κατὰ Νεστορίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, παρόντος καὶ αὐτοῦ ἐν Ἐφέσῳ, καὶ λέγοντος, μὴ θεοτόκον ἀληθῶς τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι. τότε καὶ οἱ ζ' παῖδες, ἀνέστησαν οἱ ἐπὶ Δεκίου κοιμηθέντες. C

Ἐπὶ δὲ Μαρκιανοῦ βασιλέως, γέγονεν ἡ δ' ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος, ὑπὸ πατέρων ἑξακοσίων κ'. ἧς ἡγοῦντο Λέων Πάπας Ῥώμης, Ἀνατόλιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων. συνῆλθον δὲ κατὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου, λεγόντων μὴ εἶναι τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ὁμοούσιον ἡμῖν. ἀλλ' ἐκ δύο μὲν φύσεων τὴν ἕνωσιν γενέσθαι. μίαν δὲ ἀποτελεσθῆναι μετὰ τὴν ἕνωσιν· μυθολογούντων δὲ καὶ φαντασίᾳ φορῆσαι τὴν σάρκα τὸν κύριον. καὶ τῇ θεότητι πάθημα προσνεμόντων. οὓς καθελόντες ὡς βλασφήμους, ἀνεθεμάτισαν· καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ, ἀφθάρτους καὶ ἀτρέπτους σαφῶς ἐθεολόγησαν. D

Ἐν δὲ τῷ ιδ' ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ μεγάλου ἐν Κωνσταντινουπόλει γέγονεν ἡ σύνοδος ὑπὸ πατέρων ρ' ξε'. ἡγοῦντο δὲ ταύτης, Εὐτύχιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἀπολινάριος Ἀλεξανδρείας, Δόμνος Ἀντιοχείας, Βιγίλιος Πάπας Ῥώμης. συνῆλθον δὲ κατὰ Σεβήρου, τοῦ Ἀκεφάλου, καὶ τοῦ ματαιόφρονος Ὠριγένους. ἐληρώδει καὶ γὰρ τὰς ψυχὰς προϋπάρχειν τῶν σωμάτων, τήν τε μετεμψύχωσιν ἐδόξαζε· καὶ τέλος εἶναι τῆς κολάσεως ἔλεγε· καὶ τὴν τῶν δαιμόνων εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκα-

quem creatum quoddam esse diceret, & a natura essentiaque patris alienum. Addebat fuisse tempus, quum ille non existeret. Itaque sacrum hoc concilium Ario deiecto & abdicato, rectam fidei sententiam confirmauit.

Rursus anno Imperij Theodosij magni secundo, synhodus altera Constantinopoli a centum & quinquaginta sanctis patribus est celebrata, contra Macedonium sancti spiritus oppugnatorem. Eo durante concilio, Gregorius ille Theologus hac Ecclesia spoliatus & eiectus est. Præsidebant Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hierosolymitanus, Gregorius Theologus Constantinopolitanus, & Romanus Papa Damasus: qui Macedonium exsecrati sunt, hominem aduersus spiritum sanctum contumeliose ac impie loquutum, itemque Sabellium, & Apolinarium Laodiceæ Antistitem. II. Synhodus

Hinc anno Imperij Theodosij minoris XIII concilium tertium Ephesi habitum est, quo in concilio præsidebant Cyrillus Alexandrinus, Celestinus Papa Romanus, Iuuenalis Hierosolymitanus. Conuenere patres aduersus Nestorium Constantinopolis Pontificem, qui Ephesi præsens aiebat, sacrosanctam virginem Mariam vere Deiparam nec esse, nec dici posse, Tunc & septem illi pueri sunt experrecti, qui sub Decio consopiti obdormierant. III. Synhodus.

Deinceps imperante Marciano, quarta synhodus IↃCXX patrum Chalcedone coiuit, cuius præsides erant, Leo Papa Romanus, Anatolius Constantinopolitanus, Iuuenalis Hierosolymorum, Antistites. Collecta fuit aduersus Eutychem & Dioscorum: qui Domini carnem cum nostra negabant eiusdem esse tum essentiæ tum naturæ. Nimirum volebant duabus quidem ex naturis vnionem factam esse: verum deinceps post vnionem, naturam vnam effectam fuisse. Fabulose nugabantur iidem, Dominum imaginarie carnem gestasse: ac præterea passionem diuinitati attribuebant. Hos ergo tamquam blasphemos ordine motos exsecrati sunt, diuinitusque censuerunt, naturas duas in Christo incorruptibiles & immutabiles existere. IV. Synhodus.

Secundum hæc anno regni Iustiniani magni decimo quarto, Constantinopoli quinta synhodus a CLXV patribus est celebrata, cui præerant Eutychius Constantinopolitanus, Apolinarius Alexandrinus, Domnus Antiochenus, Vigilius Romanus Papa. Seueri caussa conuentus hic institutus fuit, qui Acephalus dicebatur, itemque praue sentientis Origenis. Nam is nugaciter admodum tradidit, animos ante corpora existere, deque corporibus aliis in alia migrare: finem suppliciorum aliquem fore: malos genios in pristinum statum aliquando resti- V. Synhodus

Seuerus Acephalus.

Origenis errores.

tutum iri: corpora nostra non eadem resurrectura. Paradisum quoque trahebat in allegoricum sensum, quippe quem sensilem fuisse negaret, adserendo etiam Adamum in carne formatum non esse.

VI. Synhodus.

Dehinc Pogonato Constantino imperante, sexta synhodus exstitit Constantinopoli, patrum omnino CCLXXXV. Confirmarunt isti hoc in concilio quinque celebratarum hactenus sacrarum synhodorum decreta, sectamque Monotheletarum exsecrati sunt, duas esse voluntates naturales & operationes in Christo adserentes: Sergium denique ac Pyrrhum, itemque Honorium Romanum Antistitem sacris ordinibus summouerunt.

Monotheletæ.

VII. Synhodus.

Tandem sub Constantino, Constantini Copronymi nepote, ac matre ipsius Irena, collecta fuit altera Nicææ synhodus, in qua patres comparuere CCCIIX, vt sacras imagines erigerent, & Christianorum accusatores confutarent, qui propterea criminabantur eos, tamquam simulacrorum adoratores, quod imagines sacras colerent. Definiuerunt autem, venerandam crucem vna cum religiosis imaginibus adorari debere, ac imaginum Christique oppugnatores compescendos esse.

Iustiniani statua.

Ceterum his cognitis, illud etiam scito, dilecte fili, quod videlicet Iustinianus magna illa Dei Ecclesia condita, suam quoque statuam columna sublimi collocauerit, læua manu globum insignitum cruce continentem, quo significatur, eum per fidem in Christum, totius terrarum orbis Imperio potitum esse, qui & ipse globi formam refert: dextram vero orientem versus extendentem, quasi Persis minitetur, eosque iubeat esse tranquillos, nec ad vrbem propius accedere: quod illud ipsis detrimento sit futurum. Quum autem Imperator annos iam XXXVIII rerum potitus fuisset, profiteri cœpit, Domini corpus interitus ac naturalium adfectionum prorsus expers fuisse: itaque cibis ac potu ante resurrectionem vsum, vti post ipsam quoque passionem vesci consueuerit. Quumque non probaret hæc Eutychius Patriarcha, Iustinianus eum Amasiam relegauit, vnde Constantinopolim venerat.

Iustiniani error.

Eutychii relegatio.

Iustinus II. Imp.

Post Iustinianum, Iustinus, eius sorore natus, tredecim annos imperauit. Is extra vrbem palatio, & ipsa in vrbe portu condito: illud quidem Sophiana nuncupauit, hunc vero Sophiæ portum, de Sophiæ coniugis nomine: quæ sane admirandæ virtutis mulier coactis vndecunque pignoribus, quum vsuras de suo fœneratoribus numerasset, Dominis ea suis restituit. Erat id temporis Iudæus quidam vitri conflator, qui filium suum propterea, quod Christianis se pueris coniunxisset, deque mystica mensa comedisset, in fornacem coniecit. Puer tamen

Sophiæ virtus.

A πάσασιν· καὶ τὰ σώματα δὲ ἡμῶν μὴ ἀνίστασθαι ταὐτὰ ἐν τῇ ἀναστάσει. τὸν παράδεισον ἠλληγόρει, μήτε γὰρ αἰσθητὸν αὐτὸν ἔλεγεν εἶναι. μήτε μὴν ἐν σαρκὶ πλασθῆναι τὸν Ἀδάμ.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, γέγονε σύνοδος ἡ ϛ', ἀπὸ σ' π' ε' πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει. βεβαιωσάντων μὲν καὶ τὰ δόγματα τῶν προλαβουσῶν ἁγίων ε' συνόδων. ἀναθεματισάντων δὲ, καὶ τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν, καὶ δύο θελήσεις φυσικὰς καὶ ἐνεργείας ἐν Χριστῷ βεβαιωσάντων· καὶ καθελόντων Σέργιον καὶ Πύῤῥον, ὡσαύτως δὲ καὶ Ὀνώριον Ῥώμης.

B Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου ἐγγόνου Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου, καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ, γέγονεν ἡ ἐν Νικαίᾳ ἡ δευτέρα σύνοδος, ἀπὸ πατέρων τ' η', ἐπὶ ἀναστηλώσει τῶν ἁγίων εἰκόνων, καὶ καθαιρέσει τῶν Χριστιανοκατηγόρων, οἳ διέσυρον τοὺς Χριστιανοὺς ὡς εἴδωλα τάχα προσκυνοῦντας τὰς ἁγίας εἰκόνας. διωρίσαντο λοιπὸν οἱ πατέρες οὗτοι, τὸν τίμιον σταυρὸν καὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας προσκυνεῖσθαι. τοὺς δὲ εἰκονομάχους ἢ χριστομάχους, ἐκ μέσου ποιήσαντες.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν ὁ Ἰουστινιανὸς ἀνεγείρας, ἔστησε καὶ τὴν στήλην αὐτοῦ ἐν ὑψηλῷ κίονι, τῇ μὲν ἀριστερᾷ
C χειρὶ κρατοῦσαν σφαῖραν μετὰ σταυροῦ, ἀφ' οὗ δηλοῦται ὅτι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἐγκρατὴς γέγονε τῆς γῆς. σφαιροειδὴς καὶ γὰρ ἡ γῆ. τὴν δὲ δεξιὰν χεῖρα κατ' ἀνατολὴν ἀναπεταμένην ἔχουσαν, καὶ ἐπαπειλοῦσαν, ὥσπερ τοῖς Πέρσαις καὶ παρεγγυῶσαν ἡσυχῇ μένειν. καὶ μὴ χωρεῖν ὅλως ἐνταῦθα. οὐδὲ γὰρ συμφέρει αὐτοῖς. Ἐν δὲ τῷ λη' ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὁ βασιλεὺς ἤρξατο ἄφθαρτον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα ἔλεγειν εἶναι, καὶ τῶν φυσικῶν παθῶν ἀνεπίδεκτον. καὶ οὕτως ἐσθίειν πρὸ τοῦ πάθους καὶ πίνειν, καθὰ δὴ καὶ μετὰ τὸ πάθος. ἀλλὰ καὶ τὸν πατρι-
D άρχην Εὐτύχιον, μὴ καταδεχόμενον ταῦτα, ἐξορίζει ἐν Ἀμασείᾳ, ὅθεν καὶ ὥρμητο.

Μετὰ δὲ Ἰουστινιανὸν Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, ἔτη ιγ'. οὗτος κτίσας παλάτιον ἔξω τῆς πόλεως, καὶ λιμένα ἐν αὐτῇ τῇ πόλει. τὰ μὲν, Σοφίας ἐκάλεσε· τὰ δὲ Σοφιανάς, εἰς ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας. ἡ θαυμαστὴ αὕτη Σοφία ἐπισυνάξασα εἴπου ἦσαν ἐνέχυρα κείμενα τοῖς δεσπόταις ταῦτα δέδωκε· τὰ γὰρ δάνεια τοῖς δανείσασιν ἐπληρώσατο οἴκοθεν. Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀνεφάνη καὶ ὁ ὑελεψὸς Ἰουδαῖος, ὁ τὸ παιδίον αὐτοῦ διὰ τὸ ἑνωθῆναι Χριστιανοῖς παιδίοις, καὶ φαγεῖν ἀπὸ τῆς μυστικῆς τραπέζης, βαλὼν εἰς τὴν κάμινον, εἰ καὶ

οὐκ

ἐφλέχθη τῆς θεοτόκου φυλαξάσης αὐτὸ κατὰ δὴ τὸ παιδίον διεβεβαιοῦτο. ταύτη τοι καὶ τοῦ τοιούτου θαύματος διὰ τοῦ πατριάρχου Μηνᾶ γνωρισθέντος τῷ βασιλεῖ, μετακαλεῖται ὁ Ἰουδαῖος. πολλὰ τοίνυν παραινεθεὶς καὶ μὴ πεισθεὶς, τῆς οἰκείας ἀποστερεῖται ζωῆς, ὡς φονεὺς τοῦ ἰδίου παιδός. γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ διαληφθέντος βασιλέως Ἰουστίνου δὴ τοῦ Θρακὸς, ἡμέρᾳ γ', ὥρᾳ ε', πίπτει ὁ τροῦλλος τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ συνετρίβη ὁ ἀξιοθαύματος ἄμβων, ἡ πολύτιμος σωλαία, καὶ τὸ πολυποίκιλον ἔδαφος· ζητεῖ τὴν αἰτίαν ὁ βασιλεύς. μανθάνει πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο, ὅτι διὰ τὸ ὑπερμήκη γενέσθαι τὸν τροῦλλον ἐπὶ τὸ πανταχοῦ ὁρᾶσθαι αὐτὸς ἑαυτὸν βαστάζειν οὐκ ἠδύνατο. ὅθεν ἀναγείρεται αὖθις. πεδινὸς δὲ λειπόμενος πρὸς τὸ πρότερον ὕψος, ὀργυιῶν ιε'.

Μετὰ δὲ Ἰουστῖνον, Τιβέριος ὁ Θρᾷξ ἔτη δ'. μετὰ δὲ τοῦτον, Μαυρίκιος ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ καὶ Καῖσαρ, ἔτη κ'. Οὗτος ἔκτισε τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει ναὸν τῶν ἁγίων μ'. ἐφ' οὗ παιδίον ἐγεννήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, χωρὶς ὀφθαλμῶν καὶ χειρῶν. πρὸς δὲ τὸ ἰσχίῳ, ἰχθύος οὐρὰ προσφυὴς αὐτῷ ὑπῆρχε. καὶ κύων ὡσαύτως ἑξάπους, λεοντοκέφαλος. καὶ ἐν τῇ Θρᾴκῃ δύο παιδία ἐγεννήθησαν, ὧν τὸ μὲν τετράπουν. τὸ δὲ, δικέφαλον. λέγουσι δὲ μὴ προσημαίνειν ἀγαθὰ ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα τίκτονται. ἐφάνησαν δὲ καὶ ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ, ἡλίου ἀνατέλλοντος, ἀνθρωπόμορφα δύο ζῶα, ἀνήρ τε καὶ γυνή. ἅπερ καὶ Σειρῆνες προσαγορεύονται, ἡδύφθογγα πάνυ καὶ θανατηφόρα, ἀνθρωποπετεινόμορφα. ὁ δὲ λαὸς μετὰ τοῦ ἐπάρχου θαυμάζοντες, ὥρκιζον αὐτὰ μὴ ἀναχωρῆσαι, πρὶν ἂν ἅπαντες ἐμφορηθῶσι τῆς παραδόξου θέας αὐτῶν. ὅθεν καὶ μείναντα μέχρις ὥρας θ, κατέδυσαν εἰς τὸν ποταμόν.

Ἐκεῖθεν δὲ κροκόδειλοι ἐξῆλθον, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων διέφθειραν. Ὁ δὲ κροκόδειλος ἰχθυόθηρ μέγας ἐστὶ τετράπους, τὴν μὲν ῥάχιν μέλας, τὴν δὲ γαστέρα λευκὸς, τὸ στόμα φθάνον ἄχρι τῶν ὤμων, τὴν ἄνω γένυν κινῶν, καὶ τὴν οὐρὰν τραχύς. ἀναιρεῖ δὲ τοῦτον πολλάκις ἡ Ἴδρις λεγομένη, ἐν τῷ αὐτῷ ποταμῷ τυγχάνουσα, καὶ μορφὴν ἔχουσα κυνός. τοιουτοτρόπως δὲ. τὸ στόμα

A haudquaquam flammis absumtus est, ipsa eum Deipara conseruante incolumem, vti quidem adfirmabat. Itaque tanto prodigio per Menam Patriarcham Imperatori exposito, Iudæus arcessitur: quumque multis exhortationibus factis, ad meliorem mentem reuocari non posset, tamquam suæ sobolis interfector, vita priuatur. Illud etiam velim animaduertas, anno secundo Imperatoris, cuius nunc mentionem facimus, Iustini Thracis, die tertio, hora quinta, trullam magnæ Dei Ecclesiæ collapsam, quo casu attrita fuerint, dignum illud admirationis suggestum, solea maximi pretij, & varium denique pauimentum. Eius rei caussam quum Imperator indagaret, hoc etiam inter cetera B deprehendit, trullam propterea, quod ingentis altitudinis esset, vt vbiuis locorum conspiceretur, seipsam gestare non potuisse. Quapropter operam dedit Imperator, vt de nouo exstrueretur: ita tamen, vt prioris sublimitatis respectu, tantum non campestre solum æquare videretur, ad orgyas XV excitata.

Miraculum seruati pueri.

Trullæ ruina.

Post Iustinum Tiberius, Thracia & ipse oriundus, quatuor annis rebus præfuit. Tiberio Mauricius gener successit, Cæsar ante declaratus, annisque viginti totis imperauit. Is templum XL sanctorum Constantinopoli condidit. Natus est etiam ipso regnante puer Constantinopoli, qui oculis C manibusque carebat, cauda piscina ad coxendices naturaliter adhærente. Præterea canis, sex pedes, & leoninum caput habens. Item duo in Thracia infantes, quorum vnus quadrupes erat, alter biceps. Perhibent autem, iis vrbibus, in quibus huiusmodi fœtus nascantur, minime fausta portendi. Conspecta sunt etiam in amne Nilo sole primum oriente, duo quædam animalia, formam humanam referentia, viri vnum, mulieris alterum: Sirenes appellari solent, blandis quidem illa vocibus vtentia, sed plane lethifera, speciem quamdam humanæ ac volucrum ex æquo consimilem præbentia. Quæ vbi conspici cœpissent, populus vna cum præfecto stupore quodam correpD ti, per adiurationem adstrinxerunt, ne prius discederent, quam vniuersi tam raro se spectaculo exsaturassent. Ita factum, vt ad nonam vsque horam commorata, deinceps fluuio se mergerent.

TiberiusThrax Imp.

Mauricius Imp.

Portenta.

Sirenes conspectæ.

Hinc crocodili egressi sunt, plurimosque mortales neci dederunt. Est autem Crocodilus bellua quædam pisci consimilis, ingens, quadrupes, dorsi spinam nigram habens albo ventre, diducto & hianti prorsus ore ad humeros vsque, maxilla superiore mobili, cauda insigniter aspera. Non raro ab animali quodam interficitur, quod Hidrym vocant, & in eodem fluuio degit, canisque formam repræsentat. In hunc autem modum Hidrys exitium Crocodilo adfert. Ore Cro-

Clades a Crocodilis accepta.

Quid crocodilus.

Hostis crocodili.

Hydris qui crocodilum necet.

codilus aperto consueuit dormire. quamobrem Hidrys eo conspecto, in cœno se volutat, ac per os Crocodili ad ventrem vsque progressa, per anum eius, eroso ventre, rursus exit, & Crocodilum mortuum relinquit.

Supplicationes institutæ.

Ceterum Mauricius hic Imperator instituit, vt die præparationis supplicationes in Blachernis fiant, & ad Chalcopratea vsque procedatur. Accidit deinceps, vt Dux Mauricij quidam castra Romana fossis munita barbaris proderet, in quibus erant ad CCIƆƆ CIƆ CIƆ militum, qui propterea sic mulctabantur, quod seditionem concitassent. Quum autem postularet a Mauricio Chaganus, Scytharum septemtrionalium Rex, vt pro singulis redimendis ex æquo dimidium aureum penderet: vt hoc præstaret, persuaderi non potuit. Quapropter omnes a barbaris sunt interfecti. Tum vero delictum suum Imperator agnoscere, solitariæque vitæ deditos omnibus in locis orare, vt eius veniam sibi precibus impetrarent. Secundum hæc, profecto ad ipsum Magistriano, de illius indicatione cognoscit, animam quidem salutem consequuturam: sed ipsum magna cum ærumna & adflictione Imperium amissurum.

Milites hosti dediti.

Mauritii pœnitentia.

Magistrianus.

Somnium Mauricii.

Neque temporis multum intercessit, quum per quietem ei somnium terroris plenum offertur. Nam videre sibi videbatur ipsum Dominum, in solio considentem, & huiusmodi se verbis compellantem: Vbinā pœnas luere mauis, in hac, an in altera vita? Quum respondisset, in hac se puniri malle, vocem aliam audiuit: Tradite igitur eum Phocæ tyranno. Tum experrectus Mauricius, intellectoque Phocam illum ipsum esse, qui Dyrrachij foret in præsidio, nec ita pridem ad Imperatorem venisset, vt menstrua congiaria commilitonibus suis impetraret, illaque de caussa grauiter vapulans, eo reuersus fuisset, vnde venerat: iusto Dei se iudicio pœnas luiturum agnouit, qui a Domino tali viro traderetur. Itaque continuo Philippicum per accubitorem suum arcessiit, quem antea grauiter læserat. Et * vxoris Mauricij frater erat hic Philippicus, qui aduersus hostes cum copiis ablegatus, vbi victoria potitus reuertisset: contra se flammam inuidiæ concitauerat. Præterea quiddam aliud antecesserat. Nam futurum Mauricius intellexerat, vt in Imperio quidam ei succederet, cuius nomen primam Φ litteram haberet. Iccirco post illud somnium, quod narrauimus, dixisse perhibetur: Si maxime Philippicum occidissemus, Deus tamen alio Φ non caruisset. Quamobrem vbi Philippicus arcessebatur, tanto terrore perculsus est, vt sacra symbola perciperet, ac suos saccis indutos cinereque conspersos relinqueret. Verum Imperator cum eo rediit in gratiam, sibique condonari petiit, quod eum tam indigne tractasset.

Philippicus restitutus in gratiam.
* al. sororis maritus

Præclarum Mauricii dictum.
Philippici metus.

A διανοίγων ὁ κροκόδειλος, οὕτω καθεύδει. ἡ γοῦν ἴδρις ἐγκυλισαμένη πηλῷ, καὶ διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ πρὸς τὴν γαστέρα χωρήσασα καὶ ταύτην διαῤῥήξασα, διὰ τῆς ἕδρας ἐξέρχεται, νεκρὸν αὐτὸν ἐντεῦθεν καταλιμπάνουσα.

Οὗτος ὁ Μαυρίκιος διετάξατο τὴν βλαχερνίτισσαν λιτανείαν κατὰ παρασκευὴν, καὶ εἰς τὰ χαλκοπρατεῖα ἔρχεσθαι. ὁ τοῦ Μαυρικίου στρατηγὸς προέδωκε τὸ Ῥωμαϊκὸν φοσσάτον τοῖς βαρβάροις διὰ τὴν ἀνταρσίαν δῆθεν αὐτῶν, ὡσεὶ χιλιάδας ιβ'. καὶ ζητηθεὶς ὁ Μαυρίκιος ὑπὲρ μιᾶς ἑκάστης ψυχῆς παρὰ Χαγάνου B τοῦ τῶν προσαρκτίων Σκυθῶν βασιλέως, ἀνὰ νομίσματος τὸ ἥμισυ, δοῦναι οὐκ ἐπείσθη. καὶ οὕτω πάντες ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀπεκτάνθησαν. ἐφ' ᾧ τῶν κατὰ τόπους μοναχῶν ὁ βασιλεὺς ἐδέετο, διὰ τὸ ἁμάρτημα. κἀκεῖθεν οὖν ἐλθόντος τοῦ μαγιστριανοῦ, ἔμαθεν ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ αὐτοῦ σώζεται· μετὰ πόνου δὲ καὶ θλίψεως, τῆς βασιλείας ἐκπίπτει.

Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὄναρ ὁρᾷ φρίκης μεστόν. αὐτὸν ὁρᾷ τὸν κύριον ἐπὶ θρόνου καθήμενον, καὶ οὕτω λέγοντα πρὸς αὐτὸν, ποῦ θέλεις τιμωρηθῆναι, ὧδε, ἢ ἐκεῖ; καὶ ὅς, ὧδε βούλο- C μαι τιμωρηθῆναι εἰπὼν, ἀκούει τοιαῦτα. παράδοτε αὐτὸν Φωκᾷ τῷ τυράννῳ. καὶ ὁ Μαυρίκιος ἀφυπνισθεὶς, καὶ μαθὼν εἶναι Φωκᾶν τὸν ἐν Δυῤῥαχίῳ φυλάσσοντα, ἐλθόντα δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα χάριν τοῦ λαβεῖν τὰ μηναιορόγια τῶν συστρατιωτῶν αὐτοῦ, καὶ τυφθέντα δεινῶς, καὶ οὕτως ὅθεν ἦλθεν ὑποστρέψαντα, ἀξίαν ἔγνω τοιαῦτα τὴν δίκην δοῦναι, εἴγε τοιούτῳ ὑπὸ κυρίου παρεδόθη ἀνδρί. ἐπὶ τούτοις οὖν μεταστέλλεται διὰ τοῦ παρακοιμωμένου τὸν Φιλιππικόν. ἔφθασε γὰρ πολλάκις αὐτὸν ἀξιῶσαι δεινῶς. γυναικάδελφος ἦν τοῦ Μαυρικίου ὁ Φιλιππικὸς οὗτος εἰς ἐκστρατείαν ἐκπεμφθεὶς, καὶ D νικητὴς ἐπαναζεύξας, φθόνου πυρκαϊὰν ἤγειρε καθ' ἑαυτοῦ. εἴγε καὶ μᾶλλον· ἔφθασε μαθεῖν ὁ Μαυρίκιος, ὅτι διαδέξεταί τις αὐτὸν, ἔχων τὸ Φ, στοιχεῖον ἐν ἀρχῇ τῆς αὐτοῦ κλήσεως. ὡς ἐντεῦθεν εἰπεῖν τὸν Μαυρίκιον, ὥς φασι, μετὰ τὸ ὅραμα, ὅτι καὶ τὸν Φιλιππικὸν ἀπεκτείναμεν, καὶ τὸν Θεὸν, Φ, οὐκ ἔλειψε. μεταστελλόμενος οὖν ὁ Φιλιππικὸς, τοσοῦτον ἐπτοήθη, ὥστε καὶ κοινωνίας μετασχεῖν, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπὶ σποδοῦ καὶ σάκκου καθημένους καταλιπεῖν. καταλλάσσεται οὖν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ, καὶ συγγνώμην ἐφ' οἷς ἐκάκωσεν αὐτὸν ἐξαιτεῖ.

A Τούτων οὕτως ἐχόντων ἐπανέρχεται ἀπὸ τοῦ Δυρραχίου ὁ διαληφθεὶς Φωκᾶς. καὶ τῶν πολιτῶν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ συναχθέντων, βασιλεὺς ἀναγορεύεται. κρατεῖ οὖν ὁ Καππαδόκης οὗτος Φωκᾶς, ἔτη η'. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν δήμων στασιαζόντων καὶ λεγόντων, ὅτι Μαυρίκιος οὐκ ἀπέθανεν, ἐπὶ τὸν αὐτοῦ φόνον ὁ Φωκᾶς κινεῖται. καὶ δὴ ἐν τῷ Εὐτρόπῳ λιμένι, πρῶτα μὲν ἀναιροῦσι τοὺς ε' παῖδας αὐτοῦ. μηδὲν ἄλλο τηνικαῦτα λέγοντος, ἢ τοῦτο, δίκαιος εἶ κύριε, καὶ δικαία ἡ κρίσις σου. τελευταῖον δὲ καὶ αὐτὸν ἀναιροῦσι. τὴν μέντοι γυναῖκα αὐτοῦ σὺν ταῖς θυγατράσιν, ἐν μοναστηρίῳ κατακλείει. B καλλιγράφος οὖν ἀπὸ παννυχίδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ στρεφόμενος, ἑσπέρας καθ' ἣν ἀνῃρέθη Μαυρίκιος, ἤκουσε τοὺς ἀνδριάντας ἐκ τῶν βωμῶν λέγοντας τὴν ἐκείνου ἀναίρεσιν. καὶ σημειωσάμενος τὸν καιρὸν, εὑρίσκει τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχον. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ συγγενέσι, ὁ Φωκᾶς διεπράξατο.

Τότε τοίνυν Χοσρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὥρμησε κατὰ Ῥωμαίων, ὁμοίως καὶ Ἄβαρες, διὰ τὸν ἀνόσιον προκρῖναι τοῦ ἐννόμου βασιλέως. ἔτι δὲ καὶ θνῆσις ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν γέγονε, καὶ ἀφορία γῆς, καὶ χειμὼν βαρύτατος, ὡς καὶ C παγῶσαι τὴν θάλασσαν, καὶ πολλοὺς ἰχθύας τεθνάναι. τότε καὶ ἐν ἡμέρᾳ τοῦ ἱππικοῦ ἀτακτήσας, ὑβρίσθη παρὰ τῶν δημοτῶν, λεγόντων, πάλιν εἰς τὸν καῦκον ἔπιες, πάλιν τὸν νοῦν ἀπώλεσας. ἐφ' ᾧ καὶ πολλοὺς ἐθανάτωσε. βλέποντες οὖν οἱ ἐν τέλει τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος πολλὰ πάσχον κακὰ, δημευόμενον, τὰς κεφαλὰς ἀφαιρούμενον, γράφουσι πρὸς τὸν τῆς Ἀφρικῆς στρατηγὸν Ἡράκλειον, καὶ ὃς αὐτίκα κινηθεὶς, στόλον ἑτοιμάζει, καὶ κατὰ τοῦ Φωκᾶ ἔρχεται, φέρων καὶ τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ νενίκηκε τὸν Φωκᾶν. καὶ τούτου γνόντος, Φωτεινός τις ἐκ τῶν μεγιστάνων D προεπιβουλευθεὶς παρὰ τοῦ Φωκᾶ εἰς τὴν σύζυγον αὐτοῦ, εἰσῆλθεν ἀθρόον εἰς τὸ παλάτιον, καὶ τὸν βασιλέα Φωκᾶν μέλανα χιτωνίσκον ἐνδύσας, αὐτίκα τῷ Ἡρακλείῳ προσάγει. καὶ ὃς ἔφη πρὸς αὐτόν. οὕτως ἄθλιε τὴν πόλιν διῴκησας; καὶ ὁ Φωκᾶς· σὺ κάλλιον διοικῆσαι ἔχεις. ἐφ' ᾧ καὶ χεῖρας εὐθέως τέμνεται καὶ πόδας· τὸ δέρμα τῆς ῥάχεως· τὰ αἰδοῖα, καὶ κοντῷ ἀναρτᾶται· καὶ τελευταῖον τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται μαχαίρᾳ. τὸ μέντοι σῶμα αὐτοῦ συρόμενον κατὰ τὴν τοῦ βοὸς ἀγορὰν, πυρὶ παραδίδοται.

Glycæ Annal.

In hoc rerum ſtatu Phocas, de quo diximus, Dyrrachio reuertitur: quumque ciues in Hebdomo coiuiſſent, Imperator renuntiatur. Regnauit autem Phocas, hic natione Cappadox, annos IIX. (Phocas Imperator.) Quumque ſub ipſum initium imperij factiones populi grauiter tumultuarentur, Mauriciumque necdum e viuis exceſſiſſe clamitarent: hac ipſa voce Phocas ad eius necem excitatus eſt. (Mauricii mors.) Quapropter ablegati quidam eius rei perficiendæ cauſſa, primum in portu* Eutropo quinque filios eius trucidant, nihil tum aliud proloquuti, quam hæc verba: Iuſtus es Domine, ac iudicium tuum iuſtum eſt. Poſtremus autem ipſe necatur. Vxor cum filiabus in monaſterium, Phoca iubente, concluditur. Accidit eodem tempore, vt quidam peritus elegantis ac puræ librorum deſcriptionis, noctem in peruigiliis agens, eodem veſpere, quo Mauricius eſt interfectus, ſtatuas in aris cædem illius nuntiantes audiret. (Cædes Mauricii Alexandriæ vno momento cognita.) Quapropter hoc tempore notato, rem ita geſtam deinceps intellexit. Cognatos etiam Mauricij Phocas eodem modo, quo ipſum, tractauit. (Pœnæ mortẽ Mauricii ſequutæ.)

* *al.* Eutropii.

Sedenim continuo tum Choſroes Perſarum rex, tum Auares Romanis bellum intulere propterea, quod impium hominem legitimo Imperatori prætuliſſent. Præterea peſtis homines atque pecudes inuaſit, qua cum & terræ ſterilitas, & hiems adeo grauis coniuncta fuit, vt ipſum mare congelaret, multique piſces morerentur. Imperator quum eo die, quo ludi equeſtres peragebantur, in edendo ac bibendo modum exceſſiſſet, a plebe per ignominiam verbis huiuſmodi notatus: Rurſus e * cauco bibiſti, rurſus mentem amiſiſti? Ob id conuicium complures morte multauit. (Phocas temulentus irridetur.) Itaque quum viderent proceres ac magiſtratus reipublicæ, magnam hominum multitudinem multis adfici malis, bona per publicationem adimi, capita præcidi, ad Aphricæ prætorem Heraclium litteras mittunt, qui precibus eorum motus, continuo claſſem parat, & contra Phocam proficiſcitur, adferens ſecum illam imaginem Chriſti, quæ manibus facta non erat. Hoc modo Phoca ſuperato, Photinus quidam, vnus ex magnatum numero, cuius vxoris pudicitiæ Phocas antea ſtruxerat inſidias, ſubito in palatium irrupit, & Phocam Imperatorem pulla veſte indutum mox ad Heraclium deducit. (Photinus ſe vlciſcitur.) Qui quum Phocam verbis hiſce compellaret, Itane miſer rempublicam adminiſtraſti? reſpondit Phocas: Tibi vero per me licet, vt rectius eam geras. (Exitus Phocæ.) Hinc ei recta manus & pedes amputati, cutis dorſo detracta, exſecta verenda, & haſtæ adfixa, caput denique gladio reciſum. Reliquus corporis truncus in foro, quod Boarium nuncupant, per contumeliam hinc inde tractus, tamdem igni traditur.

* *Poculi genus, a ſono quem edit, effluente vino ſimul & aëre.*

Heraclius Imp.

A Itaque post Phocam Heraclius annos XXX rerum potitur. Hic ad generum Phocæ Crispum, qui antea contra Phocam cum ipso conspirauerat, verum deinceps Heraclium maledicto læserat, dixisse fertur: Quæ socero non præstitisti, quî amico præstares? Itaque hominem in locum quemdam relegauit. Id temporis Chosroes magnis cum copiis, Saitem contra Romanos misit, qui Chalcedone cum exercitu aliquandiu commoratus est, factaque per simulationem cum Heraclio pace, legatis ex optimatum numero LXX acceptis, discessit. Vbi reuertisset, a Chosroe propterea cutis ei detracta est, quod inter alios, Heraclium ipsum Constantinopolim secum non adduxisset. Legati quoque diros in carceres, ne possent euadere, coniecti sunt. Ingens tum annonæ caritas & pestis exorta est, solque splendorem suum amisit, & puluere pluit. Chosroes quoque ablegato cum exercitu* Salbaro, passim omnia per orientem euersa deleuit. qua iniuria motus Heraclius, expeditionem aduersus Persidem suscipit, eaque sex annis euersa, Chosroe de medio sublato, qui Deum se fecerat, prætereaque venerando ligno recuperato, quod Persæ captis Hierosolymis cum reliqua præda secum auexerant, splendide Constantinopolim reuertitur.

Persica Chosrois bella.

Saitem punit Chosroes.

Portenta.

* al. Sarbaro

Heraclii de Persis victoria.

Secundum hæc per Athanasium Iacobitarum, & Sergium Constantinopolis patriarchas, dolo circumscriptus, in Monothe-letarum sectam prolapsus est. Denique morbo confectus, (is erat ex aqua intercute) grauibus suppliciis adficiebatur. Nam lotium redditurus, inferiori ventri tabulam imponebat. cur istuc? quod veretrum eius inuersum, vrinam sursum in faciem ipsam emitteret. Hoc erat argumentum flagitij manifestum, quod fratris filia sibi iuncta perpetrauerat.

Heraclii mors

Imperio post ipsum Constantinus filius anno saltem vno præfuit. Etenim Martina nouerca & Pyrrhus lethale venenum ei propinarunt. Quapropter Constantino rebus humanis exempto, Martina mox Imperij procurationem suscipit, adiuncto sibi Heraclona filio. Verum perexiguum ad tempus eo potiti, iusto Dei iudicio perierunt: nullum aliud consequuti lucrum, quam quod improbos se declararunt. Nam Heraclonas amissis naribus, Martina lingua præcisa, in exsilium missi sunt. Accidit his temporibus, vt quum pestilens morbus Carthagine grassaretur, ac multi homines morerentur: miles quidam parum continens sumta secum vxore sua, in suburbium se conferret. Ibi cum in amplexus mulieris cuiusdam, quæ agricolæ coniux erat, venisset, mox vitam amisit. Altero autem die psalmos concinens, alta voce clamabat: Miseremini mei. Deinde surgens narrabat, quo pacto ab An-

Constantinus Heraclii F. Imp.

Miles mortuus reuixit.

Vide Notas.

Κρατεῖ οὖν ὁ Ἡράκλειος μετὰ Φωκᾶν, ἔτη λʹ. οὗτος ὁ Ἡράκλειος πρός γε τὸν τοῦ Φωκᾶ γαμβρὸν Κρίσπον, πρότερον μὲν τοῖς κατὰ τοῦ Φωκᾶ συνδοκοῦντα· ὕστερον δὲ Ἡράκλειον λοιδοροῦντα, εἶπεν· γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας ταλαίπωρε, καὶ φίλον πῶς ἂν ποιήσῃς; καὶ περιώρισεν αὐτὸν ἐν τῇ χώρᾳ. Τότε ὁ Χοσρόης μετὰ πλήθους πολλοῦ, τὸν Σάϊτον ἀπέστειλεν. ἐκάθισεν οὖν ἐν Χαλκηδόνι, καὶ μεθ' ὑποκρίσεως εἰρηνεύσας μετὰ τοῦ Ἡρακλείου, ἔλαβε πρέσβεις μεγιστᾶνας οʹ, καὶ ἀπῆλθεν. ὅτι δὲ τὸν Ἡράκλειον αὐτὸν οὐκ ἀπεκόμισε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐκεῖσε, τὴν αὐτοῦ δορὰν ἐκδύεται. οἱ δὲ πρέσβεις δειναῖς εἱρκταῖς ἀσφαλίζονται. τότε δὴ B καὶ λοιμὸς μέγας, καὶ θανατικόν. καὶ ὁ ἥλιος ἠμαυρώθη, καὶ κόνιν ἔβρεξεν. ὁ δὲ Χοσρόης τὸν Σάρβαρον ἀποστείλας, τὰ τῆς ἀνατολῆς πάντα ἠφάνιζεν. ἐφ' ᾧ καὶ κατὰ Περσίδος ἐκστρατεύει Ἡράκλειος, καὶ ἐν ἓξ ἔτεσι πᾶσαν καθελὼν τὴν Περσίδα, καὶ αὐτὸν τὸν Χοσρόην, ὃς ἑαυτὸν ἀπεθέωσε· πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ τίμιον ξύλον ἐπανασώσας, ἔτυχε γὰρ ἀπὸ Ἱεροσολύμων σκυλευθῆναι, λαμπρῶς ἐπανέζευξε.

Μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ Ἀθανασίου τοῦ τῶν Ἰακωβιτῶν, καὶ Σεργίου Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχου ἀπατηθεὶς, εἰς τὴν τῶν Μονοθελητῶν ἐξεκυλίσθη αἵρεσιν· καὶ δὴ νόσῳ μετὰ C ταῦτα περιπεσὼν, (ὕδερος δὲ αὕτη) δι' ἧς καὶ τέθνηκε, δεινῶς ἐτιμωρεῖτο· ἡνίκα γὰρ οὐρῆσαι ἔμελλε, σανίδα κατὰ τοῦ * οἴστρου ἐτίθει. τίνος ἕνεκεν; ὅτι τοῦ αἰδοίου τηνικαῦτα στρεφομένου, τὰ οὖρα κατὰ τοῦ προσώπου ἐφέροντο. ἔλεγχος δὲ τούτου προφανὴς τῆς αὐτοῦ παρανομίας ἦν, ἣν ἐποίει τῇ ἰδίᾳ συνευναζόμενος ἀνεψιᾷ.

* ἤτρου

Μετὰ τοῦτο Κωνσταντῖνος υἱὸς αὐτοῦ, ἔτος ἕν. ἡ γὰρ αὐτοῦ μητρυιὰ Μαρτίνα, σὺν αὐτῷ τῷ Πύρρῳ θανατηφόρον αὐτῷ κεραννύουσι φάρμακον. ὅθεν τοῦ Κωνσταντίνου τὸν βίον, ὡς εἴρηται, καταλιμπάνοντος, τῆς βασιλείας αὐτίκα ἡ Μαρτίνα ἐπιδράττεται, καὶ μετ' αὐτῆς Ἡρακλωνᾶς ὁ παῖς αὐ- D τῆς. ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον τοῦ κράτους ἀπογευσάμενοι, τῇ θείᾳ δίκῃ περιπίπτουσιν. ἄλλο κερδάναντες μηδὲν, ἢ τὸ κακοὶ φανῆναι. ῥῖνα μὲν γὰρ Ἡρακλωνᾶς, ἡ δὲ Μαρτίνα γλῶτταν ζημιωθέντες, εἰς τὴν ὑπερορίαν ἠλάθησαν. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἐν Καρθαγένῃ τῇ πόλει λοιμικῆς νόσου συμβάσης, καὶ πολλῶν θνησκόντων, στρατιώτης τις ἄσωτος λαβὼν τὴν ἰδίαν γυναῖκα, ἐξῆλθεν ἐν προαστείῳ· κἀκεῖσε τῇ τοῦ γεωργοῦ γυνῇ περιπεσὼν, ἐτελεύτησε. τῇ δὲ ἐπαύριον ψαλλόμενος, φωνῇ μεγάλῃ ἔκραξεν, ἐλεήσατέ με. καὶ ἀναστὰς διηγήσατο πῶς τε ὑπ' ἀγγέ-

λων μέχρι τοῦ τῆς πορνείας τελωνίου ἐφέρετο. καὶ ὅπως ἐκεῖθεν ὑπὸ δαιμόνων κατηνέχθη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ τίνων ἐκεῖσε γέγονε θεατής. κἀντεῦθεν ἑαυτὸν καὶ πολλοὺς ὠφελήσας, ἀπέθανε. A

Μετὰ δὲ Ἡρακλωνᾶν, Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου, καὶ ἔγγονος Ἡρακλείου, ἔτη κζ'. τότε καὶ ὁ ψευδοπροφήτης Μωάμεθ ἐφάνη. οἱ γὰρ Ἰσμαηλῖται, μέχρις Ἡρακλείου, εἰδωλολάτρουν. τὴν Ἀστάρτην ἤγουν τὴν σελήνην προσκυνοῦντες· ἣν καὶ Χαβὲρ ὠνόμαζον, τοῦτ' ἔστι μεγάλην. τηνικαῦτα δὲ ἀνέστη αὐτοῖς Μωάμεθ· ὃς θητεύων γυναικί τινι πλουσίᾳ, ὕστερον ἔλαβεν αὐτὴν εἰς γυναῖκα. B εἶχε δὲ ἐπιλήψιμος, καὶ θέλων κρύπτειν τὸ πάθος, ἔλεγε τὸν Γαβριὴλ ὁρᾶν ἄγγελον· καὶ μὴ φέρων αὐτοῦ τὴν θέαν, ὀλιγωρεῖν καὶ πίπτειν. ἀξιόπιστα δὲ τὰ κατ' αὐτὸν ἔδοξεν, ἀπὸ μοναχοῦ τινος Ἀρειανοῦ, ψευδομαρτυροῦντος αὐτῷ δι' αἰσχροκέρδειαν. ὃς ὁ Μωάμεθ εἰς Παλαιστίνην ἐλθὼν, καὶ ἐντυχὼν Ἰουδαίοις, Ἀρειανοῖς, πρός τε καὶ Νεστοριανοῖς ἀπὸ πάντων ἠράνικε, καὶ θρησκείαν ἰδίαν παρέδωκεν, οὐ παντάπασι δὲ χρᾶται τῷ νόμῳ· περιτομὴν γὰρ ἐδίδαξεν, οὐ μὴν δὲ καὶ σαββατίζειν. λέγει δὲ καὶ ἑαυτὸν κλειδοῦχον εἶναι τοῦ παραδείσου. τρεῖς δὲ ποταμοὺς φέρεσθαι ἐν αὐτῷ, μέλιτος, οἴνου, καὶ γάλακτος. C λέγει καὶ αὐτὴν σκιὰν τοῦ Χριστοῦ σταυρωθῆναι διὰ φθόνον παρὰ τῶν Ἰουδαίων, αὐτὸν γὰρ ἀνελάβετο διὰ τὸ φιλεῖν ὁ Θεός. οὗ καὶ εἰπόντος· σὺ ὁ Ἰησοῦς ἔλεγες ἑαυτὸν Θεόν. ἀπεκρίνατο ὡς οὐκ αὐτὸς ἑαυτὸν ὠνόμασε Θεὸν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι. ἐδίδαξε δὲ τὰ πάντα ὡρισμένα καὶ ἀπὸ Θεοῦ γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. τὸν δὲ Μωσέα καὶ Ἀαρὼν, παραστῆναι μὲν ἐν τῇ κρίσει τοῦ Χριστοῦ, παραπεμφθῆναι δὲ τῇ κολάσει ὡς ἀνθρώποις ἀπατηλούς. ἔλεγε καὶ τὴν ζωὴν ἔχειν ἐκεῖσε διὰ φθαρτῆς βρώσεώς τε καὶ πόσεως. ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀφροδίτην κεκρυμμένως σέβονται. καὶ δῆλον ἐκ τῆς προσευχῆς αὐτῶν, D λέγουσι γὰρ οὕτως· ἀλὰ ἀλὰ οὐὰ Κουβὰρ ἀλὰ, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς μείζων, καὶ ἡ μεγάλη, ἤτοι σελήνη, Ἀφροδίτη Θεός.

Μετὰ μέντοι τοῦ θεηλάτου Μωάμεθ θάνατον, ἐφάνη ἀστὴρ ἐπὶ μεσημβρίαν δοκίτης, ἐπὶ ἡμέρας λ'. σημαίνων τὴν τῶν * Ἀρράβων ἔφοδον· τότε γὰρ κατέσχον τὴν Δαμασκὸν καὶ ἄλλα πολλά. ἐπαινεῖται δὲ ἡ γῆ αὐτῶν. σφόδρα γὰρ πολύκαρπός ἐστι, δι' εὔκρατον ἀέρα. ἀλλὰ καὶ τὸ πήγανον οὐδὲν διαφέρει τῆς συκῆς κατὰ τὸ μῆκος. καὶ ἐν Γαλαι-

* Ἀράβων

gelis ad scortationis vsque telonium delatus fuisset, ac rursus illinc a malis geniis ad orcum vsque deportatus, quasque res istic conspexisset. Hoc modo quum sibi ac multis aliis indicatione sua profuisset, naturæ debitum persoluit.

Post Heraclonam Constans, Constantini F. Heraclij N. annis XXVII imperauit. (Constans Imperator.) Tunc & falsus ille vates Moamethus exstitit. (Mohameti origo.) Nam Ismaelitæ ad Heraclium vsque simulacra colebant, Astarten (quæ Luna est) adorantes: quam & Chaberam nuncupabant, hoc est, magnam. Hoc vero tempore Moamethus apud ipsos exortus est, qui quum apud diuitem quamdam mulierem seruiret, tamdem eam vxorem accepit. Loborabat is forte comitiali morbo, quem vti tegeret, Angelum se Gabrielum conspicere dictitabat: cuius aspectum quia tolerare nequiret, fieri, vt animo deiecto collaberetur. Ea res fidem mereri visa fuit propter monachum quemdam Arianum, qui lucri sui caussa falsum ei testimonium perhibebat. Idem Moamethus in Palæstinam profectus, quum in Iudæos, Arianos, & Nestorianos incidisset: quasi collectam quamdam ab omnibus congessit, peculiaremque religionem suis tradidit. (Vnde Moamethi corrogata doctrina.) Lege per omnia non vtitur. Circumcisionem retinendam tradit, sabbati obseruatione sublata. (Delitia Moamethi.) Paradisi se clauigerum esse iactitat, in quo tres sint amnes, melle, vino, lacte fluentes. Adserit vmbram Christi tantum a Iudæis per inuidiam crucifixam esse, quum Christum ipsum Deus ad se receperit, vti quem diligeret. Rogatum id temporis Iesum a Deo ipsene Deum sese nuncupasset: respondisse, nequaquam id se nominis vsurpasse, verum homines illud sibi tribuisse. Docet etiam sic euenire cuncta mortalibus, vt definita sint diuinitus. Mosem & Aaronem adstituros quidem illos in Christi iudicio, verum deinde futurum, vt tamquam præstigiatores ad pœnas ablegentur. (*Vide Notas.*) Ait in sequuturo quoque sæculo nos vitam potu ciboque corruptibili sustentaturos. Venerem sectatores eius occulte colunt. Licet hoc ex ipsorum precatione deprehendere, cuius hæc verba sunt: Alla alla üa, Cubar alla: hoc est, Deus Deus maior, & magna, nimirum Luna, quæ & Venus, dea.

Post huius reiecti punitique a Deo Maomethi mortem, sidus quoddam versus meridiem cõspectum est, trabis figuram referens, (Cometa.) ad trigesimum vsque diem: quo Arabum in Romanum Imperium inuasio denuntiata fuit. Nam & Damascum id temporis suam in potestatem redegerunt, & alias multas vrbes. Atque horum sane Arabum regio magnopere prædicatur, vti quæ copia fructuum abundet, propter aeris temperationem valde commodam. Ruta istic a ficu proceritate non superatur. Itidem in Pale-

Fontis & arboris miracula.

stina fons est, qui morbos sanat. In eo Dominum iter aliquando facientem abluisse se perhibent. Etiam arbor ibi quædam est, quæ quasuis infirmitates pellit. Ea se ad terram vsque inflexit, Dominumque summisse venerata est, quum in Ægyptum fugeret. Eius inflexionis adorabundæ formam hodieque retinet. Istic & Bataritis est, radix quædam flammea, ad quam propius accedere nemo audet: sed per canem euellitur, prope radicem alligatum. Hæc radix homini a malo genio vexato admota, genium ipsum fugat & abigit. Iisdem in locis & Opobalsamum copiose admodum agricultione adhibita prouenit. Propterea Deus hanc terram, velut eximiam, Israelo sibi carissimo donauit. In eadem & Dominus omnia perfecit. Ideoque doctores illam Oculum orbis terrarum nuncuparunt.

Bataritis radix.

Opobalsamū.

Palæstina oculus orbis terrarum.

Somnium Constantis.

Ceterum Constans Imperator, quum nauali prælio decernere vellet aduersus Arabes, Thessalonicæ sibi per quietem esse visus est. Id somnium vbi cuidam interpreti rerum huiusmodi exposuisset, infelix esse didicit. Nam eo significari Thes allo nicen, hoc est, alteri cede victoriam. Altero die prælio cum hoste congressus, & superatus, cuidam suorum purpuram induit, sibiq; clanculum fuga consuluit. Is autem in pugna cæsus, reapse promeruit, vt hoc de ipso verbum prædicetur, Maior esse nequit amor in hominum vllo, quam si animam suam quis amici caussa ponat. Secundum hæc Constans in Siciliam sese contulit, Imperij sedem Romam transferre cogitans. Vehementer enim Byzantiis inuisus erat, quod Martinum Romæ Papam contumeliose Constantinopolim perductum, Chersonem in exsilium egisset: ac eximio viro Maximo manum cum lingua præcidisset, vnam ob caussam, quod Monotheletarum sectam non probaret. Quum autem sex annos in Sicilia vixisset, ibique liberos suos Constantinopoli venturos expectasset: tamdem in balneo necatus est. Exstitit iis annis Constantinus, qui & Siluani nomen habuit, Pauli Samosateni successor. Docuit ille, solis Euangelicæ historiæ scriptoribus, & vni Apostolo fidem habendam, idque ratione prorsus peruersa.

Amici fidelitas.

Ioan. 15. 13.

Constans suis inuisus.

Constantinus Siluanus hæreticus.

Cōstantinus Barbatus Imp.

Post Constantem Imperio potitus est Constantinus ipsius filius, cognomento Pogonatus siue Barbatus, annos XVII. Is Barbati appellationem ex caussa quadam huiusmodi accepit. Quum in Sicilia Constantem patrem mortuum accepisset, eo profectus est: inde reuersus, Barbatus propterea dici cœpit, quod expers barbæ prius, in reditu barbam integram iustæque magnitudinis haberet. Ex intestinorum dolore vitam cum morte commutauit.

Iustinianus Rinotmetus Imperator.

Constantino mortuo, Iustinianus annis XVI rerum potitus est, a naribus resectis

A στήνη δὲ πηγὴ ἰάσεις παρέχουσα, ἐν ᾗ τὸν κύριον ὁδοιπορῶντα λέγουσι νίψασθαι. καὶ δένδρον ἵσταται, πάσης ἀῤῥωστίας ἀλεξίκακον. ὃ δένδρον εἰς γῆν ἐκλίθη, καὶ προσεκύνησε δῆθεν τὸν κύριον εἰς Αἴγυπτον φεύγοντα. σώζει δὲ καὶ εἰς ἔτι τὸ σχῆμα τῆς προσκυνήσεως. ἐκεῖ ἐστι καὶ ἡ βαταρείτης ῥίζα ἡ φλογοειδὴς, ἣ προσεγγίσαι τις οὐ τολμᾷ. ἀνασπᾶται δὲ κυνὸς, τῆς τοιαύτης ῥίζης πλησίον δεθέντος. ἡ μέντοι ῥίζα περιαπτομένη δαιμονιζομένῳ, φυγαδεύει τὸν δαίμονα. γεωργεῖται δὲ καὶ ὀποβάλσαμον ἐκεῖσε πολύ. ταύτῃ τοι καὶ τὴν γῆν ταύτην ὡς ἐξαίρετον, τῷ ἠγαπημένῳ δέδωκεν ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. B ἐν αὐτῇ καὶ ὁ κύριος τὰ πάντα εἰργάσατο. ταύτην οὖν καὶ οἱ ἐξηγηταὶ, τῆς γῆς ὀφθαλμὸν προσηγόρευσαν.

Ὁ μέντοι Κώνστας θέλων συνάψαι ναυμαχικὸν πόλεμον μετὰ τῶν Ἀῤῥάβων, ἔδοξε κατ' ὄναρ διάγειν ἐν Θεσσαλονίκῃ. ὅπερ ἀποκαλύψας τινὶ γνωστικῷ, ἤκουσεν ὅτι κακὸν ἐνύπνιον. τὸ γὰρ θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην σημαίνει. τῇ γοῦν ἐπαύριον συγκροτήσας πόλεμον καὶ ἡττηθεὶς, ἐνέδυσε μὲν τὴν ἁλουργίδα ἕνα τῶν οἰκείων αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ λάθρα ἔφυγεν. ἐπ' ἐκείνῳ λοιπὸν σφαγέντι κατὰ τὸν πόλεμον, πεπλήρωται, μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυ- C χὴν αὐτοῦ θήσῃ ὑπὲρ τοῦ φίλου αὐτοῦ. ὁ δὲ Κώνστας κατῆλθεν εἰς Σικελίαν, βουλόμενος ἐν Ῥώμῃ καταστῆσαι τὸ βασίλειον. σφόδρα γὰρ ὑπὸ τῶν Βυζαντίων ἐμισεῖτο, ὅτι τε Μαρτῖνον τὸν Πάπαν Ῥώμης ἀγαγὼν ἀτίμως ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐξώρισεν εἰς Χερσῶνα. χεῖράς τε καὶ γλῶτταν τοῦ μεγάλου Μαξίμου ἀπέτεμε, μὴ συντιθεμένου τοῖς Μονοθελήταις. ἓξ οὖν ποιήσας ἔτη ἐν Σικελίᾳ, ἀνέμενε γὰρ τοὺς αὐτοῦ παῖδας ἐλθεῖν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως, ἀνῃρέθη ἐν βαλανείῳ. κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἐφάνη Κωνσταντῖνος ὁ καὶ Σιλουανὸς λεγόμενος, ὁ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως διάδοχος, ὃς ἐδίδασκε μό- D νοις τοῖς Εὐαγγελισταῖς, καὶ τῷ Ἀποστόλῳ προσέχειν. καὶ τούτοις διεστραμμένως.

Μετὰ δὲ Κώνσταντα, Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πωγωνᾶτος, ἔτη ιζʹ. Πωγωνᾶτος δὲ ἐλέγετο, δι' αἰτίαν τοιαύτην. τὸν ἐν Σικελίᾳ μαθὼν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κώνσταντος, ἐκεῖσε κατῆγε. πάλιν οὖν ἀνέρχεται. ἐφ' ᾧ καὶ Πωγωνᾶτος λέγεται. ἀγένειος γὰρ ἐκεῖσε κατελθὼν, τελειοπώγων ὑπέστρεψε. τελευτᾷ δὲ τὸν βίον δυσεντερικός.

Καὶ κρατεῖ μετὰ τοῦτον, Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥι-

νότμητος, ἔτη ιϛʹ. οὗτος ὁ βασιλεὺς καθ' ὑπερβολὴν ἐμισεῖτο παρὰ παντὸς λαοῦ, σκληρὸς ὢν καὶ ὑπερόπτης, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν ἔχειν δοκῶν. ὅθεν Λεόντιος πατρίκιος στασιάσας, ἀναγορεύεται νυκτὸς ὑπὸ δήμου τῶν Βενέτων βασιλεύς. ἡμέρας δὲ γενομένης, κρατεῖ τὸν Ἰουστινιανὸν, καὶ ῥινοτμήσας αὐτὸν, εἰς Χερσῶνα ἐξώρισε. κρατεῖ λοιπὸν ὁ Λεόντιος ἔτη τρία, καὶ πάσχει τηνικαῦτα τὰ ἴσα τῷ Ἰουστινιανῷ. ὁ γὰρ παρ' αὐτοῦ κατὰ Ἀῤῥάβων σταλεὶς μυρίανδρος στόλος, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς μὴ φέροντες τὸ ἐντεῦθεν κακοπαθεῖν, Ἀψίμαρόν τινα προϊστῶσιν ἑαυτῶν, καὶ κατὰ τῆς Βυζαντίδος χωροῦσιν. Ἀψίμαρος οὖν ὁ καὶ Τιβέριος μετονομασθεὶς, κρατεῖ Λεόντιον, καὶ ῥινοτομεῖ αὐτὸν, καὶ φρουρᾷ καθείργνυσι. κρατεῖ οὖν Ἀψίμαρος μετ' αὐτὸν, ἔτη ζʹ.

Τὸν μέντοι Λεόντιον αἱ τῶν ἀστρολεγούντων προῤῥήσεις ἐτάραττον. ὅθεν καὶ πᾶσαν ἐκίνει κατὰ Ἰουστινιανοῦ μηχανήν. γράφει γὰρ Χαγάνῳ, τῷ τῶν Χαζάρων ἄρχοντι, χρήματα ὑπισχνεῖται, εἰ τὸν Ἰουστινιανὸν κρατήσας, ἢ ὡς τρίδουλον ἀπεμπολήσει, ἢ τὴν κεφαλὴν ἐκκόψει αὐτοῦ. μανθάνει ταῦτα Ἰουστινιανὸς, δραπετεύει ἐκεῖθεν, τοῖς Βουλγάροις προσέρχεται, ἁδραῖς αὐτοὺς ὑποσχέσεσι καταδεσμεῖ. ὅθεν καὶ μετὰ πλήθους ἀπείρου, πρὸς τὴν Βυζαντίδα ἔρχεται, καὶ διὰ σωλῆνος ὑδροφόρου κλέπτει τὴν εἴσοδον, καὶ οὕτω τῆς βασιλείας αὖ ἐπιδράττεται· τοῦ Ἀψιμάρου εἰς Ἀπολλωνίδα φυγόντος. ἔτη οὖν ἑπτὰ κρατήσας, τὸν μὲν Ἀψίμαρον μέσῃ τῇ πόλει θριαμβεύσας, ἀνεῖλεν, ὡσαύτως καὶ Λεόντιον· τὸν δὲ πατριάρχην Καλλίνικον, ἐπειδήπερ ἀντέστη προλαβὼν αὐτῷ πειρωμένῳ ἐκκλησίαν χαλάσαι, τυφλώσας ἐξώρισεν ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προβάλλεται Κυριακὸν τὸν ἐν τῇ νήσῳ Ἀμάστριδι ἔγκλειστον ὄντα. προηγόρευσε γὰρ αὐτῷ τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν.

Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, δίκην βοσκημάτων πάντας ἀπέκτεινε, μαινόμενος γὰρ ἦν. ὅθεν καὶ διὰ μικροῦ σκάφους ἀπὸ Χερσῶνος ἐπανερχόμενος, καὶ κλύδωνι περιπεσὼν, τὴν ἐνδομυχοῦσαν αὐτῷ κακίαν δήλην καθίστησιν. ἐπεὶ γὰρ τῶν οἰκείων τις αὐτῷ ἔλεγεν, ἰδοὺ ἀποθνήσκεις δέσποτα, καὶ ὑπόσχου τῷ Θεῷ, ἐάν σοι δώσῃ τὴν βασιλείαν, μηδένα τῶν ἐχθρῶν σου λυπῆσαι, ἔφη, ἐνταῦθά με καταποντισάτω κύριος, εἰ φείσομαί τινος ἐξ αὐτῶν. πρὸς τούτοις δὲ καὶ βαλὼν ὁ τύραννος οὗτος κατὰ νοῦν ὅσα οἱ Χερσωνῖται κατ' αὐτοῦ ἐμελέτων, τῷ Ἀψιμάρῳ χαριζόμενοι, πέμπει στρατὸν κατ' αὐτῶν. καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινόν. πᾶσαν ἡλικίαν ἐκέλευσεν ἀνηλεῶς

A deinceps Rhinotmeti nomen consequutus. Hic Imperator vniuerso populo supra modum inuisus erat, homo durus ac ferox, aliorum contemtor, omniaque se habere cognita putans. Qua de caussa factum, vt Leontius patricius, seditione concitata noctu a Venetorum factione, Imperator renuntiaretur. Is vbi dies illuxisset, Iustinianum cepit, eumque præciso naso Chersonem exsulare iussit. Hoc modo Leontius triennium regnauit, quo exacto, idem ipsi, quod Iustiniano, accidit. Nam missus ab ipso aduersus Arabas exercitus sane maximus, quum semel atque iterum sinistram fortunam iniquo ferret animo: Apsimaro quodam sibi

Leontius Imperator.

B præfecto, Byzantium recta contendit. Quapropter Apsimarus, quem alio nomine Tiberium dixerunt, Leontio suam in potestatem redacto nares præcidit, hominemque carceribus inclusit, ipse regno ad se translato, VII annis præfuit.

Tiberius Apsimarus Imp.

Leontium * mirifice perturbabant illorum prædictiones, qui ex astris futura se habere cognita garrire consueuerunt. Itaque nihil non aduersus Iustinianum moliebatur: litteras ad Chaganum Chazarorum principem, dabat: eidem magnas pecunias pollicebatur si captum Iustinianum vel instar mancipij vilissimi venderet, vel capite plecteret. Iis cognitis, Iustinianus in fugam se coniicit, ad

* al. Apsimarum

Astrologi.

C Bulgaros proficiscitur, ingentibus eos promissis sibi deuincit: quo facto, tantum non infinitis cum copiis Byzantium contendit, per aquæductum in vrbem ingreditur, Imperiumque recuperat. Hinc Apsimarum, per mediam vrbem velut in triumpho & pompa circumductum, vna cum Leontio interficit, patriarcham Callinicum, quod olim ipsi contra Ecclesiam aliquid molienti aduersatus fuisset, oculis spoliatum Romam in exsilium mittit, eius loco Cyriacum patriarcham facit, qui in Amastride insula solitariam vitam inclusus agebat. Nam is Iustiniano rec uperationem Imperij prædixerat.

Iustinianus iterum Imp.

Vt breuibus omnia denique complectar, quosuis pecudum instar ingulabat, homo plane furens. Atque hanc in imis animi latitantem angulis improbitatem iam antea

Iustiniani crudelitas.

D quoque patefecerat, quum exigua nauicula Chersone reuerteretur, & tempestate quadam exciperetur. Nam quum ei familiarium aliquis diceret: En moreris, Domine, quamobrem Deo promitte, si restituerit Imperium tibi, neminem te hostium tuorum læsurum: Immo vero, ait, hoc ipso in loco fluctibus me Dominus obruat, si eorum, vlli pepercero. Præterea quum ad animum reuocasset hic tyrannus, quæ moliti fuissent aduersus ipsum in Apsimari gratiam Chersonitæ: copias in eos militum ablegauit. Erat heic videre spectaculum perquam miserabile. Iusserat ætatem quamuis absque vlla

commiſeratione trucidari : quo factum , vt iugularentur ſenes, iuuenes, fœminæ, pueri , adeoque omnes promiſcue. Quinetiam quum accepiſſet Iuſtinianus, quod ablegati milites mandato ſuo, peperciſſent omnino infantibus : vehementer excanduit, aliamque claſſem inſtruxit, per quam & prius miſſos eo nomine puniret, & omnes Cherſonitarum infantes necaret. Ei claſſi ducem præfecit, Philippicum cognomento Bardanem. Qui quum iter Cherſonem inſtituiſſet, milites inhumanitatem ac diritatem Imperatoris exſecrati, quum ſe innoxio ſanguine pollui nollent : ſeditionem excitant, & Philippicum regem principemque ſuum deſignant. Interea non parum temporis intercedit: rebus ſuis Imperator metuit: nihil inde locorum rei nouæ percipit : non exiguis contractis copiis egreditur : Sinopen vſque peruenit : claſſem aduentare mari cernit: eo mox animaduerſo, Conſtantinopolim reuertitur. Verum Philippicus princeps regiam occupat, ideoque tardius adueniens Iuſtinianus, in Damatryos montes ſuo ſe cum exercitu recipit. Eo Philippicus aduerſas copias ablegat, quæ Iuſtiniano fraude circumuento, victoria potiuntur, eique caput præcidunt. Hoc facto, biennium Philippicus imperat: ac viciſſim a quibuſdam, e Thracia qui venerant, oculis ſpoliatur.

Philippicus Bardanes Imperator.

Succeſſit Artemius, cognomento Anaſtaſius, & duobus annis imperauit. Eum ſubſequutus eſt Theodoſius, homo plebeius, qui & ipſe biennium quum regnaſſet, inuitus alteri ceſſit, proque purpura pullam veſtem induit. Nam oriundus Iſauria Leo, qui tum Patricius erat, & Orientis Dux, defectionem moliebatur: quam ad rem virum illuſtrem habebat opitulatorem, cui nomen erat Artabaſdo. Illique deinceps, quum adeptus eſſet Imperium, remunerationis cauſſa filiam ſuam matrimonio copulauit. Ante occupatum Imperium ſordido quodam opificio ſe quondam aluerat: quo tempore quoſdam in Iudæos ad fontem ſedentes incidit, aſellum onuſtum agens. Verum vbi deinde prouinciarum principibus innotuiſſet, ac ſingularem animi declaraſſet audaciam, paullatim Patricius factus, Imperator denique renuntiatur. Igitur hic Leo, qui & Cononis nomen habuit, annos XXIII imperauit. Ex Iſauria, ceu diximus, ortum habebat, & artem olim ſordidam tractabat. Cononis appellationem ei mater indiderat, quam ſemper a puero retinuit. Vnde factum, vt quum ſanctus ille Germanus, Leone puluerem oppugnationis imaginum in altum concitante, moneret Imperatorem his verbis : Caue tu faxis hæc, Imperator, quando futurum perhibetur, vt oppugnationem imaginum Cono quidam auſpicetur : Leo viciſſim, ſe Cononem illum eſſe reſponderet.

Artemius Imperator.
Theodoſius III. Imp.

Leo, qui & Cono, Imp.

A ἀποσφάττεσθαι. καὶ δὴ καὶ ἀποσφάττονται γέροντες, νέοι, γυναῖκες, παῖδες, καὶ πάντες ἁπλῶς. εἶτά τι μαθὼν Ἰουστινιανός, ὅτι τῶν νεογνῶν πάντη βρεφῶν οἱ σταλέντες ἐκεῖνοι ἐφείδοντο, κοχλάζει ἐπὶ πλέον τῷ θυμῷ, καὶ στόλον ἕτερον ἐκπέμπει, ὡς κολασθῆναι μὲν καὶ τοὺς προαποσταλέντας, ἀναιρεθῆναι δὲ καὶ πᾶσαν βρεφικὴν ἡλικίαν. καθίστησι δὲ τοῦ στόλου ἡγεμόνα, Φιλιππικὸν τὸν καὶ Βαρδάνην λεγόμενον. ἀπῆλθον ἐκεῖσε λοιπόν, καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος μυσαχθέντος ἀπανθρωπίαν, καὶ μὴ φέροντες αἵμασιν ἀδίκοις καταχρανθῆναι, εἰς στάσιν χωροῦσιν, ἄνακτα δὲ καὶ κράτορα Φιλιππικὸν ποιοῦσι. B χρόνος διῆλθεν ἐπὶ τούτοις ἱκανός. δέδειται ὁ βασιλεύς. μανθάνει ἐκεῖθεν οὐδέν. ἐξέρχεται στρατὸν οὐκ ὀλίγον ἐπισυρόμενος. φθάνει ἕως Σινώπης αὐτῆς. ὁρᾷ διὰ θαλάττης ἐρχόμενα πλοῖα. εὐθὺς ἀνθυποστρέφει καὶ αὐτός. ἀλλὰ πρῶτος ὁ Φιλιππικὸς τὰ βασίλεια καταλαμβάνει, ὅθεν καὶ ὑστερήσας ὁ Ἰουστινιανός, ἐν τοῖς τοῦ Δαμάτρυος ὄρεσι σὺν αὐτῷ συνάγεται τῷ στρατῷ. ἀποστέλλει πρὸς αὐτὸν ὁ Φιλιππικὸς ἀντιπαράταξιν. πλανῶσιν αὐτόν, κρατοῦσι, καὶ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτέμνουσι. κρατεῖ λοιπὸν ὁ Φιλιππικός, ἔτη δύο· ἀλλὰ καὶ τοῦτον πάλιν εἰσ- C ελθόντες τινὲς ἀπὸ Θρᾴκης, ἐκτυφλοῦσι.

Καὶ βασιλεύει Ἀρτέμιος ὁ καὶ Ἀναστάσιος, ἔτη δύο. καὶ μετὰ τοῦτον, Θεοδόσιος τῶν κάτω, ἔτη δύο· ὅστις καὶ ἄκων, ἐξέστη τῆς βασιλείας, καὶ ἀντὶ πορφύρας τὸ μέλαν ἠμφιάσατο. ὁ γὰρ ἐξ Ἰσαυρίας Λέων, πατρίκιος τηνικαῦτα ὤν, καὶ στρατάρχης τῆς ἕω, μελετᾷ κατὰ Θεοδοσίου ἀποστασίαν, ἔχων εἰς τοῦτο συμπράκτορα καὶ ἄνδρα τινὰ τῶν περιδόξων, ᾧ ἦν ὄνομα Ἀρτάβασδος. ᾧ δὴ καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, χάριν ἀνταμοιβῆς μετὰ τὸ κρατῆσαι δίδωσιν. εἰ καὶ βάναυσος πρότερον ἦν. ἡνίκα γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκεῖνος ἐνέτυχε παρὰ πηγῇ, καὶ τὸ φορτίον ἐλαύ- D νων ὀνάριον ἦν. ἀλλὰ τοῖς χωράρχαις γνωρισθείς, κἀντεῦθεν τὸ τολμηροκάρδιον ἐμφήνας, κατὰ μικρὸν πατρίκιος καθίσταται, κἀντεῦθεν βασιλεὺς ἀναγορεύεται. κρατεῖ τοίνυν ὁ Λέων οὗτος ὁ καὶ Κόνων, ἔτη κγʹ. οὗτος ἐξ Ἰσαυρίας μὲν ὥρμητο, τὸ ἐπιτήδευμα δὲ βάναυσος ἦν. Κόνων δὲ παρὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ παιδόθεν ἐλέγετο. ὅθεν καὶ τοῦ ἁγίου τηνικαῦτα Γερμανοῦ πρὸς αὐτόν, ἡνίκα τὸν τῆς εἰκονομαχίας κόνιν εἰς ὕψος πάντων κατέχεεν, εἰπόντος, μὴ ταῦτα, ὦ βασιλεῦ. τὴν γὰρ εἰκονομαχίαν, Κόνων ἐγεῖραι λέγεται, ἔφη· ἐγώ εἰμι ὁ Κόνων.

A Τούτῳ τῷ βασιλεῖ πενιχρῷ ὄντι, περὶ βασιλείας προεῖπον Ἰουδαῖοι μάντεις τινὲς ἐνωθέντες αὐτῷ κατὰ τύχην ἔν τινι πηγῇ ἀναψύξεως χάριν· ἐφ' ᾧ καὶ ὑπέσχετο μεθ' ὅρκου ἀμείψασθαι αὐτούς. ὅθεν καὶ βασιλεύοντι αὐτῷ, ἐπέστησαν οὗτοι, λέγοντες, ὅτι ἐὰν τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων ἐκ μέσου ποιήσῃ, ἔσται τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ διαρκοῦν κατὰ γενεάν, εἰς ἐνιαυτοὺς ρ΄. διὸ τοσοῦτον ἐμμεμήνησαν κατὰ τῶν εἰκόνων, ὡς καὶ τὸν μέγαν Γερμανὸν πολλὰ διαλεξάμενον, ἐκδιῶξαι τοῦ θρόνου. προὔβαλλετο δὲ ὁ πατριάρχης τὴν διὰ Θαδδαίου κυριακὴν ἐκτύπωσιν B πρὸς Αὔγαρον σταλεῖσαν, καὶ τῇ Ἐδέσσῃ ἐναποκειμένην. εἰς μέσον δὲ ἔφερε, καὶ τὴν παρὰ Λουκᾶ μὲν τοῦ ἀποστόλου ἱστορηθεῖσαν εἰκόνα. ἐν Ῥώμῃ δὲ πρὸς Θεόφιλον σταλεῖσαν· ὡσαύτως καὶ τὰ δύο χαλκᾶ ἐκτυπώματα, ἅπερ ἡ αἱμοῤῥοοῦσα ἐκ πόθου ἀνεστηλώσατο. ὧν τὸ ἓν ἐπικλινὲς πρὸς γῆν εἰς τύπον αὐτῆς, καὶ τὴν εὐλογίαν παρὰ θατέρου δεχόμενον. τοῦ Χριστοῦ γὰρ ἦν. τότε καὶ Γρηγόριος ὁ Πάπας Ῥώμης γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Λέοντα περὶ τῶν εἰκόνων. ἀλλὰ τὸν Αἰθίοπα σμῆξαι μὴ δυνηθεὶς, τοὺς φόρους τῆς Ἰταλίας καὶ Ῥώμης ἐκώλυσε τελεῖσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὴν C ὅλην δὲ χώραν αὐτῶν, τῆς ἐξουσίας ταύτης ἀπέστησε.

Δεῖγμα δὲ τῆς τοῦ Λέοντος κακοπραγίας, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτον. ἐγγὺς τοῦ τεμένους τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ σοφίας, οἶκος δεδόμητο λαμπρὸς, ἐν ᾧ βίβλοι τεθησαυρισμέναι ἦσαν, τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ τρισμύριαι ἑξακισχίλιαι πρὸς ἄλλαις πεντακοσίαις ἔχουσαι φύλακά τε καὶ προϊστάμενον, ἄνδρα τίμιον καὶ σοφόν. ἦσαν δὲ καὶ ὑπ' αὐτὸν ἕτεροι ἄνδρες θαυμαστοὶ, ὡσεὶ ιβ΄, ἀμισθεὶ τοὺς θέλοντας ἐκπαιδεύοντες· τοσοῦτον δὲ τὴν ἀρετὴν ἦσαν περιώνυμοι, ὡς καὶ τοὺς βασιλεῖς μηδέν τι πράττειν ἄνευ αὐτῶν. ὁ γοῦν κάκιστος κοινοῦται καὶ τού- D τοις τὰ τῆς ἀθέου γνώμης αὐτοῦ. καὶ μὴ ἔχων καταπειθεῖς εὑρεῖν αὐτοὺς, ὕλην περισωρεύει εὐέξαπτον κύκλῳ τοῦ θείου ναοῦ. καὶ πῦρ ὑφάπτει λιπαρὸν, καὶ πάντα ὁμοῦ καταφλέγει, τούς τε θείους ἐκείνους ἄνδρας, καὶ σὺν αὐτοῖς τὰς βίβλους.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ πλούσιός τις ἦν ἐλεημοσύναις ὁμοῦ καὶ πορνείαις συζῶν. καὶ οὕτω καταγηράσας ἀπέθανε. γίνεται οὖν στάσις περὶ τοῦ, ποῦ ὁ τοιοῦτος τέτακται. οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον ἄμωμον εἶναι δεῖ

Glycæ Annal.

Quum adhuc pauper esset, accidit vt Iudæi quidam, vaticinandi periti, futurum prædicerent, vt ipse Imperio potiretur. Nam in eos forte quemdam ad fontem inciderat, vbi se illi ex itinere recreabant. Quumque sacramento adhibito policitus fuisset, se prædictionis huius nomine vicissim eis benefacturum: illi exspectato tempore, dum Imperio potiretur, tamdem eum conuenerunt, ac si quidem tum Dei, tum aliorum sanctorum imagines e medio tolleret, posteritatem ipsius totos c annos Imperio potituram monuerunt. Itaque tanto studio quiduis aduersus imagines molitus est, vt etiam magnum illum patriarcham Germanum, qui multis cum eo disceptauerat, solio deiectum expelleret. Inter cætera Germanus in medium proferebat effigiem Domini, per Thaddæum Augaro missam, & Edessæ conseruatam. Præterea memoriæ proditam ab Apostolo Luca imaginem, quæ Romam ad Theophilum missa fuit. Item aheneas duas effigies, quas mulier illa sanguinis fluxum perpessa, quodam ex singulari desiderio fieri curauit & erexit. Earum altera, qua ipsamet repræsentatur, ad terram se flectit, & ab effigie Christi benedictionem accipit. Eo tempore Gregorius quoque Papa Romanus ad Imperatorem Leonem de imaginibus scripsit. Sed quum Æthiopem eluere non posset, Italiæ Romæque vectigalia Imperatori amplius pendi vetuit: adeoque totam illam regionem ab hoc Imperio prorsus auulsit.

Iudæorum de Leone vaticinium.

Vaticinium aliud.

Germanus patriarcha quibus argumentis vsus.

Papa vetat Imperatori vectigalia pendi, & Italiam auertit.

Quam nequiter se Leo gesserit, inter alia vel vnicum hoc exemplum demonstrare poterit. Haud procul a fano sanctæ Dei Sapientiæ splendida domus erat exstructa, qua librorum thesaurus continebatur, numero triginta sex millium & quingentorum. 36500. Hæc domus custodem & præfectum quemdam habebat, virum omnino venerabilem ac doctum: sub quo alij XII erant, admirabili virtute ac rerum cognitione præstantes, qui quosuis absque mercede ac præmio disciplinis optimis erudiebant. Atque horum ob virtutem tanta celebritas erat, vt ne ipsi quidem Imperatores aliquid iis non consultis agerent. Cum his ergo vir improbissimus sententiam suam impiam communicat, quumque parum eos suis rationibus tribuere deprehenderet: vndique diuinam hanc ædem materie coaceruata cingit, quæ ignem facile conciperet. Inde pingues ei faces subiicit, omniaque simul exurit, tam diuinos istos homines, quam libros.

Leonis crudele facinus.

Exstitit iisdem temporibus vir quidam opulentus, qui & beneficentiam in pauperes largiter exercebat, & plus æquo deditus erat scortationibus. Vbi consenuisset, tamdem naturæ debitum persoluit. Ibi de hoc oriri dissensiones cœperunt, quonam referendus esset. Quippe nonnulli aiebant, beneficen-

De diuite scortatore.

tiam in pauperes expertem labis & a vitiis immunem esse debere. Alij contra, purgari & expiari delicta per hanc beneficentiam adserebant. Quare quum hanc ob caussam Romanus patriarcha & religiosi Antistites Deum rogarent: tamdem patefactio quædam viro in solitudinem abdito contigit.

Visum oblatū solitario.

Etenim videbat ab vna parte paradisum, ab altera flammam ignis maximam: in medio stantem ac valde ingemiscentem eum qui vitam reliquerat. Hinc Angelum accedentem, qui talibus ipsum verbis alloqueretur: Cur tantopere ingemiscis? Beneficentia in pauperes tua te flammis hisce liberauit. De quo exemplo discimus, pecuniam manu inquinata sordenteque donatam, non vsque adeo largientibus profuturam, vt nonnulli existimant.

Aliud exemplum de Zenone Imp.

Itidem accepimus, Zenonem Imperatorem virgini cuidam vitium obtulisse: cuius mater iniquo casum hunc animo ferens, continentibus perpetuæ illi Deiparæque virgini precibus supplicauerit, vt facinus istuc impunitum non relinqueret. Tamdem ab ea diuinam quamdam vocem, huiusmodi verba proferentem, auditam esse: Cupimus nos quidem iniuriam tibi factam vlcisci, mulier, verum Zenonis dextra nos id facere nequaquam sinit.

Nazianzeni dictum.

Gregorius autem cognomento Theologus accuratas pietatis leges ferens, alicubi loquutus in hæc verba reperitur: Deus, qui purus est, non vult scorti mercedis particeps esse.

Aliud exemplum.

Perhibent etiam Romæ quiddam huiusmodi accidisse. Quidam solitariæ vitæ sectator a Gregorio Papa excommunicatus, vt qui contra voluntatem præsidis, & præscriptas monasterio leges a Gregorio, nonnihil deliquisset: paucis diebus interiectis vitam cum morte commutauit. Ea re nuntiata, magnopere Gregorius indoluit, fratrem illum e vita subito migrasse, sacris adhuc vinculis constrictum.

Gregorius Papa mortuum absoluit.

Itaque scriptam in charta precationem, qua mortuum vinculis istis eximeret, ministro cuidam cum hisce verbis tradidit: Abi ad sepulcrum fratris illius, & precationẽ hanc pellege. Quod vbi factum fuisset, monasterij præses per quietem fratrem hunc conspicit. Mox eum compellans: Tua caussa mœsti sumus o frater, ait, quod vinculis sacris ligatus obieris. Quamobrem dic obsecro nobis, quonam in statu & conditione sis. Tum ille respondens: Reuera, inquit, o pater, ad hesternum vsque diem carcere quodam clausus fui: verum hodie solutus ac liber factus sum. Hoc modo cunctis innotuit, eadem hora, qua Diaconus precationem illam supra sepulcrum legerat, noua & admirabili ratione fratrem istum a sacro vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque satis existimari potest, quanta vis sit eius vinculi, quo mortales a sacerdotibus ligantur.

Ex Philonis Ecclesiastica historia.

In historia Ecclesiastica Philonis Philosophi reperitur, quodam persequutionum

A τὴν ἐλεημοσύνην. οἱ δὲ ταύτῃ καθαίρεσθαι τὰ ἁμαρτήματα διϊσχυρίζοντο. δεηθέντων οὖν τοῦ Πατριάρχου τε Ῥωμανοῦ καὶ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου, ἀπεκαλύφθη τινὶ ἐγκλείστῳ. ἑώρα γὰρ ἐντεῦθεν μὲν παράδεισον· ἐκεῖθεν δὲ φλόγα πυρὸς μεγίστην, μέσον δὲ τὸν τελευτήσαντα ἑστῶτα, καὶ μέγα στενάζοντα· πρὸς ὃν ἄγγελος ἐλθὼν εἶπε· τί μέγα στενάζεις; ἡ ἐλεημοσύνη σου ἐρρύσατό σε τῆς φλογός. μανθάνομεν οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι οὐ τοσοῦτον ὠφελήσει τὸ ἀργύριον ἐκ ῥυπαρᾶς χειρὸς διδόμενον. ἀλλὰ καὶ Ζήνων ὁ βα-

B σιλεὺς, ὥς πού φησιν, ἐμίγη γυναικὶ παρθένῳ, ἧς ἡ μήτηρ μὴ φέρουσα τὸ συμβὰν, τὴν ἀειπαρθένον ἱκέτευε θεοτόκον ἐκτενῶς, ὥστε λαβεῖν ἐκδίκησιν. καὶ ἤκουσε θείας ἐκεῖθεν φωνῆς, οὕτω λεγούσης πρὸς αὐτήν. θέλομεν ἐκδικῆσαί σε, ὦ γύναι· ἀλλ' ἡ δεξιὰ ἐκείνου, ποιῆσαί με οὕτως οὐκ ἀφίησι. ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος πρὸς ἀκρίβειαν νομοθετῶν, οὕτως εὕρηται λέγων· μίσθωμα πόρνης ἁγνὸς οὐ μερίζεται.

Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ τοιοῦτόν τι·

C μοναχός τις ἀφορισθεὶς ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Πάπα, ὡς παρὰ γνώμης τοῦ ἡγουμένου αὐτοῦ, καὶ παρὰ τὸν θεσμὸν τοῦ μοναστηρίου τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου ποιήσας τι, μετ' ὀλίγας ἐτελεύτησεν ἡμέρας. ὅπερ ἀκούσας ὁ Πάπας, μεγάλως ἐλυπήθη, διότι ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφὸς ἐξαίφνης, δεδεμένος ὤν. καὶ γράψας ἐν χάρτῃ εὐχὴν λύουσαν τῶν δεσμῶν τὸν τεθνεῶτα, ἔδωκέ τινι διακόνῳ εἰπών, ἄπελθε ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἀνάγνωθι αὐτήν. καὶ τούτου γενομένου, θεωρεῖ ὁ ἡγούμενος κατ' ὄναρ ἀδελφὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· λύ-

D πην ἔχομεν, ἀδελφὲ περί σου, ὅτι δεδεμένος ἐτελεύτησας· εἰπὲ οὖν ἡμῖν, πῶς ἔχει τὰ κατά σε; καὶ ὃς ἀποκριθεὶς εἶπεν, ὄντως, πάτερ, εἰς φυλακὴν ἤμην ἕως χθές. σήμερον δὲ ἀπολέλυμαι. καὶ ἐγνώσθη πᾶσιν, ὅτι καθ' ἣν ὥραν ἀνέγνω ὁ διάκονος τὴν εὐχὴν ἐπὶ τοῦ τάφου, τοῦ δεσμοῦ παραδόξως ὁ ἀδελφὸς ἠλευθέρωτο. Ὅσα δὲ δύναται ὁ παρὰ τῶν ἱερέων ἐπαγόμενος δεσμὸς, δῆλον ἐντεῦθεν. ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ Φίλωνος τοῦ φιλοσόφου εὕρηται, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῶν διω-

γαμῶν, ἐπίσκοπός τις ἀφώρισε πρεσβύτερον. ὃς ἀπελθὼν που διά τινα χρείαν, κρατεῖται ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ μαρτυρεῖ. ναὸς ἐκεῖσε αὐτῷ ἐγείρεται. τελεῖται τὰ ἐγκαίνια. καὶ ἅμα τῷ τὸν ἐπίσκοπον εἰπεῖν, Εἰρήνη πᾶσι, τηνικαῦτα ἡ λάρναξ τοῦ ναοῦ ἐξεπορεύετο. γίνεται τοῦτο δὶς καὶ πολλάκις. ὀπτάνεται ὁ μάρτυρ τῷ ἐπισκόπῳ, λέγων, ἄπελθε, καὶ πεῖσον τὸν ἐπίσκοπόν μου ἐλθεῖν, καὶ λῦσαί με. ἀφώρισέ με γὰρ τῆς λειτουργίας, καὶ συλλειτουργῆσαι ὑμῖν οὐ δύναμαι· καὶ τὸν μὲν στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἔλαβον. τὸ δὲ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐθεασάμην· καὶ εἰ μὴ ὁ δήσας λύσῃ με, λῦσαι ἄλλος οὐ δύναται. γίνεται ταῦτα, καὶ ἡ λάρναξ οὐκ ἔτι τοῦ ναοῦ ἐξέρχεται. ὅθεν καὶ πάντες τῷ Θεῷ δόξαν δεδώκασι, τῷ διδόντι τοιαύτην ἐξουσίαν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων οὕτω φησίν· ἡμεῖς μὲν οὖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν, τὰ δεσμὰ περιβαλλόμεθα. Εἰ δέ τις τούτων καταφρονεῖ, ἐπιστήσεται ὁ τοῦ θανάτου καὶ τῆς κρίσεως καιρὸς, διδάσκων αὐτὸν, ὡς ἀψευδὴς ὁ λόγος τοῦ κυρίου, καὶ ὁ νόμος τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

Μετὰ δὲ Λέοντα, ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος, ἔτη λδʹ, ἐκ δεινοτάτου λέοντος ποικιλότροπος πάρδαλις. οὗτος πᾶσαν κακίαν μετήρχετο. τοὺς ἁγίους τε μὴ λέγειν ἁγίους ἐθέσπιζε. τὰ λείψανα διαπτύειν αὐτῶν. καὶ πρεσβείαν ἐκεῖθεν μὴ ἐκκαλεῖσθαι. οὐ δύνανται γάρ· καὶ τὸ πάσης βλασφημίας μεῖζον, ὅτι τοιαῦτα καὶ περὶ τῆς θεομήτορος ἐφρόνει. ἔλεγε γὰρ ὅτι ἕως οὗ εἶχεν ἐν ἑαυτῇ τὸν Χριστὸν, τετιμημένη ἐτύγχανε. ἀφ᾽ οὗ δὲ τοῦτον ἀπέτεκεν, ὢ τῆς ἀνοχῆς σου Χριστὲ, οὐδὲν τῶν λοιπῶν γυναικῶν διενήνοχε. κατὰ τὴν εἰκόνα δῆθεν τοῦ βαλαντίου. πλῆρες μὲν νομισμάτων ὂν, διὰ τιμῆς ἐστι· κενωθὲν δὲ, οὐδενὸς λογίζεται ἄξιον. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς ναοὺς, ἀνιέρους ἔσπευδε ποιεῖν· τὰς γὰρ ἱερὰς μορφώσεις ἀπείληφεν. ἱππηλασίας δὲ ἀντ᾽ αὐτῶν ὑπεζωγράφει, καὶ κυνηγέσια. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐδίωκε, καὶ ὡς ἄρνας κατέσφαττε.

Ταῦτα δὲ βλέπων ὁ προρρηθεὶς Ἀρτάβασδος, συνάπτει πόλεμον αὐτῷ, καὶ τῆς βασιλείας ἐξώσας, κράτωρ αὐτὸς ἀναγορεύεται. ἐντεῦθεν ἀνθεῖται τὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν τὸ πρῴην κάλλος ἐλάμβανον. ἀλλ᾽ ὁ Βελίαρ

A priſcarum tempore ſeniori Eccleſiaſtico ab Antiſtite ſacris interdictum fuiſſe. Quum autem ſenior ille quamdam ob cauſſam neceſſariam aliquo profectus eſſet, accidit vt ab Ethnicis comprehenſus, teſtimonio ſuo veritatem obſignaret. Hinc templum eo loco conditur, & renoualia peraguntur: quumque Antiſtes hæc verba pronuntiaret, Pax vniuerſis: ſandapila templo exceſſit, idque non ſemel, ſed bis terue factum. Hinc per quietem Antiſtiti ſenior oblatus: Abito, inquit, & Epiſcopo meo ſis auctor, vt huc veniat, meque vinculis exſoluat. Nam officio me ſacro excluſit, ideoque ſacris intereſſe vobiſcum nequeo. Teſtimonij quidem coronam conſequutus ſum, ſed Dei faciem

Excommunicatus fit martyr.

B necdum conſpexi. Quod ſi me ipſe profectus huc non exſoluerit, alius exſoluere nemo poterit. Quum igitur his obtemperatum eſſet, ſandapila templo excedere deſiit. Atque hanc ob cauſſam Deo cuncti gloriam tribuebant, qui ſeruis ſuis eiuſmodi poteſtatem conceſſiſſet. Ioannes quidem orator ille aureus, hac de re verbis huiuſmodi differit: Nos ſecundum legem atque præſcriptum Eccleſiaſticum vincula quibuſdam iniicimus. Ea ſi quis flocci pendit, is ſciat mortis atque iudicij tempus appetiturum, quod ipſum doceat, Dei ſermonem, & eius Eccleſiæ leges minime falſas ac mendaciter excogitatas eſſe.

Chryſoſtomi locus.

C Poſt Leonem, filius eius Conſtantinus, cognomento Copronymus, XXXIV. annos Imperium tenuit, ex ſæuiſſimo leone verſuta pardalis. Nihil non ſcelerum in eo fuit. Sanctos hoc nomine appellari lege lata vetuit: reliquias eorum conſpui iuſſit: ne quis eorum interceſſionem imploret, edixit: nihil eos videlicet præſtare poſſe: quod omni denique blaſphemia maius eſt, eadem de matre Dei ſentiebat. Nam de hac aiebat, quam diu Chriſtum intra ſe geſtauerit, honorandam ac venerabilem fuiſſe: verum ex quo illum pepererit, (pro quanta tua patientia eſt Chriſte!) nihil eam ceteris a mulieribus differre. Cuius rei ſimulacrum & imago peti de marſupio poteſt.

Conſtantinus Copronymus Imperator.

Copronymus de ſanctis & eorum inuocatione.

D Quum aureis oppletum eſt, in pretio ſolet haberi: quum euacuatum, nihili penditur. Præterea ſacras ædes magno ſtudio profanare conabatur. Nam religioſas effigies inductas delebat, earumque loco ludorum circenſium venationumque picturas ſubſtituebat. Neque tantum huiuſmodi facinora deſignabat, verum etiam ſolitariæ vitæ ſectatores perſequebatur, & tamquam agnos iugulabat.

Quæ quum Artabaſdus is, cuius mentionē ſupra facimus, cerneret: bellum Conſtantino intulit, eoque deiecto ipſe renuntiatus eſt Imperator. Tum vero pietas refloreſcere, priſtinamque ſtatus Eccleſiarum pulcritudinem recuperare. Verum hæc Beliar

Artabaſdus ſe Imperatorem facit.

A ille pati non poterat. Nam Constantinus exercitibus ſemet inſinuat: adulationibus eos inflammat: copias militares cogit: prælium cum Artabaſdo conſerit: victoria vi potitur: Artabaſdum viuum capit: oculos eidem eruit: eoque pacto reapſe Iulianus alter Imperium recuperat. Solebat enim & ipſe Veneri victimis humanis litare. Quapropter eo regnante diri quidam morbi ex ira diuina

Peſtis.

paſſim graſſati ſunt, adeoque peſtis ineffabiles hominum copias ſuſtulit, nequaquam illa minor, quæ Iuſtiniani temporibus exſtitit. Nam domus integræ prorſus occludebantur. Præterea ſe terriculamenta quædam horrenda mortalibus offerebant, quum de poteſtate ſcilicet egreſſi & extra ſe rapti B putarent in homines ſe terribili vultu præ-

Hiems ſæua.

ditos incidere. Tunc & ingens acerbumque adeo frigus exſtitit, vt a ponti parte ſeptentrionali præ frigore glacieq; pelagus ad centum a littore milliaria lapideſceret, cuius glaciei craſſities x x x cubitos æquabat. Quumque larga deinceps nix ſupra glaciem hanc delapſa fuiſſet, ad alios xx cubitos ea craſſities excreuit. Tandem Februario menſe glacies diuerſa in fragmina diuulſa, vſque ad vrbem ipſam & Abydum delata eſt. In iis fragminibus erat videre complures gelu adſtrictas beſtias. Quod ſi quis ab arce Chryſopolim vſque proficiſci pedes volebat, omnino id facere nulla impeditus re poterat. Atque hæc fragmina in vrbis muros impa- C cta, vehementer eos ſuccuſſerunt. Eodem

Annonæ caritas.

Copronymo imperante modius hordei XII aureis væniit. Quumque terra dehiſceret in

Mulus loquitur.

Meſopotamia, mulus exiit, humanaque voce ſequuturos hoſtium incurſus denuntiauit.

Nicetæ patriarchæ inſcitia.

Tunc & Nicetas quidam eunuchus, principe apud Copronymum loco, qui nihil aliud ſciret, quam edere & bibere, patriarcha creatus eſt. Quum aliquando Euangelium in cellula ſua recitaret, pro eo quod dicendum erat, ex Euangelio ſecundum Matthæum: pronunciauit, Ex Euangelio ſecundum Matthaium. Ibi quodam ex adſtantibus ſubiiciente, Noli Æ diphthongum (gemini ſoni vocem) diuidere: Nugaris, ait, quadam cum iracundia: nam quæ geminos & trinos D ſonos habent, anima mea vehementer odit.

Mors Copronymi.

Tandem hic tyrannus ab expeditione quadam reuertens, carbunculi morbum in pedibus ſenſit, & vehementi febre circa Strongylum correptus, vitam finiit: quum ſolum hoc verbum pronuntiaſſet: Propter inſaniam furoremque meum viuus inextincto igni trador. Deinceps vero quin ea, quæ prohibui, cum honoris delatione fiant: minime veto. Velim autem animaduertere te hoc loco, dilecte fili, nos multum & ſæpius in-

Vnde Copronymi nomen.

quiſito, cur hic Imperator Copronymus vocaretur: hoc tantum reperiſſe, regionem quandam eſſe, quæ Caballa dicatur. Ex ea quotquot oriundi ſint, Caballinos fuiſſe vo-

A ἐπὶ τούτοις οὐκ ἔφερεν. ὑπέρχεται δὲ στρατιωτικὸν· κολακείαις θερμαίνει. ἀθροίζει δύναμιν. τῷ Ἀρταβάσδῳ συνάπτει πόλεμον. νικᾷ κατὰ κράτος. χειροῦται αὐτὸν ζῶντα. καὶ ὀφθαλμοὺς ἐξορύττει, καὶ κράτωρ αὖθις ἀποκαθίσταται. ὁ δεύτερος ὄντως Ἰουλιανός. ἀνθρώποις καὶ γὰρ ἔθυε τῇ Ἀφροδίτῃ. ὅθεν καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, νοσήματα χαλεπὰ κατὰ θεομηνίαν συνέβαινον, κἀντεῦθεν θανατικὸν γέγονεν ἄρρητον. φθορὰ γὰρ ἀνθρώπων τηλικαῦτα ἐπέπεσεν, ὁποία δὴ καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουστινιανοῦ. ὁλόκληροι γὰρ B ἐκλείσθησαν οἶκοι. ἀλλὰ καὶ δείματα φοβερὰ ἑώρων οἱ ἄνθρωποι. ὡς ἐν ἐκστάσει καὶ γὰρ γινόμενοι, ἐδόκουν ἐντυγχάνειν ἀνδράσι τισὶ βειαροῖς. τότε καὶ ψῦχος γίνεται μέγα καὶ πικρὸν, ὥστε καὶ τὴν ἀρκτῴαν τοῦ πόντου παράλιον ἐπὶ μίλια ρʹ. ἀπολιθωθῆναι δὲ πέλαγος ἐκ τοῦ κρύους· εἰς δὲ βάθος, ἐπὶ πήχεσι λʹ. ὃ καὶ ἐπιχιονιαθὲν ηὐξήθη πήχεις ἑτέροις κʹ. κατὰ δὲ μῆνα Φεβρουάριον εἰς διάφορα τμήματα διαιρεθὲν, ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτὴν καὶ μέχρι τῆς Ἀβύδου κατῆλθεν ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ ζῶα πάμπολλα πεπηγμένα. τότε ὁ θέλων πεζοπορῆσαι ἀπὸ ἀκροπόλεως εἰς Χρυ- C σούπολιν, οὐκ ἐκωλύετο. τότε ὑπ᾽ αὐτῶν συντριβόμενα τὰ τείχη, μεγάλως ἐδονήθησαν. τότε ιβʹ νομίσματα ἐπράθη ὁ μόδιος ἡ κριθή. τότε τῆς κατὰ Μεσοποταμίαν γῆς σχισθείσης, ἡμίονος ἀνεδόθη πολεμίων ἔφοδον ἀνθρωπίνῃ φωνῇ προσημαίνουσα. καὶ τότε Νικήτας τις εὐνοῦχος, τὰ πρῶτα φέρων παρὰ τοῦ Κοπρωνύμου, μηδὲν ἄλλο εἰδὼς, ἢ ἐσθίειν καὶ πίνειν, χειροτονεῖται Πατριάρχης. οὗτός ποτε δὲ εὐαγγέλιον ἀναγινώσκων ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθάϊον ἐξεφώνησεν. ἐφ᾽ ᾧ καί τις τῶν παρισταμένων εἶπε, μὴ διαίρει τὴν αι δίφ- D θογγον. πρὸς ὃν ἐκεῖνος ἔφη μετὰ θυμοῦ. φλυαρεῖς, τὰ γὰρ δίφθογγα καὶ τρίφθογγα πολλὰ μισεῖ ἡ ψυχή μου. ὁ δὲ τύραννος ἀπὸ ἐκστρατείας ὑποστρέφων, ἀνθρακοῦται τὰ σκέλη, καὶ περὶ δὲ στρογγύλον θνήσκει λάβρῳ πυρετῷ συσχεθεὶς, τοῦτο καὶ μόνον ἐπὶ τούτοις εἰπὼν, ὅτι ζῶν ἀσβέστῳ πυρὶ παραδίδομαι διὰ τὴν Μαρίαν. ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ νῦν τιμάσθω. γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι πολλὰ καὶ πολλάκις ζητήσαντες ὅθεν ἐκεῖνος ἐκλήθη Κοπρώνυμος, οὐδὲν ἄλλο τοῦτο μόνον εὕρομεν. χώρα τίς ἐστι Κάβαλα οὕτω λεγομένη, οἱ οὖν ἐκεῖθεν ὁρμώμενοι, Καβαλῖνοι πάντως ἐλέ-

γουν. ἐκεῖθεν οὖν καὶ αὐτὸς τὴν γέννησιν ἔσχηκε, καὶ ἐπειδὴ κατά τινα συνήθειαν Καβαλίνα ἡ κοπρεία λέγεται, δικαίως ὁ κάκιστος ἐκεῖνος ἐπεκλήθη Κοπρώνυμος, ὡς ὄνομα κοπρείας ἐν ἑαυτῷ δῆθεν ἐπιφερόμενος.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας υἱὸς αὐτοῦ Λέων, ἔτη ε΄. εὐσεβὴς μὲν ὢν κατ᾽ ἀρχάς. ἔπειτα δὲ τὸ τῆς ἐκκλησίας στέμμα φορεῖ, ὅθεν ἀπανθρακωθεὶς ὥσπερ ὑπὸ λαβροῦ πυρετοῦ τελευτᾷ. τότε καὶ ὁ κύων ἐκεῖνος ἦν, ὁ τὸν φονέα τοῦ κυρίου αὐτοῦ γνωρίσας ἐν καπηλείῳ εἰσελθόντα τοῦ πιεῖν οἶνον. ὁ γὰρ κύων μετὰ τὸ φονευθῆναι τὸν κύριον συνοδεύοντά τινι κακούργῳ, καθ᾽ ὁδὸν προσήλυτος ἐν πανδοχείῳ γέγονεν. ἐκεῖσε γοῦν τυχέως εἰσελθὼν ὁ φονεὺς, ἐγνωρίσθη παρὰ τοῦ κυνὸς, καὶ τοσοῦτον ἦν ἐκεῖνος ὑπ᾽ αὐτῷ ὑλακτῶν, ὥστε ὑποψίαν οὐκ ἀγαθὴν δοῦναι περὶ αὐτοῦ. κρατεῖται λοιπὸν ὁ φονεὺς, προσάγεται τῷ ἄρχοντι, ἐτάζεται ἀκριβῶς, ὁμολογεῖ καὶ ἄκων, καὶ τελευταῖον ὡς κακοῦργος ἀναιρεῖται.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος, ἔτη ιζ΄. ὑφ᾽ οὗ ἡ εὐσέβεια κρατύνεται, καὶ τὰ μοναστήρια πλατύνονται. τότε καὶ ἐν τῇ Θρᾴκῃ ὀρύσσων τις εὗρε λάρνακα, ἐν ᾗ γεγραμμένον ἦν. Χριστὸς γεννᾶσθαι μέλλει ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ πιστεύω εἰς αὐτόν. ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῶν εὐσεβῶν βασιλέων, ὄψει με πάλιν ὦ ἥλιε. Η Εἰρήνη αὕτη τῷ υἱῷ αὐτῆς Κωνσταντίνῳ συμβασιλεύουσα, καὶ μὴ ἀνεχομένη τῶν παρὰ αὐτοῦ γινομένων. αὐτὴν τε γὰρ τῆς βασιλείας ἐποίησεν ἔκπτωτον, εἰ καὶ μεταμεληθεὶς, πάλιν ἐπὶ τὰ βασίλεια ταύτην ἀνήγαγε. τὴν ὁμόζυγον αὐτοῦ, σώφρονα καὶ λίαν οὖσαν ἐξάγει. μίξιν δὲ γυναικὸς ἄλλης ἀντεισάγει. τούτου χάριν ἐκτυφλοῖ αὐτὸν ὑπνώττοντα, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὸν ἥλιον ἐπὶ πλείστας ἡμέρας μὴ δοῦναι καθαρὰς τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἡ βασιλὶς Εἰρήνη μεταμέλον ἐφ᾽ οἷς δέδρακε ἔχουσα, καὶ θέλουσα τοῦ μίσους ἑαυτὴν ἀποπλῦναι, χρημάτων θησαυροὺς τῇ πόλει ἐκκενοῖ, καὶ λύει τὰ χρέα.

Πλὴν οὐκ ἐπενύσταξεν ὁ πανεπόπτης ὀφθαλμός. πρὸς βραχὺ καὶ γὰρ τῆς ἡδονῆς τοῦ κράτους αὕτη γευσαμένη, ἀψινθιάζοντα πίνει κρατῆρα. ἐπανέστη καὶ γάρ τις τῆς συγκλήτου, τοὔνομα Νικηφόρος, τὴν ἀξίαν πατρίκιος ἀπὸ γενικῶν, καὶ τῆς βασιλείας αὐτὴν ἀτίμως ἐξίστησι. κρατεῖ τοίνυν ὁ Νικηφόρος οὗτος, ἔτη θ΄, ἄνθρωπος φονικώτατος, δοῦλος χρυσοῦ, Μίδας ἄλλος ἄντικρυς,

catos. Quamobrem quum Constantinus hic inde originem traxerit, ac more inoleuerit, vt stercus caballinum dicamus: non abs re vir sceleratissimus a stercoreo nomine Copronymus est nuncupatus, vt qui stercoreum nomen in se circumferret.

Leo Imp.

Post Copronymum, eius ex coniuge Chazara filius Leo annis v imperauit: religiosus ac pius quidem ille ab initio, verum vbi coronam Ecclesiæ donatam gestasset, carbunculi morbo vexatus, ardenti febre tandem extinguitur. Exstitit hisce temporibus canis ille, qui heri sui interfectorem indicio suo prodidit, quum vini bibendi caussa cauponam ingressus esset. Nam domino suo necato, qui cum homine malefico iter fecerat, quoddam in diuersorium sese contulit: quo quum forte fortuna venisset homicida ille, mox a cane agnitus fuit. Neque canis insigniter ipsius caussa latrare desinebat, ita vt tandem infausta quædam coniectura de latrone conciperetur. Itaque carceri homicida mancipatur, ad prætorem deducitur, accurate quæstionibus subiicitur, vel inuitus facinus suum fatetur, ac tandem malefici more necatur.

Canis fidelitas.

Constantinus Leonis F. Imp.

Leone mortuo, filius eius Constantinus XVII annis rerum potitur. Sub cuius imperio & dominatu religio radices agebat, & monasteriorum multitudo adaugebatur. Eodem imperante, quidam in Thracia terram fodiens, cistam inuenit, in qua huiusmodi verba scripta reperiebantur: Christus e virgine Maria nascetur, in quem ego credo. Constantino & Irena religiose imperantibus, rursum me Sol videbis. Ceterum hæc Irena particeps erat Imperij Constantini filij, nec quæ ab ipso designabantur, æquo pati animo poterat. Nam & matrem aliquando summouit ab Imperij gubernaculis, quamquam deinceps eam pœnitudine ductus in aulam reduxit: & coniuge sua, femina valde casta, repudiata, quamdam aliam eius loco vxorem accepit. Itaque filium mater consopitum oculis spoliat, quo factum est, vt sol complures dies radios suos pure non emitteret. Sed enim Irena Imperatrix facti sui pœnitens, vt odium inde conceptum elueret: omnes opum thesauros exhauriebat, & vrbi largiebatur, persolutis obæratorum debitis.

Constantini quædam vitia.

Irenæ facinus immaniss.

Largitiones vafræ.

Verum oculus ille, qui cunctas res mortalium inspicit, nequaquam sopitus obdormiit. Nam hac Imperij voluptate perexiguum ad tempus degustata, tandem Irena craterem absinthio dilutum bibit. Etenim quidam ex ordine Senatorio, cui nomen Nicephorus, dignitate Patricius, & vnus ex generalibus, motu aduersus eam concitato, non sine dedecore regnum ipsi eripuit. Quapropter imperio Nicephorus hic IX annis præfuit, homo cædium cupidissimus, auri mancipium, prorsus alter Midas.

Nicephorus Imp.

Magiſtratus & præfecturas venales habebat, & triſtior quidem vulgo videbatur: verum ſi qui aurum adferrent, valde ſe gratioſum atque comem præbebat. Graue Byzantiis onus impoſuit, ſub prætextu inſtaurandorum veterum murorum exigi præcipiens id, quod Diceratum (a duobus ceratiis) nuncupatur. Præterea quæ militibus debebantur, ipſe ſibi retinuit.

Auaritia.

Ceratiũ duodecim folles ſiue nummulos continet.

His annis etiam reliquiæ S. Euphemiæ, quas Copronymus in mare proiecerat, ad Leſbum inſulam receptæ ſeruatæque ſunt. Sic enim nos factum accepimus. Zonaras in Annalium libris huiuſmodi quædam commemorat. Duplex, inquit, hac de re rumor eſt. Nam alij tradunt ſanctam Euphemiam a Copronymo igni fuiſſe traditam, quamquam ſpe ſua tyrannus excidit. Quippe illius loco cadauer aliud crematum fuit. Alij perhibent, eam in mare proiectam diuino beneficio circa Leſbum recuperatam fuiſſe. Quum autem Nicephorus male Imperium adminiſtraret, rumor in populo turbarum plenus eſt diditus, excitataque ſeditio grauiſſima: cuius occaſione quidam Bardanem copiarum ducem Imperium ſibi vindicare cogunt. Ille vero fortunæ reueritus inconſtantiam, virum quemdam adit, futura proſpiciendi vi præditum, vt quid euenturum eſſet, cognoſceret: id quod citra omnem errorem conſequutus fuit. Deinceps Nicephorum Imperatorem propterea, quod eximium Studiano e Collegio virum Theodorum in exſilium egiſſet, iuſtitiæ ſacriſque canonibus patrocinantem, vindicta diuina perſequi cœpit. Nam contra Bulgaros expeditione ſuſcepta, quodam in prælio cecidit, hoſtibus ei caput amputantibus. Imperij gubernacula Stauracio filio reliquit. Verum is quoque celeriter admodum e medio ſublatus eſt, hac ipſa in pugna ictu haſtæ vulneratus.

Zonaræ locus.

Bardanes Imperium adfectat.

Theodorus in exſilium actus.

Stauracius Imperator.

Succeſſit in Imperio Michaelus Rangabes, Nicephori gener, vt cui nuptum ille filiam Procopiam dederat. Rebus omnino per annos IV, menſes IX præfuit: vir plane dignus Imperio. Nam præter alia, quæ præclara fecit, etiam viros ſanctos ab exſilio reuocatos in integrum reſtituit. Ab hoc Michaelo ſuorum Annalium volumen Scylitzes orſus eſt. Diximus antea de Bardane. Quo tempore is Monachum illum futura proſpiciendi facultate præditum, qui degebat in Philomilio, conueniebat: comites habebat ſecum, Leonem Armenium, Michaelum Balbum, & alium quemdam cognomento Thomam. Ex his quatuor, primus Bardanes affectato Imperio, ſecundum Monachi prædictionem oculos amiſit. Alter Leo, itemque Michaelus, Imperio deinceps potiti ſunt. Etiam huic Michaelo Rangabi hoc quodam modo Imperij denuntiata fuit amiſſio. Vernam quamdam ancillam habebat, quæ ſub Lunæ cum So-

Michaelus Rangabes Imperator.

Ioannis Scylitzæ Annales.

Vaticinium mali genii.

ὠνίους τὰς ἀρχὰς ποιούμενος. ἐπεὶ πᾶσι μὲν ἐῴκει κατηφὴς εἶναι· τὸν δὲ χρυσὸν αὐτῷ προσάγουσι καὶ πάνυ χαρίεις ἐφαίνετο. ἀλλὰ καὶ βαρὺ τοῖς Βυζαντίοις ἄχθος ἐπέθηκε, χάριν τῶν γηρασάντων τειχῶν ἀπαιτεῖσθαι τὸ λεγόμενον δικέρατον ἐκέλευσε. πρὸς τούτοις δὲ ἐπεκράτει καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ἐποφειλόμενα.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ τὸ τῆς ἁγίας Εὐφημίας λείψανον κατὰ θαλάττης ῥιφὲν παρὰ τοῦ Κοπρωνύμου, ἐν Λέσβῳ τῇ νήσῳ ἐπανεσώθη, καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. ὁ δὲ Ζωναρᾶς ἐν τῷ χρονικῷ αὐτοῦ συντάγματι, καὶ τάδε περὶ τούτου φησί. δύο λόγοι φέρονται. ὁ μὲν γὰρ λέγει πυρὶ παραδοθῆναι παρὰ τοῦ Κοπρωνύμου τὴν ἁγίαν Εὐφημίαν, εἰ καὶ τῆς ἐλπίδος ἐκεῖνος διήμαρτεν. ἀντ' αὐτῆς γὰρ, ἕτερον ἐκαύθη σῶμα. ὁ δὲ λέγει, κατὰ βυθοῦ ῥιφῆναι αὐτὴν, θείᾳ χάριτι περὶ τὴν Λέσβον νῆσον ἐπανασωθῆναι. τότε δὴ τότε κακῶς οὕτω τοῦ Νικηφόρου τὰ τῆς βασιλείας διέποντος, θροῦς ἄτακτος παρὰ τοῦ λαοῦ, καὶ στάσις ὅτι πολλή. τότε καὶ Βαρδάνην τὸν στρατάρχην τὸ τῆς βασιλείας κράτος ἐκβιάζουσιν ἀναδήσασθαι. ὅθεν καὶ τὸ τῆς τύχης ἐπὶ ἄδηλον δεδιὼς, διαιρετικῷ τινι προσέρχεται ἀνδρὶ τὰ μέλλοντα μαθησόμενος. καὶ δὴ καὶ μεμάθηκεν ἀπλανῶς πάντα τὰ συμβησόμενα. τὸν μέντοι Νικηφόρον, διὰ τὸ, τὸν μέγαν Θεόδωρον τὸν Στουδίτην ὑπερόριον ποιῆσαι, τοῦ δικαίου καὶ τῶν κανόνων ὑπεραλγοῦντα, ἡ θεία δίκη μετέρχεται. κατὰ Βουλγάρων γὰρ ἐκστρατεύσας, ἐν τῷ πολέμῳ πίπτει, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται. τῷ παιδὶ Σταυρακίῳ τὰ σκῆπτρα καταλιμπάνει. ἀλλὰ καὶ Σταυράκιος ἐκ μέσου τάχιον γίνεται κατὰ ταύτην τὴν μάχην δορατότρωτος γεγονώς.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ Μιχαὴλ ὁ Ῥαγκαβὲ ὁ ἐπὶ θυγατρὶ Προκοπίᾳ τοῦ Νικηφόρου γαμβρὸς, ἔτη δ', μῆνας θ'. ὁ καὶ βασιλείας ἄξιος. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ὄντας ἁγίους ἐπανεσώσατο. τοῦτον μέντοι τὸν Μιχαὴλ, ἀρχὴν ὁ Σκυλίτζης τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ ποιεῖται συντάγματος. ὁ διαληφθεὶς Βαρδάνης, ἡνίκα προσῆλθε τῷ κατὰ τὸ Φιλομήλιν διαιρετικῷ μοναχῷ, συνεφεπομένους εἶχε Λέοντα τὸν Ἀρμένιον, Μιχαὴλ τὸν Τραυλὸν, καὶ Θωμᾶν τινα. καὶ ὁ μὲν Βαρδάνης κατὰ τὴν τοῦ μοναχοῦ πρόρρησιν, ἐκτυφλοῦται τυραννίδος ἐφιέμενος. ὁ δὲ Λέων ὕστερον καὶ ὁ Μιχαὴλ ἐγκρατεῖς τῆς βασιλείας γίνονται. τῷ μέντοι Μιχαὴλ τῷ Ῥαγκαβὲ, ἡ τῆς βασιλείας ἀποβολὴ καὶ οὕτω δεδήλωται. παιδίσκη τις οἰκογενὴς ἦν τῷ Μιχαήλ· αὕτη κατὰ τὰς σελήνι-

καὶ συνόδοις, πάθει μανίας ἡλίσκετο. ἡνίκα γοῦν τῷ πάθει συνείχετο, κατάγε τὸν Βουκολέοντα ἤρχετο, καὶ γεγωνότερον ἐβόα πρὸς τὸν βασιλέα· κάτελθε, κάτελθε, ὑποχώρει τῶν ἀλλοτρίων. γίνεται τοῦτο πολλάκις. ἐκπλήττεται ὁ βασιλεύς. κοινολογεῖται τὰ περὶ τούτου οἰκείῳ τινὶ Θεοδότῳ τοὔνομα. καὶ ὃς ἅμα τῷ γενέσθαι τὸ κοράσιον τῷ δαίμονι κάτοχον, διερωτᾷ τούτου γνωρίσματα. ὁ δὲ ἦν Λέων ὁ Ἀρμένιος· εἶτα μετέρχεται τὸ στρατιωτικόν· ἀνταίρει κατὰ Μιχαήλ· τρύχινον λοιπὸν ἐκεῖνος ἐνδύεται, καὶ τῆς βασιλείας ἑκὼν ὑπεξίσταται.

Κρατεῖ οὖν μετὰ τὸν Ῥαγγαβὲ ὁ Ἀρμένιος, ἔτη ζʹ, μῆνας εʹ. καὶ τηνικαῦτα τὸ γένος φιλονεικεῖ ἐκτεῖναι τοῦ Μιχαήλ. τὰ παιδογόνα τοῦ παιδὸς αὐτοῦ μόρια, ᾧ ὄνομα Νικήτας, ἐκτέμνει. μή ποτε τεκνώσας ἀμύνηται αὐτόν. εἰς ἄνδρας οὖν ὁ παῖς ἐκεῖνος ἔρχεται, καὶ τῆς νέας ταυτησὶ Ῥώμης ἀρχιερεὺς χρηματίζει· μετακληθεὶς Ἰγνάτιος ἐν μεταθέσει βίου. ὁ δὲ Λέων κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ὁπλίζεται. ἡ δὲ αἰτία τοιαύτη. ὁ προορατικὸς ἐκεῖνος τελευτᾷ μοναχός. διαδέχεται τὸ κελλίον αὐτοῦ μοναχὸς ἄλλος, Σαββάτιος τοὔνομα. ὃς καὶ πείθει τὸν Λέοντα, ἐκ μέσου ποιῆσαι τὰς ἁγίας εἰκόνας. ὁ γὰρ Λέων τῆς βασιλείας ἐπιβὰς, καὶ τῆς τοῦ μοναχοῦ προρρήσεως ἐπιμνησθεὶς, στέλλει τάχα πρὸς ἐκεῖνόν τινας ἀμοιβάς· εὑρεθεὶς δὲ ὁ Σαββάτιος ἐκεῖνος, καταπλήττει τε διὰ γραφῆς, καὶ ἔκπτωσιν τῆς βασιλείας ἀπειλεῖ, εἰ μὴ τὰς εἰκόνας αὐτὰς καταστρέψειεν. ἐντεῦθεν ἡ τῆς εἰκονομαχίας πυρκαϊὰ, τῷ βασιλεῖ Λέοντι ὑπανάπτεται. τηνικαῦτα καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις ἀοίδιμος Νικηφόρος μὴ πεισθεὶς τῇ εἰκονομαχίᾳ συνθέσθαι, ἐξόριστος εἰς Προικόννησον γίνεται· καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦτο εἰδώς. καὶ ὅτι ταράξει τὴν ἐκκλησίαν ὁ Λέων. ἔδοξε γὰρ τῷ μακαρίτῃ ὁπηνίκα τὸ διάδημα τῇ τοῦ Λέοντος ἐπέθη κεφαλῇ, ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις τὴν χεῖρα περιπεπαρῶσαι. ἐκεῖνος οὖν ὁ μακάριος διὰ νηὸς εἰς τὴν ὑπερορίαν στελλόμενος, ὄρθιος ἵστατο καὶ πρός τινα τὸν ἀσπασμὸν ἐποιεῖτο. καὶ τί τοῦτο ἐρωτηθεὶς, καὶ πρὸς τίνα ποιεῖται τὸν ἀσπασμόν, πρὸς Θεοφάνην τὸν ὁμολογητὴν ἔλεγε, τὸν τοῦ Ἀγροῦ καθηγητὴν, ἅτε κηροῖς καὶ θυμιάμασιν ἡμᾶς δεξιούμενον.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Λέων τὴν τοῦ μοναχοῦ καθ' ἑαυτὸν στρέφων πρόρρησιν, δέσμιον εἶχε τὸν Μιχαήλ. εἴγε καὶ μᾶλλον ὁ τοιοῦτος θρασὺς

A le coitu furore corripiebatur. Quoties igitur hoc malo vexabatur, ad Bucoleontem (loci hoc nomen est, a collocatis ibi bouis leonisque statuis) se conferebat, & ad Imperatorem contentiori voce clamabat: Descende, descende, atque alienis cede. Quum id sæpius accideret, Imperator metu perculsus, rem totam cum familiari quodam suo, cui nomen esset Theodoti, communicat. Is quum primum puella malo a genio corriperetur, quibus ex indiciis agnosci posset Imperatoris successor, interrogat. Animaduertit illis expositis, Leonem Armenium significari: qui ex eo tempore sibi conciliatis exercitibus, contra Michaelum arma sumit. Eo Rangabes cognito, asperam vestem induit, & Imperio sponte sua cedit.

B Hoc modo post Rangabem Armenius hic VII annos, V menses rerum potitus est. Ante omnia studiose dedit operam, vt Michaeli genus exscinderet. Quapropter genitalia filij eius, qui Nicetæ nomen habebat, resecuit: ne forte procreatis aliquando liberis, vindictam de Leone sumeret. Is puer vbi virilem ad ætatem peruenisset, vrbis huius Nouæ Romæ Pontifex creatus est, cum ipsa vitæ mutatione diuerso etiam a priori nomine adscito. Nam pro Niceta Ignatius appellatus est. Secundum hæc Leo se contra sacras imagines armat huiusmodi caussa impulsus. Mortuo monacho, qui futura prospiciebat, in eius cella quidam alius monachus successit, qui Sabbatius dicebatur. Is C Leoni persuasit, vt sacras imagines e medio tolleret. Quippe Leo consequutus Imperium, vbi prædictionem illius Monachi ad animum reuocasset: quædam ad illum munera misit, declarandi animi grati caussa. Quum autem ipsius loco Sabbatius inuentus esset, perscriptis ille litteris Imperatori terrorem iniicit, & amissionem Imperij minatur, ni sacras imagines euerteret. Hinc illa simulacrorum excidij flamma in Leone accensa est. Eodem tempore clarissimus ille Patriarcha Nicephorus, quum adduci non posset, vt imaginum oppugnationem probaret, solum vertere iussus est, ac in Prœconesum deportatus: quum quidem id euenturum sibi multo ante cognouisset, ac Leonem D Ecclesiam perturbaturum. Nam quum beatus Antistes diadema capiti Leonis imponeret, visus sibi fuerat spinis ac tribulis manum compungi. Quum autem nauigio in exsilium aueheretur, forte rectus aliquando stabat, & quemdam salutabat. Interrogatus, quidnam hoc sibi vellet, quemve salutaret: Theophanem, inquit, confessorem & Agri præfectum, qui cereis & suffitu nos excipit.

Hinc Leo secum expensa Monachi prædictione, Michaelum (Balbum) in vinculis detinebat. Vel potius ipse Michaelus, qui homo esset audax & impudens, hoc sibi

Leo Armenius Imp.

Nicetas Rangabis F. castratus, deinceps patriarcha.

Sabbatius.

Nicephori patriarchæ exsilium.

Omen.

Prodigium.

Michaelus ad ignem damnatur.

mali arcessiuerat: tandemque decretum Senatus publicatum fuit, quo Michaelus igni concremari iubebatur. Id omnino ei vsuuenisset, si non Imperatrix ipsa facinus impediuisset. Nam illa pro Michaelo deprecans, inter alia proferebat in medium instantem sacrosanctæ Christi natiuitatis diem. Nihilominus Leo per insomnia, per oracula, per alia quædam eiusmodi territus: cædem eius maturabat. Ad suam quoque coniugem dixisse perhibetur: Tua quidem opera Michaelus iam dimittitur: verum quid sequuturum sit, tu tuique liberi paulo post cognoscetis. Non magno temporis interiecto spatio, Michaelus oraculo fretus Monachi, cuius mentionem aliquoties fecimus, eas ipsas insidias, de quibus loquuti sumus, Leoni struxit: totamque rem illi patefecit, qui eum vinculis constrictum custodiebat. Hoc modo factum, vt Michaelus Imperatorium in solium collocaretur, quum quidem adhuc compedes gestaret: Leo sine vlla commiseratione gladiis configeretur, in ipsa diuina æde: quo se receperat.

Leonis vaticinium.

Michaelus Balbus Imp.

Igitur post Leonem Michaelus cognomento Balbus, oriundus Amorio, rebus annos octo cum imperio præfuit. Erat ille quidem minime religiosus, non tamen homines pios ad impietatem cogebat. Quapropter id temporis viri sancti carceribus liberati sunt, & magnus ille Theodorus ab exsilio reuocatus: quem sacras imagines propugnantem, multaque perpessum, Leo Armenius solum vertere coegerat. Hoc Michaelo imperante, Thomas quidam maximis ex orienteque collectis copiis, nec paucis triremibus instructis: aduersus reginam vrbium expeditionem suscepit. Tantas autem vires habebat, vt suspensam ex arce catenam perfringeret, ac Blachernas vsque contenderet. Itaque deinceps totis tribus annis bellum geritur, quo exacto Thomas vincitur, in fugam se coniicit, Adrianopolim peruenit, non exiguo tempore istic obsidione a Michaelo cingitur, ab incolis opidi deditur, inuitus in hostis potestatem venit, manibus atque pedibus truncatur, asino contumeliæ caussa imponitur, hæc tantum verba proferens: Miserere mei, qui reapse Imperator es.

Thomas Imperium adfectat.

Thomæ vires.

Thomæ interitus.

Theophilus Imp.

Post Michaelum, Theophilus filius eius annos duodecim, menses tres imperauit. Mox ab initio Imperio delectum puellarum haberi iussit, inter quas etiam * Cassia comparuit. Eam propter responsum prudentiæ plenum missam fecit ac repudiauit. Nam quum ei malum tradidisset, vti qui propter insignem ipsius pulchritudinem amore correptus esset, simulque dixisset: A muliere mala promanarunt: vicissim illa respondit: A muliere bona quoque proueniunt. Itaque mutata sententia, Theodoram Paphlagoniã matrimonio sibi iunxit. Habebat in more

* al. Icasia

Cassiæ responsum.

A καὶ ἀνάιρετος ἦν. ἐφ' ᾧ καὶ παρὰ τῇ συγκλήτῳ ψῆφος γίνεται, πυρὸς γενέσθαι τὸν Μιχαὴλ παρανάλωμα. ὃ καὶ γενέσθαι ἔφθασεν ἄν, εἰ μή πως ἡ δέσποινα τὸ τοιοῦτον ἐκώλυσεν· εἰς μεσιτείαν τάχα προβαλλομένη τὴν ἐνεστῶσαν ἁγίαν τηνικαῦτα Χριστοῦ γέννησιν. ὁ μέντοι Λέων ἀπό τε ὀνειράτων καὶ χρησμῳδημάτων, καὶ ἑτέρων τοιούτων τινῶν ἔντρομος ὤν, τὴν ἀναίρεσιν ἐκείνου κατέσπευδεν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ὁμόζυγον αὐτοῦ ἔλεγεν· ὁ μὲν Μιχαὴλ ἤδη ἀνίεται διὰ σοῦ· τὸ δὲ μετ' αὐτὸν, καὶ οἱ ἐκ σου μετ' ὀλίγον μαθήσεσθε. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ Μιχαὴλ τῇ τοῦ προρρηθέντος μοναχοῦ προρρήσει θαρρῶν, κατὰ B Λέοντος μελετᾷ τὴν ἐπιβουλὴν, ταύτην καὶ τῷ κατέχοντι αὐτὸν ἀποκαλύψας. καὶ ὁ μὲν Μιχαὴλ, εἰς τὸν βασιλικὸν ἀνάγεται θρόνον, δεσμῷ τοὺς πόδας κατεχόμενος σιδηρῷ. τὸν δὲ Λέοντα, καὶ προσπεφευγότα τῷ θείῳ ναῷ, ἀνηλεῶς ἐκτέμνει τοῖς ξίφεσι.

Κρατεῖ τοίνυν μετὰ τὸν Λέοντα, ὁ Τραυλὸς Μιχαὴλ, ἔτη η', ὁ καὶ ἐξ Αμορίου ὁρμώμενος. δυσσεβὴς μὲν ὤν, οὐ μὴν δὲ καὶ ἀσεβεῖν ἀναγκάζων τοὺς εὐσεβεῖς. ἐφ' ᾧ καὶ ἀνίενται τηνικαῦτα οἱ ἅγιοι· ὁ μέγας τε Θεόδωρος ἀπὸ τῆς C ὑπερορίας ἀνάγεται· προσέφθασε γὰρ αὐτὸν ἐξορίσας ὁ Αρμένιος, καὶ πολλὰ κακὰ ποιήσας, ἅτε τῶν ἁγίων εἰκόνων ὑπερμαχόμενον. τούτου μέντοι τοῦ Μιχαὴλ βασιλεύοντος, Θωμᾶς τις χεῖρα βαρεῖαν συλλέξας ἐξ ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, τριήρεις τε οὐκ ὀλίγας ποιήσας, κατὰ τῆς βασιλίδος ἐκστρατεύει τῶν πόλεων. τοσαύτη δὲ δύναμις ἦν, ὥστε καὶ τὴν ἀπαιωρηθεῖσαν ἐν Ακροπόλει ἅλυσιν διακλάσαι, καὶ πρὸς Βλαχέρνας ἀπελθεῖν. ἐν ὅλοις λοιπὸν τρισὶν ἔτεσι τὰ τοῦ πολέμου κεκρότηται. εἶτα ὁ Θωμᾶς ἡττᾶται· φεύγει· εἰς Αδριανούπολιν ἔρχεται. χρόνον ἱκανὸν ἐκεῖσε παρὰ τοῦ Μιχαὴλ D κύκλῳ τετήρηται· προδίδωσι καὶ ἄκων. κρατεῖται χεῖρας καὶ πόδας τέμνεται ἐπ' ὄνου κάθηται τοῦτο καὶ μόνον λέγων· ἐλέησόν με, ἀληθῶς βασιλεῦ.

Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ, Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη ιβ', μῆνας γ'. καὶ τηνικαῦτα ἐκλογὴν ποιεῖται κορασίων. ὧν μία καὶ ἡ Κασία· ἣν δὴ καὶ ἀποπέμπεται διὰ τὴν πλήρη συνέσεως ἀπόκρισιν αὐτῆς. μῆλον γὰρ ἐπιδεδωκὼς αὐτῇ, ὡς ἐρασθεὶς δῆθεν ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτῆς, καὶ εἰπὼν, ἐκ γυναικὸς ἐρρύη τὰ φαῦλα, ἤκουσεν ἐξ αὐτῆς ὅτι καὶ ἀπὸ γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττονα. ἐφ' ᾧ καὶ τὴν Παφλαγόνα Θεοδώραν ἠγάγετο. ἔθος καθ'

ἑκάστην

ἑκάστην ἑβδομάδα διὰ τῆς ἀγορᾶς ἔφιππος εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν ἀπήρχετο. εἰ γὰρ καὶ τιμὴν ταῖς ἁγίαις εἰκόσιν οὐκ ἔνεμεν, ἀλλὰ τῷ σωτῆρι καὶ αὐτῇ τῇ θεομήτορι, πίστιν ἐτήρει, ὡς ἔλεγεν. ἔτι καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ προκειμένων ὠνίων ἠρώτα. καὶ εἰ πολλοῦ ἐπιπεράσκοιντο, κατὰ τοῦ ἐπάρχου ὠργίζετο.

Τούτῳ προσῆλθέ τις γυνὴ, παρά του τῆς Αὐγούστας συγγόνου Πετρωνᾶ ἀδικουμένη. οἴκημα γάρ τι ὑψώσας, ἔβλαπτε γειτονοῦσαν αὐτήν. ὁ γοῦν Πετρωνᾶς, ἐπεφωνήθη μὲν, οὐ διωρθώσατο δέ. ἐφ' ᾧ αἰκίζεται δεινῶς, καὶ τοῦ οἰκήματος ἀνατραπέντος, ἡ ὕλη πᾶσα τῇ γυναικὶ δίδοται. ἡνίκα δὲ καὶ προκύψας ὁ τῆς δεσποίνης εἶδεν ἐρχόμενον πλοῖον, πυρίκαυστον κελεύει γενέσθαι, λέγων· βασιλέα με τοῦ Θεοῦ ἀναδείξαντος, σὺ βιάζῃ ποιῆσαί με ναύκληρον, ἄλλως τε εἰ μετὰ τῆς βασιλικῆς εὐπορίας, καὶ τὰ ἐξ ἐμπορίας ἑαυτοῖς περιποιεῖσθαι σπεύδομεν, πόθεν ἂν τὰ πρὸς ζωὴν οἱ ἰδιῶται πορίζοιντο; τοσοῦτον δὲ μεγαλοπρεπὴς βασιλεὺς ὁ Θεόφιλος ἦν, ὥστε καὶ θαυμαστά τινα φιλοτεχνήσασθαι ὄργανα. πνεῦμα καὶ γὰρ ἐκεῖθεν ἐν μηχανῇ τινι ἀναπεμπόμενον, μελῳδίαν ἀπήχει τερπνὴν καὶ εὐκέλαδον. ἀλλὰ καὶ χρυσᾶ κατεσκεύασε δένδρα, ἐν οἷς παντοδαποὶ στρουθοὶ καθήμενοι, μελῴδημα μελιτόεν ἐξέχεον.

Ἀνθρώπιόν τι ἐν ἀνακτόροις περιεστρέφετο, παράκοπον φρενῶν ἔχον. ποτὲ γοῦν ὁ βασιλεὺς ἐρωτήσας αὐτὸ πόθεν ἥκει, παρὰ τῇ Μάννᾳ πορευθῆναι ἔλεγεν. οὕτω γὰρ ἐκάλει τὴν δέσποιναν. ἀλλὰ καὶ νινία καλὰ διεβεβαιοῦτο ἔχειν αὐτήν. εἰκόνας οὖν ὁ βασιλεὺς ὑποτοπάσας εἶναι τὰ νινία, κατὰ τῆς βασιλίδος ἐξώργιστο. ἡ δὲ σοφῶς τὸν ἄνδρα κατεσοφίσατο. οὐδὲ γὰρ εἰκόνας εἶδεν ὁ Δένδερις ἔλεγεν. ἀλλ' ἐνατενιζούσης μου τῷ κατόπτρῳ, τὰς ἐκεῖθεν ἀντανακλωμένας ἑώρα μορφάς· ἃς δὴ καὶ νινία ὠνόμασεν. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀπεστρέφετο τὰς εἰκόνας ὁ Θεόφιλος, ὥστε καὶ τὸν ἱερὸν Μεθόδιον, ἅτε τῶν εἰκόνων ὑπερμαχόμενον, ἐν σπηλαίῳ τινὶ κατέκλεισεν, ὥσπερ νεκρὸν ἐν μνημείῳ. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο λῃστὰς σὺν αὐτῷ. ὅτε δὴ τότε καὶ τελευτήσας ὁ εἷς, πόσης δυσοσμίας αἴτιον τῷ μακαρίῳ γέγονε; τηνικαῦτα καὶ οἱ κεντηθέντες τὰ μέτωπα πρὸς τὴν ὑπερορίαν στελλόμενοι γραφὴν ἐγγράπτουσι τῷ Μεθοδίῳ, διά τινος ἰχθυοθήρα ἐν μέτρῳ ἰαμβείῳ κατὰ λέξιν ἔχουσαν οὑτωσί.

Glycæ Annal.

A Theophilus, vt singulis septimanæ diebus per forum eques in Blachernium templum iret. Quamquam enim sacris imaginibus honorem nullum deferebat, Saluatori tamen ac Deiparæ fidem seruabat, vt ipsemet profitebatur. Præterea de rerum in foro venum expositarum pretiis inquirere solebat, & si magno eas vendi deprehenderet, præfecto succensebat. *Theophili fides pessima.*

Accidit aliquando, vt femina quædam ipsum conueniret, ab Augustæ fratre Petrona per iniuriam læsa. Nam quum is ædificium in altum eduxisset, domus vicinæ, quæ mulieris erat, luminibus obstruxerat. Hanc ob caussam Petronas obiurgatus, nihilo magis id corrigebat, in quo deliquerat. Itaque B graui eum contumelia Imperator adfecit, ædibusque deiectis omnem materiem mulieri attribuit. Itidem quum e palatio prospectans, Dominæ nauim portum ingressam vidisset: vt igni ea concremaretur mandauit, huiusmodi verba subiiciens: Tu quum Imperatorem me Deus designarit, nauclerum esse coges? quod si nos præter vberes Imperij fructus, etiam mercaturæ emolumenta conabimur intercipere: vndenam priuatæ fortunæ homines ad vitam sustinendam sibi necessaria comparabunt? Præter hæc, tam magnificus erat Imperator hic Theophilus, vt etiam admirabilia quædam instrumenta studiose excogitaret: de quibus machina quadam emissus spiritus, iucundam suauiC terque resonantem melodiam efficit. Itidem arbores aureas parabat, in quibus omnis generis auiculæ considentes, melleum quendam cantum effundebant. *Exemplum iustitiæ.* *Nauis Augustæ cremata.* *Organũ musicum a Theophilo repertũ.* *Arbores aureæ cum auiculis.*

Ceterum in aula quidam versabatur homuncio, parum mentis compos. Eum quum aliquando interrogasset Imperator, vnde veniret, a Manna se digressum respondit. Hoc enim nomine Dominam appellabat. Deinde adfirmauit, illam perbellas pupas habere. Qua voce Imperator audita, suspicatus pupas esse imagines: contra Imperatricem excanduit. Illa vero maritum solerter decepit. Non enim, ait, imagines Denderis vidit: (hoc illi deliro nomen erat) sed quum speculum intuerer, formas in eo per reflexionem repræsentatas conspexit, easque puD pas nuncupauit. Vsque adeo certe Theophilus imagines auersabatur, vt etiam religiosum illum virum Methodium, qui earum patronus erat, in spelunca quadam perinde concluderet, vti cadauera sepulchris abduntur. Neque tantum hoc modo eum vexauit, sed etiam ipsi latrones duos adiunxit, quorum vnus ibidem extinctus est. Eius cadauer quantum obsecro molestiæ fœtore suo putas viro beato attulisse? Id temporis etiam ij, quorum facies notis erant compunctæ, in exsilium acti, piscatoris cuiusdam opera Methodio scripserunt in hæc verba, iambicis versibus inclusa: *Augustæ dolus.* *Methodius male vexatus.*

Viuo perempto, viuificoque mortuo,
Terram incolenti, ac pariter calcanti polum,
Scripsere vincto vincti, & inscripti notis.

Iis Methodius in hanc sententiam rescripsit:

Libris vicißim descriptos cælestibus,
Faciesque non sine laude compunctos notis,
Secum salutat vinctos viuus obrutus.

Methodius qui liberatus. Hunc autem Methodium nouo & admirabili quodam modo Deus ex eo specu eduxit. Nam quum Theophilus doctrinæ litterarum studiosus, in scripta quædam intellectu difficilia incidisset, nec quî se de illis explicaret, inuenire posset: intellecto de quodam neminem mortalium esse, qui felicius ea declarare posset, quam inclusus ille sepulcro Methodius, hominem indè statim reuocauit, magnoque in pretio deinceps habuit. Et quia Methodij malæ propter sacrarum imaginum propugnationem contundendo læsæ solutæq; fuerant a Theophilo post VII Synhodum simulacrorum euersionem renouante: necesse habebat, vt eas tenui quadam fascia linea obligaret. Vnde mea quidem sententia mos inoleuit, hodieque durans, vt Pontifices ab anteriori parte lineas fascias alligatas habeant.

Denique Theophilus moriturus petebat, vt imagines sacræ rursum non erigerentur, neque Ioannes Patriarcha, præstigiator insignis, loco moueretur. Verum ipso vita functo, Theodora Ioanne deiecto & abdicato, sanctum virum Methodium pro eo substituit. Methodius Patriarcha. Tum vero meretricula quadam subornata, Methodium aduersarij criminati sunt: quæ res in iudicium quum deducta foret, Methodius fimbria vestis sublata, genitalia denudauit. Ea prorsus frigebant, & emarcuerant. Rogatus autem, quanam de caussa tantopere virilia ipsius emarcuissent, respondit, se aliquando quadam de caussa Romam missum, & carnalis libidinis inflammatione correptum, Christi discipulorum opem implorasse: ideoque per quietem vidisse summum illum Petrum Apostolum, qui verendis suis attactis effecerit, vt ignis ea depascere videretur. Ex eo tempore membra istæc sua mortua sibi fuisse, neque libidinis inflammationem quidquam attulisse molestiæ. Cæterum vt omnium prima mulier Adamum paradiso eduxit, ita Domina Theodora coniugem suum in paradisum introduxit. Ea de re quum certior facta fuisset, benigne sanctos hosce patres excepit, qui etiam pro Theophilo Deum precati sunt. Quum autem illos exciperet, aderat inter alios Theophanes Nicænus Pontifex, cuius faciei notæ impressæ erant. Is Imperatrice defixis oculis se intuente, ac notas impressas admirante: Cur, inquit, tam crebro me adspicis? In altera vita cum marito tuo disceptaturus sum. Hoc verbum Imperatricem grauiter admodum pupugit, quam tamen deinde Methodius Patriarcha consolatus est.

A Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ.
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πολοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.

Ἀντιγράφει δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτούς.

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγράφους,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους,
Προσεῖπεν ὁ ζώταφος ὡς συνδεσμίους.

Τὸν μέντοι Μεθόδιον παραδόξως ὁ Θεὸς ἐκεῖθεν ἐξήγαγεν. ὁ γὰρ Θεόφιλος φιλόλογος ὤν, γραφαῖς τισι δυσνοήτοις ἐνέτυχεν, ὧν τὴν λέξιν οὐχ εὕρισκεν. ἀκούσας οὖν παρά τινος, ὡς οὐδεὶς ἕτερος τὰς τοιαύτας σαφηνίσει γραφάς, B εἰ μὴ ὁ ἐν μνήματι Μεθόδιος, ἐκεῖθεν αὐτὸν αὐτίκα μετεκαλέσατο, καὶ διὰ τιμῆς εἶχεν ὅτι πολλῆς. αἱ μέντοι σιαγόνες αὐτοῦ παραλυθεῖσαι ὑπὸ Θεοφίλου διά τε τῶν ἁγίων εἰκόνων ὑπεραλαλεῖν· μετὰ γὰρ τὴν ζ' σύνοδον ὁ βασιλεὺς οὗτος τὴν εἰκονομαχίαν ἀνενέωσεν, ὀθόνῃ λεπτῇ ἐδέδεντο. Ταύτῃ τοι καὶ συνηθεία μέχρι τοῦ νῦν, ὡς οἶμαι, κεκράτηκεν ἐν ἀρχιερεῦσι τὸ καὶ τοῖς ἐμπροσθίοις μέρεσι δεδεμένας ἔχειν ὀθόνας.

Ἀλλὰ καὶ τελευτῶν ὁ Θεόφιλος, ἠξίου μήτε τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀναστηλωθῆναι, μήτε τὸν πατριάρχην Ἰωάννην τὸν καὶ γόητα καθελεῖν. ἀλλὰ μετὰ θάνατον ἐκείνου, καθελοῦσα τοῦτον ἡ Θεοδώρα, τὸν ἱερὸν ἀντεισῆξε Μεθόδιον. C Εἶτα καὶ γυναιόν τι πορνίδιον οἱ ἐξ ἐναντίας ὑποβαλόντες, διαβάλλουσι τὸν Μεθόδιον. κρίσις οὖν ἐπὶ τούτοις προβαίνει, καὶ τὸ κράσπεδον ἄρας, ἀπογυμνοῖ τὴν αἰδῶ. ἡ δὲ ἦν κατεψυγμένη πάντῃ, καὶ μεμαρασμένη. καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθεὶς δι' ἣν ὁ τοσοῦτος γέγονε μαρασμός, ἔλεγεν, ὅτι ποτὲ κατὰ χρείαν εἰς Ῥώμην σταλείς, κἀκεῖσε πύρωσιν παθὼν σαρκικήν, δέομαι τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ δοκῶ κατ' ὄναρ ἰδεῖν τὸν κορυφαῖον Πέτρον. καὶ οὗ τῆς αἰδοῦς ἁψαμένου μου, πῦρ ἐδόκουν αὐτὴν περιβόσκεσθαι. ἔκτοτε οὖν τὰ μόρια ταῦτα νενέκρωται, καὶ πύρωσις οὐκ ἔτι μοι παρηνώχλησε. καὶ ἡ μὲν πρώτη D γυνὴ τὸν Ἀδὰμ ἐξάγει τοῦ παραδείσου· ἡ δὲ κυρία Θεοδώρα εἰσάγει τὸν ὁμόζυγον αὐτῆς εἰς τὸν παράδεισον. ὡς οὖν ἔλαβε πληροφορίαν τοῦ πράγματος, φιλοφρονεῖται τοὺς ἁγίους τούτους πατέρας, δι' ὧν ἄρα καὶ ἡ πρὸς Θεὸν γέγονε δέησις. ἡνίκα γοῦν ἐφιλοφρόνει αὐτούς, συμπαρῆν καὶ ὁ γραπτὸς Θεοφάνης Νικαίας. ταύτης οὖν ἐνατενιζούσης αὐτῷ, καὶ τὰ στίγματα θαυμαζούσης ἔλεγε· τί με συχνῶς ὁρᾷς; ὅτε διαδικάσομαι περὶ τούτου τῷ ἀνδρί σου. ἣν δὴ καὶ πολλὰ δυσχεράνασαν τούτου ἕνεκεν, ὁ Πατριάρχης παρεμυθεῖτο Μεθόδιος.

A Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοφίλου βασιλείας Λέων ὁ φιλόσοφος ἦν, κεκρυμμένος μὲν τοῦ πρότου, καὶ πάντη ἄγνωστος ὤν· τούτῳ δὲ γεγονὼς τῷ τρόπῳ κατάδηλος. νεανίας τις γεωμετρικῆς ἐπιστήμης ἔμπειρος ὤν, αἰχμάλωτος ἄγεται. εἶτα παρὰ τοῦ κατέχοντος αὐτὸν Ἀρμεμουμνῆ, ζήτησις γίνεται γεωμετρικῶν θεωρημάτων. παρίσταται καὶ ὁ νεανίας· τὴν αὐτοῦ σοφίαν δείκνυσι. θαυμάζεται. ἐρωτᾶται εἰ καί τινες ἕτεροι τοιοῦτοι παρὰ τῇ βασιλευούσῃ εὑρίσκονται. καὶ ὁ Ἀρμεμούμνης μαθὼν περὶ τοῦ σοφοῦ Λέοντος, τίς τε ἦν, καὶ ὅπως εἰς ἄκρον ἐληλάκει πάσης σοφίας, καὶ ἐπιστήμης· γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Θεόφιλον, ὡς ἂν ἀποστελεῖ τὸν φιλόσοφον πρὸς αὐτόν. ἀντὶ δὲ B τούτου δοθήσεται χάρις, χρυσίου κεντηνάρια ρ'. καὶ φιλία αἰώνιος. καὶ ὁ Θεόφιλος ἄτοπον κρίνας εἰ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν, δι' ἣν τὸ τῶν Ῥωμαίων γένος θαυμάζεται, ἔκδοτον ποιήσει τοῖς ἔθνεσι, πρὸς τὰ αἰτηθέντα οὐκ ἐπένευσε. γνωρίζεται οὖν ἐντεῦθεν ὁ τὰ πάντα σοφώτατος Λέων. διδάσκαλος προχειρίζεται· τελευταῖον εἰς τὸν τῆς Θεσσαλονίκης θρόνον ἀνάγεται παρὰ Πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ μεγάλου. τῶν εἰκονομάχων τηνικαῦτα καθαιρεθέντων, συγκαθῃρέθη καὶ αὐτός. μεγίστην δὲ τιμὴν παρά γε τοῖς Θεσσα- C λονικεῦσιν ἔφερε· καὶ δι' ἄλλα μὲν πολλὰ, μάλιστα δὲ δι' ἣν ἐπήνεγκε τοῦ λιμοῦ λύσιν, τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιτολὴν διασκεψάμενος· κἀκείνους ἀναπείσας τὰ σπέρματα τηνικαῦτα καταβαλεῖν.

Ὁ μέντοι Θεόφιλος, γαμβρὸν εἶχεν Ἀλέξιον, οὗ Μωσηλὲ τὸ ἐπώνυμον· καὶ Μανουήλ τις ἐν αὐτῷ παραδυναστεύων ἦν. ὁμοίως καὶ Θεόφοβός τις· ὃν δὴ καὶ θανάτῳ καθυποβληθῆναι κελεύει, μή ποτε νεώτερόν τι εἰργάσηται. ἀφαιρεῖται οὖν ἡ ἐκείνου κεφαλὴ, καὶ τῷ Θεοφίλῳ προσάγεται. τῶν οὖν τριχῶν αὐτῆς ἁψάμενος, ἔφη. οὔτ' ἐγὼ Θεόφιλος, οὔτε σὺ Θεόφοβος. ἐπὶ τούτοις οὖν ἐξηρεύξατο τὴν ψυ- D χὴν δυσεντερίᾳ πρότερον συσχεθείς· τὸ δὲ ταύτης αἴτιον, ψυχροποσία.

Μετὰ δὲ τοῦτον, κρατεῖ Μιχαὴλ σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ, ἔτη ιδ'. κατάγει δὲ αὐτὴν, καὶ ἀποκείρει· μόνος γὰρ ἤθελε σκῆπτρα τὰ Ῥωμαίων ἰθύνειν. εἰ καὶ μὴ πρὸς καλὸν ἀπέβλεπε τὰ ἐκείνου. τί γὰρ οὐκ ἔλεγε; τί δὲ οὐκ ἔπραττε; πολλάκις καὶ μηδέ τινος χρείας κατεπειγούσης, χωρὶς φυλάκων καὶ φρουρᾶς, ἄτερ δορυφορούντων, ἐπὶ μέσων ἐκεῖνος τριόδων προώδευε. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; ἐπὶ χεῖρον καθ' ἑκάστην προκόπτων ζωὴν, καὶ κατ' αὐτῶν ἐλύπησε

Scito autem, dilecte fili, Theophilo imperante Leonem philosophum extitisse, qui prorsus antea latitabat, & ignotus erat: sed hoc modo nomen aliquod est consequutus. Quidam adolescens Geometricæ scientiæ peritus in hostium potestatem venerat. Accidit autem, vt Armemumnes, qui eum captiuum habebat, aliquando de Geometricis theorematis disputaret. Ibi iuuenis ille præsens doctrinæ suæ specimen edit, & apud homines admirationem sui concitat. Quamobrem interrogatur, an alij quoque Constantinopoli reperiantur, qui artem hanc teneant. Quum respondente iuuene cognouisset Armemumnes de Leone viro sapienti ac docto, quisnam foret, & quod summam omnis doctrinæ scientiæque peritiam consequutus esset: litteris ad Imperatorem Theophilum datis petit, vt ad se Leonem mittat, pro quo declarandi animi grati caussa vicissim ei daturus sit centum auri centenarios, æternamq; pacem concessurus. Theophilus autem, qui absurdum quiddam se facturum duceret, si rerum cognitionem, propter quam natio Romanorum in admiratione sit, populis exteris proderet: postulatis Armemumnæ adsentiri noluit. Ex eo tempore Leo doctissimus in vniuersis disciplinis clarescere cœpit. Quumque doctoris munus aliquandiu ei mandatum fuisset, tandem opera magni Patriarchæ Ioannis ad Thessalonicense solium euectus est. Inde quum oppugnatores imaginum loco mouerentur, etiam ipse solio suo deiectus est. Apud Thessalonicenses in honore maximo fuit quum alias plures ob caussas, tum maxime propterea, quod eos annonæ penuria subleuasset, siderum quorumdam ortu considerato. Persuaserat enim ipsis, vt indicato ab se tempore semina terræ crederent.

De Leone philosopho.

Qui Leo clarus factus sit.

Leo famem suorum subleuat.

Ad Theophilum vt redeamus, habebat is generum Alexium, cognomento Moselem. Præterea Manuelus quidam apud ipsum potestatis Imperatoriæ particeps erat, itemque Theophobus, quem morte adfici iussit, ne quando res nouas moliretur: estque caput ei præcisum, & ad Theophilum allatum. cuius ille crinibus attrectatis: Nec ego sum Theophilus, inquit, nec tu Theophobus. Haud multo post animam exhalauit, quum prius intestinorum morbo laborasset, quem ex haustu frigidæ aquæ sibi arcessiuerat.

Theophobi cædes.

Theophilo extincto, Michaelus cum Theodora matre XIV annis imperauit, eamq; tandem ab Imperij gubernaculis remouit & rasit: quod solus Romanam remp. administrare vellet. Non tamen ad vtilitatem publicam ea, quæ gerebat, spectabant. Quid enim non ille dicere? quid non ausus est facere? Sæpenumero nulla vrgente necessitate absq; custodibus, præsidio, satellitum comitatu, in ipsa se triuia conferebat. Quid multa proferri opus est? quum cottidie deteriorem ad vitam prolaberetur, tandem vir sceleratissimus aduersus

Michaelus cognomento Temulentus, Imp.

Michaeli insolentia.

Impietas.

ipsa quoque mysteria furiose debacchari cœpit. Nam in craterem indito sinapi acerbissimo, mysticum inde sacrum peragebat, ludens miser in iis, quæ ludos nullos admittunt, & ridens infelix in minime ridiculis.

Prodigalitas.

Tradiderat ei Theodora mater auri CIↃXC centenarios, argenti ad CIↃ CIↃ CIↃ. Ex iis Michaelus moriens tria tantum reliquit, Imperio post discessionem ex aula Theodoræ annis XI potitus. Solis compotationibus & Circensibus ludis operam dabat, quibus sane spectaculis tam impense delectabatur: vt ipsemet extrinsecus amictum Venetum gestans equos agitaret, Logotheta Prasino habitu induto. Accidit aliquando, vt equestri certamine iam imminente, Protonotarius Dromi accedens diceret, in Melangeis, quæ Melagina vulgo nuncupantur, Saracenos adesse. Tum Imperator: Téne vero, inquit, hominem stolidissimum audere mihi tali occupato certamine, ac in hoc vnum incumbenti, vt in læuam partem medium auertam, de Saracenorum incursu nuntium adferre? Rebus igitur huiusmodi Michaelus occupatus, Imperatorios (ceu diximus) thesauros exhauriebat. Nam quoties ipsorum etiam aurigarum filios ex sacro fonte suscipiebat, singulis auri libras centum donabat.

Leuitas.

Vecordia.

Ignibus hostium incursus proditi.

Licet hinc etiam, vt omittamus alia, Michaeli vecordiam agnoscere. A Tarso ad Palatium vsque certis in locis ignes succendi consueuerant, quibus aliis alios excipientibus, Saracenorum incursus denuntiabantur. Quum igitur aliquando currus agerentur ad eximij martyris Mamantis ædem, quæ in Steno est, habituque Veneto Imperator ipse ornatus esset: signum aduentus hostilis editum est per ignem de Pharo. quæ res permolesta quum Imperatori accideret, ignes illos admirabili consilio excogitatos sustulit, ne deinceps vnquam per eiusmodi nuntios animis terrore perculsis Theatrum spectatores desererent. Idem Michaelus quum forte pecuniis indigeret, etiam platanos illas aureas, factas a Leone philosopho, de quo supra loquuti sumus, in quibus auiculæ sedentes per machinam quandam cantillabant, itemque leones aureos, qui & ipsi cum hominum admiratione maxima nonnunquam rugitum edebant, opera certe præclara, & vnam ob caussam facta, vt exteræ nationes ad eorum conspectum obstupescerent, minutas in partes concîdit, & aurum expendit.

Aues aureæ canentes, & leones rugientes.

Theodora reiicitur a filio.

Quas ob res Theodora Michaelum crebris admonitionibus castigans & erudiens, e regia tandem expellitur. Etenim Michaeli auunculus, cui Bardæ nomen erat, nulla non machinatione vsus, & omnibus hominem modis aggressus, vt Imperatrix quidem longe a regia summoueretur, effecit: ipse vero Cæsar ab Imperatore designaretur. Itaque ab illo tempore cuncta sic agere, quasi

Bardæ facinora.

A τῶν μυστηρίων ὁ κάκιστος. βαλὼν γὰρ εἰς κρατῆρα δριμύτατον σινάπι, τὴν ἁγιστείαν ἐκεῖθεν ἐτέλει τὴν μυστικήν. παίζων ὁ τάλας ἐν οὐ παικτοῖς, καὶ γελῶν ἐν ἀγελάστοις ὁ δείλαιος.

Ἡ μέντοι Θεοδώρα παραδίδωσι πρὸς αὐτόν, χρυσοῦ κεντηνάρια ϛ'. καὶ ἀργυρίου, ὡσεὶ ,γ'. ἀλλ' ὁ Μιχαὴλ τρία καὶ μόνα τελευτῶν ἀφῆκε, κρατήσας ἔτη ια' μετὰ τὴν Θεοδώρας διάζευξιν. περὶ γὰρ μέθας καὶ ἱπποδρομίας κατήγετο· τοσοῦτον δὲ τῶν τοιούτων ἐξείχετο θεάτρων, ὡς αὐτὸς μὲν φορεῖν τὸ Βένετον, καὶ ἱππηλατεῖν. ὁ δὲ Λογοθέτης τὸ Πράσινον. καί ποτε γοῦν τοῦ ἱππικοῦ ἐνστάντος ἀγῶνος, ὁ B τοῦ δρόμου πρωτονοτάριος ἐφίσταται λέγων· ὅτι ἐν τοῖς Μελαγγείοις, ἅτινα Μελάγινα ἰδιωτικῶς λέγονται, Σαρακηνοὶ προσέβαλον· καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐν τοιούτῳ μοι, ἔφη, ἀγῶνι, καὶ τὸν μέσον εὐώνυμον καταστῆσαι σπεύδοντι, αὐτὸς μάταιε περὶ Σαρακηνῶν ἐπιδρομῆς ἀγγελίας ἄγεις μοι; τοιούτοις οὖν ὁ Μιχαὴλ ἐνασχολούμενος, τοὺς βασιλικοὺς ἐκένωσεν, ὡς εἴρηται, θησαυρούς. καὶ αὖθις γὰρ τοὺς ἡνιόχων παῖδας, ἐκ τῆς ἱερᾶς κολυμβήθρας ἀναλαμβανόμενος, ἐδίδου ἑκάστῳ αὐτῶν, ἀνὰ χρυσίου λίτρας ρ'.

Πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τοῦτο τὴν τοῦ Μιχαὴλ C ἀβελτηρίαν παρίστησιν. ἀπὸ Ταρσοῦ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ παλατίου φρυκτοὶ κατά τινας τόπους ἀνεφλέγοντο κατὰ διαδόσιν τὰς τῶν Σαρακηνῶν ἐπιδρομὰς προμηνύοντες. ἡνιοχείας οὖν τελουμένης κατά γε τὸν ἐν τῷ στενῷ τοῦ μεγαλομάρτυρος ναὸν Μάμαντος, καὶ τὸ Βένετον ἐνδεδυμένου τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ἀγγελία γέγονεν ἀπό γε τοῦ κατὰ τὸν Φάρον φρυκτοῦ. ἀνίᾳ γοῦν ἐπὶ τούτῳ συσχεθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐκ μέσου ποιεῖ τοὺς θαυμαστοὺς ἐκείνους φρυκτοὺς, ὡς μηκέτι τοιαύταις ἀγγελίαις οἱ θεαταὶ δειλαινόμενοι, τὸ θέατρον καταλύωσιν. ἔτι ὁ Μιχαὴλ χρημάτων ἀπορήσας, καὶ τὰς χρυσᾶς ἐκείνας πλατά- D νους, ἃς ὁ φιλόσοφος κατεσκεύασε Λέων, ὡς ἄνωθεν ἔφημεν, ἐν αἷς στρουθοὶ καθήμενοι διὰ μηχανῆς ἐκελάδουν. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς λέοντας, ἃ πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἐθνῶν μεμηχάνηται, καὶ οὗτοι γάρ, ἔστιν ὅτε βρυχώμενοι ἐθαυμάζοντο, κατακόψας ἀνάλωσεν.

Ἐπὶ τούτοις οὖν ἡ Θεοδώρα πολλὰ παραινοῦσα τῷ Μιχαὴλ, τῶν βασιλείων ἔκπλωτος γίνεται. ὁ γὰρ ἐκ μητρὸς αὐτοῦ θεῖος, ᾧ Βάρδας ὄνομα, πάντα κάλων κινήσας, καὶ παντοίως ὑπελθὼν αὐτόν, τὴν μὲν βασίλισσαν πόῤῥω γενέσθαι τῶν βασιλείων οἰκονομεῖ, ἑαυτὸν δὲ προχειρισθῆναι Καίσαρα. ἔκτοτε οὖν πάντα ποιῶν, ὡς

αὐτόμαξ οὐ διέλιπε. πρὸς τούτοις δὲ καὶ παρανομίαν ἐτόλμα. υἱοῦ γνησίου γαμετὴν συνεφθείρετο. μανθάνει ταῦτα καὶ ὁ τότε Πατριάρχης Ἰγνάτιος. ἐφ' ᾧ νουθετεῖ, παραινεῖ, καὶ τελευταῖον ἐκδιώκει τῶν ἁγιασμάτων αὐτόν. μαίνεται ὁ Βάρδας, καὶ τὸν μὲν Ἰγνάτιον, τῆς ποίμνης ἐξίστησιν. ἀντ' αὐτοῦ δὲ, προχειρίζεται Φώτιον. ἀλλ' ἐντεῦθεν οἵοις καὶ ὅσοις ἐβλήθη δεινοῖς παρὰ Φωτίου ὁ Ἰγνάτιος, ἵν' ἑκὼν φανείη παραιτούμενος, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀπορρίζουσι γὰρ αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας, προσεφαπλοῦσι γυμνὸν κοπροφέρτῳ τινὶ λάρνακι τὸν τοῦ καταπτύστου Κοπρωνύμου φερούσῃ νεκρόν.

Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πλέον ἀνέχεται ὁ Θεός. ὁ μὲν γὰρ Φώτιος αὐτίκα τοῦ θρόνου ἐκβάλλεται. ὁ δὲ Βάρδας κακῶς τὴν ὧδε μεθίσταται. κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ σημεῖά τινα τὸν ὄλεθρον αὐτοῦ κατεμήνυον. ἐπιτολαὶ κομητῶν, ὄψεις ὀνειράτων ἀλλόκοτοι. ἐδόκει γὰρ ὁ Βάρδας πρὸς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἀπελθεῖν, καὶ τῷ τοῦ πατριάρχου θρόνῳ τὸν κορυφαῖον Πέτρον ἰδεῖν ἐγκαθήμενον, καὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ τὸν ἁγιώτατον Ἰγνάτιον ἐγκυλινδούμενον, κἀκεῖθεν ὧν ἔπαθε παρὰ τοῦ Καίσαρος αἰτοῦντα ἐκδίκησιν. καὶ ὁ Βάρδας εὐθέως ἑώρα ῥομφαίαν διδομένην, ὡς ὑπ' αὐτῆς αὐτὸν μεληδὸν διατμηθῆναι. οὐ πολὺς διῆλθε καιρὸς, καὶ κατὰ τοῦ Βάρδα θάνατος μελετᾶται παρὰ Μιχαὴλ, τὴν ἐκείνου δυναστείαν δεδοικότος. ξιφήρεις οὖν τοὺς κατ' αὐτοῦ ἐπιόντας ὁ Βάρδας ἰδὼν, τοῖς τοῦ βασιλέως ἑαυτὸν ἐπιρρίπτει ποσίν. ἀλλ' ἀποσπῶσι τοῦτον ἐκεῖθεν, καὶ μεληδὸν κατατέμνουσι. τὰ δὲ παιδογόνα αὐτοῦ μόρια κοντῷ ἀπαιωροῦσι, καὶ τῷ λαῷ παραδειγματίζουσι.

Μετὰ δὲ ταῦτα φυσικῆς γονῆς ὁ Μιχαὴλ, ἀπορῶν, ὥς φησιν ὁ Σκυλίτζης, καὶ τὰ κοινὰ διεξάγειν οὐχ οἷός τε ὢν, ἅτε τοῦ Βάρδα ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, εἰσποιεῖται τὸν Βασίλειον εἰς υἱὸν, καὶ τῇ τῶν Μαγίστρων ἀξίᾳ τιμήσας, διάδημα μετὰ μικρὸν αὐτῷ περιτίθησιν. εἶθ' ὅτε ὁ Μιχαὴλ παρὰ Βασιλείου ἐλεγχόμενος ἐφ' οἷς ἔπραττε, ποιῆσαι τοῦτον ἐκ μέσου ἐφρόντιζε. τί γοῦν ποιεῖ; Βασιλίσκον τινὰ, φιλοτιμήσασθαι γὰρ ἤθελεν αὐτὸν, ὅτι προφθάσας ὕμνησε τὸ κράτος αὐτοῦ, διὰ τὸ καλῶς δῆθεν ἡνιοστροφῆσαι, εἰς μέσον ἀγαγὼν, τὴν πορφύραν αὐτὸν ἐνδύει, καὶ τὸ διάδημα, πρὸς τὴν γερουσίαν εἰπών. πάλαι μὲν οὖν ἔδει τουτονὶ τὸν ἄνδρα, ὦ φίλοι, εἰς τὸν περίβλεπτον κό-

A si Imperator ipse foret, non destitit. Præterea facinus improbissimum committere ausus est, genuini filij coniuge vitiata. Quod vbi resciuisset Ignatius Patriarcha, hominem semel atque iterum frustra monitum, tandem adhibita commonefactione postrema, sacris excludit. Tum vero Bardas furere, Ignatium gregi adimere, Photium eius loco substituere. Qualibus autem, quantisque calamitatibus Ignatius opera Photij fuerit exagitatus, vt tandem sponte sua solium detrectare ac resignare videretur: verbis explicari omnino non potest. Quippe radicitus ei dentes effracti sunt, ipse nudus in longum exporrectus, & sandapilæ cuidam luto commaculatæ inclusus, quæ abominabilis istius Copronymi cadauer continebat. B

Ignatius Rangabis Imp. F. pellitur.

Verum Deus hæc non admodum diu tolerauit. Quippe Photius ille mox solio deiectus est, Bardas misere vitam in terris suam clausit. Etenim quum moriturus esset, prodigia quædam & ostenta perniciem hominis portenderunt: nimirum ortus cometarum, & inusitata somniorum visa. Nam per quietem Bardas ire sibi magnam ad Ecclesiam videbatur, vbi principem Apostolorum Petrum in solio Patriarchæ sedentem cerneret, ad cuius pedes sanctissimus ille Patriarcha Ignatius prouolutus iaceret, ac vindictam eorum postularet facinorum, quæ a Cæsare designata in se fuissent. Mox alicui gladium porrigi, quo Bardas membratim dissecaretur. Neque multum temporis intercessit, quum Michaelus Bardæ potentiam reueritus, hominem morte multatum e medio tollere cogitat. Itaque Bardas homines gladiis instructos contra se pergentes intuitus, ad Imperatoris se pedes abiicit. Verum per eosdem inde abreptus, membratim in frusta conciditur: genitalibus hastæ suffixis, & publice populo spectaculi caussa exhibitis. C

Photii & Bardæ exitus.

Portenta.

Somnium.

Bardæ cædes.

Secundum hæc Michaelus, quod sobolem ex se naturaliter procreatam nullam haberet, vti Scylitzes memoriæ prodidit: nec publicam rem administrare per se satis idonee posset, Barda iam rebus humanis exemto: Basilium filij loco adoptat, & Magistrorum dignitate ornatum, paullo post etiam diademate cingit. Quum autem a Basilio quoque Michaelus ob ea reprehenderetur, quæ nefarie patrabat: quo pacto & illum e medio tolleret, sollicite cogitabat. Quid ergo rei molitur? Hominem quemdam, nomine * Basiliscum, quem adficere honore propterea cuperet, quod aliquando maiestatem ipsius insigniter prædicasset, ob quadrigarum sollertem inflexionem, in medium productum purpura induit, ac diademate ornat, huiusmodi ad Senatum verbis vsus: Iampridem, amici, oportebat hunc virum a nobis ad honorem Imperij splendi- D

Scylitzes historicus.

Basilius adoptatur.

*al. Basilinum. item, Basilicinum.

dissimum potius euehi, quam Basilium. Idcirco mei me consilij factique pœnitet. Quod quidem vbi fecisset, mox initium interitus Michaeli appetiit: præsertim quum intemperanter admodum potare non desineret, ac subditis crebra mala moliri. Nam præcipiebat his aures, illis nares, nonnullis capita præcidi. Quum autem Basilius impediret, quominus ea perficerentur: fraude circumuenire Michaelus ipsum instituit. Nam cuidam mandabat, vt in speciem quidem aduersus feram telum emitteret, reapse vero Basilium peteret. Qua re Basilius animaduersa, in ipsum Michaelum id patrandum esse statuit, quod imminere sibi ab eo videbat. Itaque hominem ad D. Mamantis interficit.

Exitus Michaeli.

Basilius Macedo Imp.

Hoc modo post Michaelum cognomine Temulentum, Basilius Macedo XX annis Imperium obtinuit. Is quum adhuc infans admodum esset, vti Zonaras commemorat, forte soli expositus in æstu iacebat, messe occupatis parentibus, qui valde pauperes erant. Tum vero aquila de sublimi aduolans, expansis alis vmbram ei præbebat. Quum autem mater aliquoties aquilam abigere conata, nihil efficere se videret: tandem hanc rem boni augurij loco duxit. Præterea Basilius hic e pago quodam originem habuit, qui magnæ vrbi Adrianopoli vicinus erat. Etiam aliquando ceu mancipium a Bulgaris auectus fuit. Vnde quum euasisset, Byzantium sese contulit, ac propius ad sancti Diomedis ædem accedens, ibidem in latericio pauimento fessus obdormiuit. Ea nocte templi eius æditUus ab angelo ter excitatus est, ac Imperatorem introducere iussus. Paret æditUus angelo, & Basilium velut Imperatorem humanissime tractat atque reficit. Quid ex eo tempore de ipso factum? propter insignem animi fortitudinem in Michaeli notitiam peruenit: primum equorum ei cura committitur: deinde fit Cubicularius: tandem Imperator renuntiatur: quum quidem huiusmodi euenta Deus multo ante significasset. Nam vide obsecro, quid aliquando ipsi acciderit. Forte cum hero id temporis suo Theophilitze quemdam ad locum profectus fuerat. Eo in loco solitariæ vitæ sectator degebat, homo futura prospiciendi facultate præditus. Negligebat ille Theophilitzem, quum magnum honorem Basilio deferret. Quæsitus ab aliquo, cur id fecisset: Imperatorem in eo se palam conspexisse respondit. Hac igitur ratione Basilius Imperio (ceu diximus) post Michaelum potitus est: moxque Photium ex Ecclesia pepulit, ac solium Ignatio restituit. Præterea sub initium Imperij Patribus conscriptis ad se venire iussis, thesauros Imperatorios aperuit, vt Scylitzes commemorat, deque pecuniis ærarij maximis, præter auri tres centenarios, nihil omnino reperit. Quo autem illæ modis ac rationibus nouis insitatisque prius deuenis-

Ioannes Zonaras.

Augurium aquilæ.

Basilii tenuitas.

Aliud vaticinium.

Alio modo significatum Basilio regnũ.

Inopia ærarii.

Ioannes Scylitzes.

A σμον τῆς βασιλείας ἀναγαγεῖν, ἢ τὸν Βασίλειον ἐφ' ᾧ καὶ μεταμεμέλημαι. ἀλλ' ἐντεῦθεν ἡ τοῦ Μιχαὴλ κατάλυσις λαμβάνει ἀρχήν. εἰ καὶ μᾶλλον ἀκρατοποτῶν οὐ διέλιπε τοῖς ὑπ' αὐτὸν πολλὰ κακὰ παρεξενῶν, ἄλλου μὲν ὦτα κελεύων ἀφαιρεῖσθαι, ἑτέρου δὲ ῥῖνα, καὶ κεφαλὴν ἄλλου. ἀλλ' ἐν τούτοις ἐμποδίζοντα τὸν Βασίλειον εἶχεν. ἐφ' ᾧ δόλον μελετᾷ κατ' αὐτοῦ. ἐνέσκηψε γάρ τινι βέλος ἀφιέναι τὸ δοκεῖν μὲν κατὰ θηρίου· τῇ δὲ ἀληθείᾳ κατὰ Βασιλείου, καὶ ὃς πάντα ἐννοήσας, ἔδρασε μᾶλλον ἐπὶ Μιχαήλ, ὅπερ αὐτὸς ἔμελλε ἀπ' αὐτοῦ παθεῖν. ἐφ' ᾧ, καὶ B φονεύει αὐτὸν κατὰ τὸν ἅγιον Μάμαντα·

Κρατεῖ οὖν μετὰ Μιχαὴλ τὸν μεθυστὴν, Βασίλειος ὁ Μακεδὼν, ἔτη κ'. ὃς βρεφύλλιον ὢν, κατά φησι Ζωναρᾶς, ἔκειτο τῷ ἡλίῳ θαλπόμενος, ἅτε δὴ τῶν αὐτοῦ γονέων περὶ τὸ θέρος ἀσχολουμένων. πένητες γὰρ ἦσαν πτωχοί. ἀετὸς δὲ τηνικαῦτα καταπτὰς, ἐσκίαζεν αὐτὸν ταῖς πτέρυξιν. ἡ γοῦν μήτηρ αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἀποσοβῆσαι ἐπιχειρήσασα τοῦτον, καὶ μὴ δυνηθεῖσα, ἀγαθὸν οἰώνισμα τὸ τοιοῦτον ἔκρινε δρᾶμα. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ κώμης ὁ Βασίλειος ὃς ὡρμῆτο, γειτονούσης τῇ μεγαλουπόλει Ἀδριανουπόλεως. καὶ ἀνδράποδον δὲ τοῖς Βουλγάροις C συναπήχθη ποτέ. φυγὼν οὖν ἐκεῖθεν, πρὸς τὴν Βυζαντίδα ἔρχεται, καὶ τῷ τοῦ ἁγίου Διομήδους προσπελάζει ναῷ, κἀκεῖσε ὑπνώττει ἐν κλίνῃ λιθοπλινθίνῃ. τηνικαῦτα ὁ ἐκεῖσε νεωκόρος τρίτον ἀφυπνίζεται δι' ἀγγέλου λέγοντος· ἔσω τὸν βασιλέα εἰσάγαγε. πείθεται ὁ νεωκόρος, θεραπείας ἀξιοῖ τὸν βασιλέα. εἶτα τί; διὰ τὴν αὐτοῦ ἀνδρείαν, τῷ Μιχαὴλ γνωρίζεται. τῶν ἵππων φροντιστὴς καθίσταται. μετὰ ταῦτα παρακοίτος. καὶ τελευταῖον κράτωρ ἀναγορεύεται. τοῦ θεοῦ τὰ τοιαῦτα καὶ προπολλοῦ πάντως δεικνύοντος. ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ποτε μετὰ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοῦ Θεοφιλίτζη ἔν τινι τό- D πῳ ἀπῆλθεν. ἔνθα διορατικός τις ἐτύγχανε μοναχὸς, ὃς τὸν μὲν Θεοφιλίτζην παρεώρα. τὸν δὲ Βασίλειον διὰ τιμῆς ἐποιεῖτο πολλῆς. καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, ἔλεγε, βασιλέα ἰδεῖν αὐτὸν ἄντικρυς. κρατεῖ οὖν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὸν Μιχαὴλ ὁ Βασίλειος. καὶ τῆς ἐκκλησίας εὐθέως τὸν Φώτιον ἐξωθεῖ, καὶ πάλιν Ἰγνατίῳ τὸν θρόνον ἀποδίδωσιν. ἀλλὰ καὶ τὴν γερουσίαν τηνικαῦτα μετακαλεσάμενος, τοὺς βασιλικοὺς ὑπανοίγει θησαυροὺς, ὥς φησιν ὁ Σκυλίτζης. καὶ ἀπόγε τῶν τοσούτων χρημάτων, οὐδὲν ἄλλο εὕρηται, ἢ χρυσοῦ κεντηνάρια τρία· ποῦ δὲ ταῦτα κενοτομηθῆναι ἔφθα-

σε μαθὼν Βασίλειος, οἰκονομεῖ καὶ πάλιν πρὸς τὸν δημόσιον ἀντιστραφῆναι. τὰ ἡμίση λοιπὸν ἀφ' ὧν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Μιχαὴλ ἕκαστος ἀφαιρούμενος, ἐπισυνάγει χρυσοῦ κεντηνάρια τ'.

Τοσοῦτον δὲ καλῶς ὁ Βασίλειος ἦρχε, καὶ τοσοῦτον δικαιότατος ἦν, ὡς καὶ δικαστὰς τάξαι, καὶ τὰς ὑποθέσεις ποιεῖν ἔν τε τῇ Μαγναύρᾳ καθημένους καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ. ἐτύπωσε δὲ καὶ σιτηρέσια λαμβάνειν αὐτούς, ὥστε μὴ τῶν ὑποθέσεων καταφρονεῖν· ἔταξε δὲ καὶ τροφὴν τοῖς πενεστέροις τῶν τὰς δίκας ἐχόντων, ὡς μὴ τῷ λιμῷ τηκόμενοι, τὰς δίκας ἀπαγορεύοιεν. λέγεται δὲ ὅτι καὶ κατιὼν ἐνταῦθά ποτε ὁ βασιλεύς, καὶ μηδένα εὑρὼν ἐγκαλοῦντα, καὶ ὑποπτεύσας μή πως ἐμποδίζονται τοῦ πρὸς αὐτὸν εἰσέρχεσθαι οἱ ἀδικούμενοι, δορυφόρους ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔπεμψε, ὧν δὴ καὶ ἀποστρεψάντων, καὶ μηδένα τοιοῦτον λεγόντων εὑρεῖν, μεθ' ἡδονῆς ἀπέσταξε δάκρυον· καὶ τῷ Θεῷ χάριτας ὡμολόγει, εἴγε κατὰ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν οὐκ ἔστιν ὁ ἀδικούμενος.

Ὁ εἰς ἀδοξίαν ἀπὸ δόξης περιπεσών, παραμυθίας ἀπολαυέτω, τὴν ἄνω καὶ κάτω φορὰν τῶν τῆς ἁμάξης τροχῶν συστρέφων καθ' ἑαυτόν. τῆς γὰρ ἀστάτου τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας εἰκὼν αὕτη ἐστὶ περιφανής. ὁποῖον δὴ πάλαι πεποίηκε καὶ ὁ Σουλδάνος ἐκεῖνος ὁ βάρβαρος. οὗτος γὰρ ὑπὸ τοῦ τῆς Φραγγίας ἄρχοντος κρατηθεὶς, καὶ διετίαν ἐν τῇ φρουρᾷ ποιήσας, οὐκ ὤφθη γελάσας ποτέ. μετὰ δὲ ταῦτα γελάσαι τοῦτον ὁ Φράγγος μεμαθηκώς, ἐρωτᾷ τὴν αἰτίαν. καὶ ὃς ἔλεγε τροχὸν ἰδεῖν ἁμάξης ποτὲ ἄνω, ποτὲ δὲ κάτω φερόμενον, καὶ τούτῳ τὸ κατ' αὐτὸν παρεικάσας, τὸ τοῦ βίου γελάσαι ἀνώμαλον. τῷ Φράγγῳ λοιπὸν ᾠκείωτο ἔκτοτε, καὶ σύμβουλος ἦν ἐκείνῳ διὰ τὴν αὐτοῦ σύνεσιν.

Ὁ Βασίλειος δὲ μετὰ τὸ κρατῆσαι, κατὰ Συρίας ὥρμησε· καὶ Γερμανικόπολιν δέ τινα λεγομένην Αδατα πολιορκῶν, καὶ ταύτην ὁρῶν τῆς πολιορκίας ὀλιγωροῦσαν, ἔφη· ἐφ' ὅτῳ πεποιθότες ἀμερίμνως οὕτως ἔχουσι· γέρων δέ τις ἐκεῖθεν ἀπεκρίνατο· οὐ παρά σου, ὦ βασιλεῦ, ἡ πόλις ἡμῶν ἁλῶναι νυνὶ πέ-

A sent, vbi certior factus fuit: apud Senatum obtinuit, vt publicum in ærarium referrentur. Ipse tamen mitius agens, & cuilibet illorum, qui aliquid a Michaelo acceperant, partem dimidiam auferens, auri c c c. omnino centenarios confecit.

Tam præclare vero Basilius imperium administrabat, tamque obseruans erat iustitiæ: vt ipsemet iudices ordinaret, eosque caussas cognoscere iuberet attente, tam in Magnaura pro tribunali sedentes, quàm in Circo. Edictis quoque propositis instituit, vt hi iudices acciperent e publico salaria: ne agitatas pro tribunali caussas parui facerent, obiterque tractarent. Itidem pauperioribus iure aduersus alios experiuntibus alimenta B decreuit, ne fame contabescentes litibus renuntiarent. Præterea proditum memoriæ scimus, imperatorem ad hæc loca quodam tempore de regia progressum, quum neminem reperisset de alio conquerentem, ideoque suspicatus esset, forte homines iniuriis adfectos aliquo modo impediri, quo minus ad ipsum accederent: satellites per orbem dimisisse, qui vbi reuersi fuissent, neque se quemquam inuenisse dicerent, qui querelarum aliquid haberet: præ gaudio lacrymas fudisse, Deoque gratias egisse, quod se imperante accidisset, vt nemo se iniuste tractatum oppressumque diceret.

Basilii iustitia.

C Ceterum si quis est, qui ex ingenti gloria per casum aliquem aduersum ad conditionem obscuram ignominiosamque peruenit: is cum animo suo perpendens, quo pacto rotę curules sursum deorsumque ferantur, seipsum consoletur. Nam ea volutatio per quam illustri declarat imagine, quam instabilis sit humana felicitas. Tali certe superioribus hisce temporibus exemplo barbarus ille Suldanus aliquando est vsus. Nam quum a Francorum principe captiuus detineretur, totumque biennium in vinculis exegisset: numquam eum ridentem aliquis conspexit. Tandem Francus intellecto, Suldanum risisse: de ipsomet risus illius caussam quærit. Tum ille se plaustri rotam intuitum respondet, quæ modo sursum, modo deorsum ferretur. Ei se caD sus suos accommodantem, non potuisse non inæquabiles rerum humanarum vices ridere. Quo verbo motus Francus, Suldanum ab eo tempore suam in familiaritatem admisit, hominisque prudentiam admiratus, eum in consiliariorum suorum numerum retulit.

Vices rerum humanarum.

Suldanus a Francis captus.

Sapiens Suldani dictum.

Quum primum autem Basilius imperium occepisset, in Syriam expeditionem suscepit: quumque opidum quoddam * Germanicopolim, quod alio nomine Adata nuncuparetur, obsidione cingeret, ac homines obsessos imperatoris conatum flocci facere videret: quæri iussit, quonam præsidio freti, tam secure degerent. Tum quidam ex oppidanis senex: Nequaquam, ait, in fatis est, imperator, vt abs te nostrum hoc opi-

* al. Germaniceam. Germanicopolim frustra Basilius tentat.

dum capiatur: sed in alicuius tuorum, qui Constantini nomen habebit, potestatem aliquando veniet. Iis auditis imperatore filium suum Constantinum ipsis commonstrante: responsum est, non hunc Constantinum illum esse: sed alium quemdam ex ipsius posteris hoc nomine, multis annis intercedentibus, exstiturum. Hoc vaticinium Basilius vt falsum irritumque declararet, maiore studio, quam prius, intentus oppugnationi erat. Verum infecta re, suaque spe frustratus, obsidionem soluit.

Vaticinium.

Quoniam vero Basilius Michaelum illum temulentum interfecerat, placandi Dei caussa multis per vrbem locis nouas ædes Michaelo principi copiarum cælestium Duci exstruxit. Ex iis vna est in Palatio, quam Nouam appellant. Itidem in foro templum nomini Deiparæ dicatum condidit, vt ædes istic aliqua foret, in qua mercatores precarentur. Præterea reparatis instauratisque multis operibus, etiam quamdam cisternam expurgauit, quam Heraclius Imperator humo ingesta oppleuerat, eiusque loco hortum olerum effecerat. Idem præstitit in iis cisternis, quæ sunt intra palatium, & in ea, quæ est ad * Mannaram, & in alia, quæ inter Iustinianeum ac Lausacum sita est. Nam quum Heraclius ex Stephano philosopho, qui natiuitatem eius curiose perscrutatus fuerat, per aquam sibi moriendum esse cognouisset: cisternas, vt diximus, passim obstruxerat.

Templa a Basilio condita.

Cisternæ repurgatæ.

* al. Magnauram.

Secundum hæc euenit, vt Constantinus Imperatoris Basilij filius morbo correptus tamdem moreretur. Eam filij mortem quum Imperator admodum ægro dolentique ferret animo, percupiebat eum sibi viua specie offerri. Tum vero Monachus quidam, Euchaitarum præses, cui cognomen Santabareni erat, Imperatori filium vita functum ita commonstrasse fertur, ac si viuus quispiam foret. Effecit enim, vt specie imaginaria Constantinus eques patri quadam in silua obuiam fieret: quem vbi visus sibi fuisset Imperator & complexus & osculatus esset, mox euanescentem ex oculis amisit. Hinc Imperator magnam de hoc monacho concepit opinionem, quum interim alter filiorum Leo philosophus eum veneficum appellaret, a quo per imposturas Imperator deciperetur. Ea verba quum animum Santabareni vulnerassent, huiusmodi quiddam excogitauit. Auctor Leoni fuit, adeoque persuasit, vt cum patre venaturus, secum gladiolum sub veste gestaret. Eum Leo dolum non intelligebat. quapropter a Santabareno ad patrem velut insidiator defertur: mox vinculis constringitur: quodam in thalamo regio concluditur: imperatoria signa ei adimuntur. Secundum hæc vsuuenit, vt pro more veteri conuiuium Imperator cum magistratibus celebraret. Ibi suspensus qui-

Santabareni præstigiæ.

Santabarenus a Leone offensus.

A πέρθεται· παρὰ δὲ τοῦ τῶν σῶν ᾧ Κωνσταντῖνος ὄνομα. καὶ ὃς ὑποδείξας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον, ἤκουσεν ὡς οὐκ ἔστιν αὐτός. ἀλλ' ἕτερός τις μετὰ χρόνον συχνὸν ἐκ σοῦ ἀναφυείς. καὶ ὁ Βασίλειος, ἵνα τὴν πρόῤῥησιν διημαρτημένην ἐλέγξῃ, ἐπὶ πλέον τῇ πολιορκίᾳ προσέκειτο. ἀλλὰ μηδὲν ἀνύσας κενὸς ἐκεῖθεν ὑπέστρεψεν.

Οὗτος ὁ Βασίλειος, ὅτι Μιχαὴλ ἀνεῖλε τὸν μεθυστὴν, οἷα ἐξιλασκόμενος τὸν Θεόν, πολλαχοῦ τῆς πόλεως τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ, ναοὺς ἐδείματο ἐκ καινῆς. ὧν εἷς καὶ ἡ ἐν τῷ παλατίῳ λεγομένη νέα. ἐδείμα-
B το δὲ κἂν τῷ φόρῳ ναὸν, ἐπ' ὀνόματι τῆς θεοτόκου, ὡς δῆθεν ἔχοιεν οἱ πραγματευόμενοι οἶκον προσευχῆς· πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα καινουργήσας ὁ Βασίλειος, καὶ κινστέρναν ἀπεκάθηρέ τινα, ἣν ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος ἀπέχωσε, κῆπον αὐτὴν ποιήσας λαχάνων. τοῦτο δὲ ἐποίησε καὶ ἐν ταῖς οὔσαις ἐντὸς τοῦ παλατίου. τῇ δὲ πρὸς τῆς Μαγναύρας, καὶ τῇ μεταξὺ Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ Λαυσακοῦ. ὁ γὰρ Ἡράκλειος παρὰ Στεφάνου τοῦ φιλοσόφου τὴν γένεσιν αὐτοῦ πολυπραγμονήσαντος μαθὼν, ὡς ἐξ ὕδατος αὐτὸν ἀνάγκη τε-
C λευτᾶν, τὰς τῶν κινστερνῶν, ὡς εἴρηται, προσχώσεις ἐποίησεν.

Ὁ μέντοι τοῦ βασιλέως υἱὸς Κωνσταντῖνος νοσήσας ἀπέθανε. καὶ ὁ αὐτοκράτωρ τὸν αὐτοῦ θάνατον οὐ φέρων, ἐζήτει ζῶντα τοῦτον ἐμφανισθῆναι αὐτῷ. μοναχὸς δέ τις Εὐχαΐτων πρόεδρος, ᾧ Σανταβαρηνὸς τὸ ἐπώνυμον, δεῖξαι λέγεται τῷ βασιλεῖ τεθνηκότα υἱὸν αὐτοῦ, καθάπερ ζῶντά τινα. κατὰ γὰρ λόχμην τινὰ τὸν Κωνσταντῖνον ἔφιππον συναντῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ κατὰ φαντασίαν ἐποίησεν. ᾧ δὴ καὶ περιπλακῆναι δόξας ὁ βασιλεὺς καὶ καταφιλήσας, οὐκ ἔτι τοῦτον ἑώρα. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς μεγάλως περὶ τὸν
D μοναχὸν ἐφαντάζετο. ὁ δὲ ἕτερος υἱὸς αὐτοῦ Λέων ὁ φιλόσοφος, φαρμακὸν ἐκάλει τὸν μοναχὸν, καὶ ἀπατῶντα τὸν αὐτοκράτορα. πληγεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις τὴν ψυχὴν ὁ Σανταβαρηνὸς, τοιοῦτόν τι ἐπινοεῖται. πείθει τὸν Λέοντα, καὶ ξιφίδιον ἐντὸς τοῦ ὑποδήματος φέρειν παρασκευάζει ὁπηνίκα τῷ πατρὶ συνθηρεύων ἦν. οὐδὲ γὰρ τὸν δόλον ἐνόησεν. ἐφ' ᾧ καὶ ἐπίβουλον προσαγγέλλει αὐτόν. δεσμεῖται λοιπὸν, καὶ ἐν ἑνὶ τῶν βασιλικῶν κατακλείεται θαλάμων· καὶ τὰ τοῦ κράτους ἀφαιρεῖται παράσημα. μετὰ δὲ ταῦτα συμπόσιον μετὰ τῶν ἐν τέλει ποιεῖται ὁ κρατῶν, κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν· ψιττακὸς οὖν ἐκεῖσε ἀπῃωρημένος,

μένος, Λέων, Λέων ἐβόα πυκνά. ὀδυρομένου καὶ γάρ τινος τὸν Λέοντα τὴν φωνὴν ἐμιμήσατο. ἀφορμῆς οὖν ἐντεῦθεν δραξάμενοι, δέονται τοῦ βασιλέως περὶ τοῦ Λέοντος. λέγοντες ὡς εἰς κατηγορίαν ἡμῶν ἔσται τουτὶ τὸ ζῶον, εἴπερ αὐτὸ μὲν τὸν οἰκεῖον ἀνεκαλεῖτο δεσπότην. ἡμεῖς δὲ ἀμνημονοῦμεν ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ. ταύτῃ τοι καὶ οὐκ ἀποτυγχάνουσι τοῦ σκοποῦ.

Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι διαφωνοῦσιν ἐνταῦθα πρὸς ἀλλήλους οἱ χρονογράφοι. ὁ γὰρ Σκυλίτζης φησὶν, ὅτι γονῆς ἠπόρει φυσικῆς ὁ Μιχαήλ. οἱ γὰρ μέθαις ἀεὶ ἐνασχολούμενοι, καθά φασιν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ, γόνιμον οὐ μένουσιν ἔχουσι τὸ σπέρμα πρός γε τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς λοιπὸν ὁ Λέων υἱὸς τοῦ Μιχαήλ; ὁ δὲ Ζωναρᾶς φησιν, ὅτι τῇ μὲν ἀληθείᾳ, υἱὸς τοῦ Μιχαὴλ ἦν. τοῦ Βασιλείου δὲ τὸ δοκεῖν. ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ Λέοντος, Εὐδοκία δὲ ἦν αὕτη, τοῦ Ἴγγηρος θυγάτηρ συμφθειρομένη πρότερον τῷ Μιχαὴλ, ἔγκυος τῷ Βασιλείῳ παρ' αὐτοῦ συνεζεύγνυτο. τοσοῦτον γὰρ αὐτὸν ὁ Μιχαὴλ ᾠκειώσατο, ὥστε τὸ διάδημα περιθεῖναι, τὴν ἀφορμὴν ἐκ τοῦ θρασέως ἵππου λαβὼν, ᾧ οὐδεὶς ἐπιβῆναι ἐτόλμα. θαυμαστὸς γὰρ ἦν Βασίλειος κατά γε εἶδος καὶ τόλμαν.

Ὁ βασιλεὺς οὗτος Βασίλειός ποτε κυνηγετῶν, εὐμεγέθει ἐντυγχάνει ἐλάφῳ. ἡνίκα γοῦν χεῖρα ξιφήρη κατὰ τῆς ἐλάφου ἦρεν, ἀντέστη τὸ ζῶον, καὶ τοῖς κέρασιν ἠμύνατο τὸν διώκοντα. καὶ τῇ ζώνῃ δὲ τοῦ βασιλέως ἐμπαρέντος τινὸς τῶν παραφυομένων κεράτων, μετέωρος ἐκεῖνος τοῖς κέρασιν ἐφέρετο. καὶ τάχα ἂν ἑάλωτο, εἰ μή τις ξίφει τεμὼν τὴν ζώνην, αὐτὸν διεσώσατο. ᾧ δὴ καὶ σῶστρα καλὰ δέδωκεν ὁ ὑπ' ἐκείνου σωθεὶς, τὴν τῆς κεφαλῆς ἐκτομήν. λέγων, ὅτι κατὰ βασιλέα ξίφος ἐγύμνωσεν.

Ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος τῶν ὧδε μεθίσταται. ὁ μέντοι Φώτιος ἀεὶ διψῶν τοῦ θρόνου, καὶ σπουδάζων ἐπιτεύξασθαι πάλιν τῆς ἐκκλησίας, τοῖον δέ τι βαθύτροπον καὶ σκολιὸν τεχνᾶται. τῶν ὀνομάτων τὰς ἀρχὰς ἀπολαμβάνει μόνας, τοῦ βασιλέως, τῶν υἱῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς Αὐγούστας. καὶ τὸ Βεκλᾶς συντίθησι. καὶ τοῦτο σαφηνίσας, ἔδοξεν εἶναι βασιλεῖ μέγας ἐπὶ σοφίᾳ. καὶ πάλιν τὸν πολύζηλον

dam psitacus, frequenter Leonis nomen repetitum ingeminabat. Quippe consuefactus fuerat, vt vocem cuiusdam Leonem deplorantis imitando exprimeret. Hac patres conscripti occasione arrepta, pro Leone apud Imperatorem deprecantur & intercedunt. Aiebant enim, hoc ipsum animal negligentiam suam videri accusare, quod heri sui nomen toties inclamaret, cuius ipsi tam longo iam tempore mentionem nullam fecissent. Quam intercessionem Imperator quum audiuisset, voti eos sui compotes fecit.

Psitacus Leonem deplorat.

Leo vinculis liberatur.

Ceterum hoc loco velim animaduertas, dilecte fili, scriptores annalium inter se dissentire. Nam Scylitzes tradit, Michaelum Imperatorem sobole naturali caruisse. Qui enim ebrietati perpetuo dediti sunt, quemadmodum perhibent homines harum rerum periti, nequaquam semen ad arcana Veneris idoneum habent. Hoc si verum est, quî consentaneum putabimus, quod aiunt aliqui, Leonem Michaeli fuisse filium? Zonaras quidem memoriæ prodidit, Leonem reapse Michaeli filium fuisse, hominum autem opinione Basilij. Quippe Leonis mater, cui nomen erat Eudocia, Ingeris filia, quum prius arcano concubitu cum Imperatore Michaelo consueuisset, prægnans Basilio nuptum data est, quem adeo sibi familiarem Michaelus fecerat, vt etiam capiti eius diadema imponeret, per occasionem equi ferocis a Basilio domiti, quem conscendere nullus aliorum audebat. Erat enim Basilius admirabili formæ venustate, audaciaque singulari præditus.

De Leone scriptorum dissensio.

Accidit autem aliquando, vt hic ipse Imperator Basilius in venatione quadam obuium haberet insigni proceritate ceruum. Ibi quum manum armatam gladio contra feram sustulisset, ceruus restitit, & insequentem propulsare cornibus conatus est. Hoc modo factum; vt quodam cornuum ramo in zonam Imperatoris defixo, ipse cornibus sublimis adhærens a ceruo abriperetur: vitamque fortassis amisisset; ni quidam ipsum dissecta gladio zona seruasset. Ei deinde præclara scilicet a seruato Imperatore data sunt conseruationis præmia. Nam caput homini præcidi iussit, allata caussa, quod aduersus Imperatorem gladium nudasset.

Basilius in venatione prope perit.

Ingratitudo Basilii.

His temporibus diuinus ille Ignatius hasce res inferas reliquit. Quum autem Photius perpetuo solij recuperandi desiderio teneretur, ecclesiamque recuperare conaretur: huiusmodi quiddam ab occulta profectum versutia vafricieque comminiscitur. Primas de appellationibus Imperatoris, filiorum, Augustæque litteras sumit, indeque suum illud Beclas componit: quo declarato, visus est Imperatori vir apprime sapiens esse. Hac ratione solium illud excel-

lentissimum recepit. Ac de his quidem hactenus dictum esto.

Rossi religionem Christianam amplectuntur.

Sub hoc Imperatore Rossi ad religionem erroris expertem accesserunt, & pontificem acceperunt, quum diuinum quoddam prodigium antecessisset. Nam sacrosanctum Euangelium in ignem coniectum, cremari non potuit. Tandem Basilius ex alui profluuio vitam finiit, filio Leone, viro sapiente ac docto, successore post se relicto.

Leo philosophus imp.

Itaque Leo patre rebus humanis exemto, XXVI. annis imperauit. Quum Santabarenum vlcisci vellet, prius de Photio loco mouendo consilium iniit: quod illum Santabareni patrocinium studiose suscepturum putaret. Nam rumor diditus erat, Photium cuidam suorum imperium tantum non despondentem, hac ipsa de caussa cum Santabareno consilia communicasse, contraque Leonem aliquid fraudis fuisse machinatum. Igitur eum Leo primum in exsilium agit, deinde contumeliis adfectum aliis, tamdem oculis spoliat. Exstitit iis temporibus tanta solis sub horam diei sextam eclipsis, vt ipsa etiam sidera conspicerentur. Accedebant violentissimi ventorum flatus, fulgura tonitruaque valde horrenda, & ardentia fulmina, quibus in foro septem viri sunt extincti.

Prodigia sub Leone.

Ceterum Leo, quum templum exstruxisset in honorem nominis sancti Lazari, tam ipsius, quam Mariæ Magdalenæ reliquias eo transtulit. Vbi deinde in ipso die Quinquagesimæ, processus de more publicus institueretur ad sancti Mocij fanum, etiam ipse Imperator vna cum ceteris incedebat. Quumque templum iamiam, sacris ianuis vicinus, ingredi vellet, quidam ex ambone siue suggesto prosiliens, graui ac valida claua caput eius verberauit: adeoque subito ipsum interfecisset, ni pars extrema clauæ in suspensum candelabrum impacta, vel dimidiam impetus vim amisisset. Tum de Leonis capite profluere sanguis copiosus, & viri principes in fugam sese coniicere. Qui ceciderat Imperatorem, captus est, multisque tormentis subiectus, quum facinoris illius nullum se habere socium profiteretur: (quamquam frater Imperatoris Alexander, qui sub morbi prætextu non aderat, quamdam de se suspicionem præberet) tamdem manibus ac pedibus amputatis, in circi Funda crematur. Eo tempore desiit & processus iste, quamquam hoc nomine sanctissimus ille Marcus, solitariæ vitæ sectator, apud Imperatorem verbis huiusmodi deprecaretur: Noli tantopere, Imperator, irasci & succensere. Nam hoc euenturum tibi vates etiam Dauides prædixerat, quum ait: Quam multa hostis improbe designauit in sanctum tuum. Qui te oderunt, in ipso tibi festo insultarunt. Quapropter, Imperator, aliis adhuc decem annis imperio

Leo fere interficitur.

Psal. 73. 3.

Vaticinium.

A καταχλευάζεσθαι θρόνον. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Οἱ δὲ Ῥωσοὶ ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως, εἰς τὴν ἀπλανῆ θρησκείαν ἦλθον. τηνικαῦτα καὶ ἀρχιερέα δέχονται, θεοσημίας προτέρου γενομένης. τὸ γὰρ ἅγιον εὐαγγέλιον πυρὶ μὲν παρεδίδοτο, οὐ κατεκαίετο δέ. μετὰ ταῦτα διαῤῥοίᾳ νόσῳ συσχεθεὶς ὁ Βασίλειος, τελευτᾷ τὸν βίον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Λέοντα τὸν σοφὸν, διάδοχον καταλιπών.

Κρατεῖ οὖν ὁ Λέων μετὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα, ἔτη κϛ'. θέλων οὖν ἀμύνασθαι τὸν Σανταβαρηνὸν, βουλεύεται πρότερον τὸν Φώτιον καθελεῖν, οἰόμενος αὐτὸν μεγάλως προστήσασθαι τοῦ Σανταβαρηνοῦ. λόγος γὰρ ἐφέρετο, ὡς ὁ
B Φώτιός τινι τῶν αὐτοῦ, τὴν βασιλείαν μνηστευόμενος, κοινολογεῖται τῷ Σανταβαρηνῷ περὶ τούτου· καὶ οὕτως τὸν δόλον κατὰ τοῦ Λέοντος ῥάπτουσι. καὶ πρῶτα μὲν, ὑπερόριον αὐτὸν ὁ Λέων ποιεῖ· εἶτα οὕτως αἰκίσας, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκκόπτει. κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν καιρὸν, γέγονεν ἡλίου ἔκλειψις περὶ ὥραν ἕκτην, ὡς καὶ ἄστρα φανῆναι· ἀνέμων τε βιαία πνοὴ, ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ φρικώδεις· σκηπτοὶ καυσώδεις, ὑφ' ὧν ἄνδρες ἑπτὰ κατὰ γε τὸν φόρον ἐνεκρώθησαν.

Ὁ μέντοι Λέων ἀνεγείρας ναὸν ἐπ' ὄνομα τοῦ ἁγίου Λαζάρου, μετακομίζει ἐν αὐτῷ τὸ τοῦ ἁγίου
C τε λείψανον, καὶ τῆς Μαγδαληνῆς Μαρίας. συνήθους προελεύσεως γινομένης κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, ἐν τῷ ἁγίου Μωκίου ναῷ, ἐπῆλθε μετὰ προόδου καὶ Λέων ὁ βασιλεύς. ἐν δὲ τῷ μέλλειν εἰσοδεύειν καὶ πλησίον γενέσθαι τῶν ἁγίων θυρῶν, ἄνθρωπός τις ἐκ τοῦ ἄμβωνος ἐκπεπηδηκὼς, ῥάβδῳ βαρείᾳ καὶ ἰσχυρᾷ κατὰ κεφαλῆς αὐτὸν, ἔπαισε καὶ ἐθανάτωσεν ἂν αὐτὸν αὐτίκα, εἰ μὴ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τῷ ἀπῃωρημένῳ λύχνῳ τὴν ἡμισείαν ἀνεσχέθη φορᾶς. αἵματος οὖν σφοδροῦ τῆς ἐκείνου κεφαλῆς καταῤῥεύσαντος, φυγῇ κατέσχεν τοὺς ἄρχοντας. ὁ δὲ τὸν βασιλέα πλήξας καταχεθεὶς, καὶ πολλὰς βασάνους ὑπομείνας, ὡς μηδένα ἔλεγεν εἶναι τῆς τόλμης ἐκείνης συμμέτο-
D χον· κἂν ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφὸς Ἀλέξανδρος μὴ παρατυχὼν ἐκεῖσε διὰ τὸ νόσῳ συσχεθῆναι, ὑπόνοιαν ἔδωκε· πόδας ὁμοῦ καὶ χεῖρας ἐκ ξίφους ἐκτέμνεται, καὶ τῇ τοῦ ἱππικοῦ σφενδόνῃ, πυρὸς ἔργον γίνεται. σχολάζει τηνικαῦτα καὶ ἡ τοιαύτη προέλευσις. κἂν ὁ σοφώτατος Μάρκος πολλὰ κατεδεήθη τοῦ βασιλέως, λέγων· μὴ ὀργίζου, μηδὲ χαλέπαινε, ὦ βασιλεῦ. προγεγραμμένον γὰρ ἦν σοι παθεῖν παρὰ τοῦ καὶ Δαβὶδ, εἰρηκότος. ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου. καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου. δεῖ οὖν σε, δέσποτα, ἐπ' ἄλλα ι'. ἔτη κρατεῖν

τῆς βασιλείας. ὃ δὴ καὶ γέγονεν. ἀπέθανε γὰρ μετὰ δέκα χρόνους, κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν καὶ ἐπλήγη.

Κρατεῖ οὖν μετὰ τὸν Φωκᾶν ὁ Τζιμισκῆς, ἔτη ἕξ. συμβασιλεύοντας ἔχων αὐτῷ τοὺς υἱοὺς Ῥωμανοῦ, Βασίλειον καὶ Κωνσταντῖνον. μεταπέμπεται δὲ Βασίλειον παρακοιμώμενον, C ἅτε δραστήριον ὄντα παντάπασιν καὶ ἱκανόν. ὃν δὴ καὶ ὁ Φωκᾶς προενετίμησε. τότε δὴ τότε τοῦ ἀξιώματος παρ' αὐτοῦ εὑρεθέντος, ἔρχεται τηνικαῦτα πρὸς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. ἀλλ' οὐ προσδέχεται αὐτὸν ὁ Πολύευκτος, λέγων, εἰ μὴ ἄξια ποιήσεις μετανοίας, οὐκ ἐπιβήσῃ τοῦ θείου ναοῦ. ἔνθεν τοι καὶ πάντα ὑπέσχετο ποιῆσαι. εἴγε δὲ μὴ αὐτόχειρα γενέσθαι αὐτὸν τοῦ Φωκᾶ. Ἀβαλάντην δέ, καὶ Ἀτζιποθεόδωρον, κελεύσει τῆς δεσποίνης. ἣν δὴ καὶ ἐξορισθῆναι συναινεῖ ὁ πατριάρχης. γίνεται ταῦτα· καὶ οὐ μόνον ἡ μοιχαλίς, ἀλλὰ καὶ οἱ αὐτόχειρες τοῦ Φωκᾶ, τῆς πόλεως ἐκδιώκονται. ῥήγνυσι D δὲ καὶ τὸν τόμον ὁ Τζιμισκῆς, ὃν ἐπὶ συγχύσει τῆς ἐκκλησίας ὁ Φωκᾶς ἔθετο. ταύτῃ τοι καὶ τῷ διαδήματι παρὰ τοῦ Πολυεύκτου στέφεται. μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς Βουλγάρους καταγωνισάμενος, χαριστήρια τῶν τροπαίων ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ. ἐφ' ᾧ καὶ ἄνωθεν τῆς ἀψῖδος τῆς χαλκῆς ναὸν ἀνοικοδομεῖ ἐκ καινῆς. προστάττει δὲ καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σωτῆρος τῷ νομίσματι ἐγγράφεσθαι, μὴ πρότερον τούτου γινομένου.

Τηνικαῦτα καὶ κομήτης ἐφάνη ὁ καλούμενος πωγωνίας, κατὰ μῆνα Αὔγουστον. καὶ ἐφαίνετο ἄχρις Ὀκτωβρίου. σημαίνων τὸν τοῦ βασι-

λέως θάνατον, καὶ τὰς ἐπελευσομένας τοῖς Ῥωμαίοις συμφοράς. τινὲς μὲν οὖν τῶν πόλεων, ἃς ὁ Φωκᾶς περιλαβὼν ἐπεκτήσατο, τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἀπεσείσαντο. ἔξεισι λοιπὸν ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτῶν, καὶ ἄπεισι μέχρι Δαμασκοῦ, καὶ πάντα καλῶς πειθοῖ τε καὶ πολέμῳ ἀποκαταστήσας, πρὸς τὴν βασιλίδα ὑπέστρεφε. διερχόμενος οὖν κατά γε τὴν Ἀνάβαρζαν, καὶ τὸν Ποδανδόν, κἀκεῖσε κτήσεις ἰδὼν πολυτελεῖς καὶ χωρία πάμφορα, ἠρώτα τοὺς παρευρημένους, τίνος ἂν εἶεν αὗται. ὡς οὖν ἐμάνθανεν, ὅτι Βασιλείου τοῦ παρακοιμωμένου εἰσὶ πᾶσαι, ἀφ' ὧν αἱ μὲν τῇ Ῥωμαίων προσεκτήθησαν παρὰ Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ· αἱ δέ, τοῦ Δομεστίκου· καὶ αὗται παρὰ σοῦ, ὦ βασιλεῦ, ἐντεῦθεν περιαλγὴς γενόμενος, τὰ γὰρ καταληφθέντα τῷ δημοσίῳ, οὐδενὸς ἄξια λόγου ἐτύγχανε. καὶ βύθιον στενάξας, δεινὸν ὦ παρόντες, ἔφη, εἰ τὰ δημόσια καταναλίσκονται χρήματα, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ταλαιπωροῦνται στρατεύματα, καὶ οἱ βασιλεῖς ὑπερορίοις ἀναδέχονται κόποις· τὰ δὲ ἐκ τοσούτων προσκτώμενα μόχθων, ἑνὸς εὐνούχου γίνονται κτῆμα. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα. τὶς δὲ τῶν παρόντων, τῷ Βασιλείῳ τηνικαῦτα τὸν τοῦ βασιλέως λόγον διαπορθμεύσας, ἠρέθισε πρὸς ὀργήν. ὑπέρχεται οὖν τὸν οἰνοχοοῦντα τῷ βασιλεῖ. δηλητήριον κίρνησι. πλὴν οὐ τῶν δραστικωτέρων ἦν. ἐφ' ᾧ, καὶ κατ' ὀλίγον νοσηλευόμενος ὁ βασιλεύς, καὶ τοὺς ὤμους ἀνθρακιάσας, αἵματος αὐτοῦ πολλοῦ ῥυέντος διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, κατέλυσε τὴν ζωήν.

Κρατεῖ μετ' αὐτὸν Βασίλειος ὁ Πορφυρογέννητος, ἔτη ν'. εἰ καὶ τὸ πᾶν τηνικαῦτα παρὰ Βασιλείου προέδρου ἐνεργούμενον ἦν, διά γε τὸν ἁπαλὸν τῆς τοῦ βασιλέως νεότητος. ἔκτοτε οὖν τοῦ ἐμφυλίου πολέμου κατὰ τὸν προφανέντα κομήτην λαμβάνει ἀρχήν. κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν καιρόν, καὶ ἔκλειψις ἡλίου γέγονεν, ὥστε καὶ ἄστρα φανῆναι. πρόσεχε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι τῶν Βουλγάρων ἅμα τῇ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ἀποστατησάντων, ἀρχὴν αὐτῶν προχειρίζεται δ' ἀδελφοί, Δαβίδ, Μωσῆς, Ἀαρών, καὶ Σαμουήλ. καὶ οὐ διέλιπον ἔκτοτε πόλεμοί τε πανταχοῦ, καὶ σφαγαί. ἐν ἔτει ,ϛυϟδ', ὀκτωβρίῳ μηνί, ἐγένετο κλόνος μέγας, καὶ κατέπεσον οἰκίαι καὶ ναοὶ πολλοί, καὶ μέρος τῆς σφαίρας τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ὅπερ ὁ βασιλεὺς φιλοτίμως ἐπανορθώσατο, δαπανήσας εἰς μόνας τὰς μηχανὰς τῆς ἀνόδου, δι' ὧν οἱ τεχνῖται ἱστάμενοι καὶ τὰς ὕλας ἀναγομένας δεχόμενοι ᾠκοδόμουν τὸ πεπτωκός, κεντηνάρια ι'.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὰ Βοδενά, φρούριον

A toris denuntians, easque calamitates, quæ Romanis imminerent. Quum autem vrbium nonnullæ, quas Phocas antea recuperauerat, Romanorum se potestati, excusso *Zimisches in orientem proficiscitur.*
iugo, subtraxissent: Imperator ad eas domandas cum copiis exiit, ad Damascum vsque profectus, omnibus partim suadendo, partim vi bellica pristinum ad statum præclare reuocatis Imperatoriam ad vrbem reuersus est. In hoc itinere propter * Anabar- ** al. Anazarbum.*
zum & Podandum transiens, quum istic possessiones & prædia maximi pretij longeque fertilissima rerum omnium conspiceret: homines quos istic vicinos offendebat, cuiusnam illa forent, interrogat. Deinde cognito,
B Basilij cubicularij esse vniuersa, partim a Nicephoro Phoca Romanis finibus adiecta, partim ab hoc vel illo Domestico, partim ip- *Occasio mortis Imp.*
siusmet Imperatoris opera: graui dolore correptus est, quod reipublicæ relicta nullius esse pretij videret. Itaque gemitu ex imo pectore ducto: Proh indignam (ait) rem, comites, publicas insumi pecunias, Romanos exercitus ærumnas exantlare, Imperatores extra fines imperij labores tolerare: quidquid autem tot laboribus atque molestiis adquiratur, in vnius eunuchi commodum cedere. Hunc Imperatoris sermonem quidam ad Basilium detulit, eumque contra Zimischem ad iram concitauit. Quapropter hominem Basilius, qui erat Imperatori a pocu-
C lis, corrumpit: venenumque letale temperat, & Imperatori propinat, non tamen efficacissimum. Iccirco lento morbo confectus, carbunculis per humeros exortis, magna sanguinis copia per oculos excreta, vitam cum morte commutauit.

Imperium ipsius morte ad Basilium Pur- *Basilius Romani F. Imp.*
purigenam deuenit, qui ei totos annos quinquaginta præfuit: tametsi ab initio cuncta Basilij præsidis arbitratu, propter ætatem Imperatoris teneram gererentur. Mox & intestina bella, quæ conspectus antea cometes portenderat, exorta sunt. Itidem solis quo- *Eclipsis.*
que tantus accidit defectus, vt ipsa sidera conspicerentur. Scito autem, fili, Bulgaris *Bulgarorum defectio.*
statim a Ioannis Imperatoris morte defectionem molitis, quatuor fratribus delatum esse
D in ipsos imperium: videlicet Dauidi, Mosi, Aaroni, & Samuelo. Nec ex eo tempore bellorum & cædium vbique locorum finis fuit. Anno mundi CIↃ CIↃ CCCCLXXXXIV, *Terræmotus.*
mense Octobri, succussio terræ ingens existit, cuius vi complura ædificia templaque deiecta corruerunt, & inter alia pars sphæræ magnæ illius Dei ecclesiæ, quam Imperator studiose refecit; quum in solas machinas adscensus, quibus artifices insistentes, ac materiam sursum vectam excipientes, collapsam partem exædificabant, centenarios decem impendisset.

Illud etiam animaduertito, esse castellum quoddam Bodena dictum, in prærupto situm

scopulo, per quem stagni Ostrobi aqua in adspectabiliter sub terra manabat, & alio in loco rursus ex imo prodibat. Imperator quum frequenter bella Bulgaris intulisset, varie cum eis manum conseruisset, tropæa statuisset insignia, quæ vix oratione satis exponi possunt, Samuelo multoties fracto, Imperatoriam ad vrbem est reuersus. Edictum inde promulgat, quo sancitum, vt exigendas a plebeis hominibus, qui fortunarum detrimentum fecissent, publicas contributiones opulenti ac facultatibus pollentes persoluerent: Hæc exactio nominata est Allelengyum, a sponsione ac fideiussione mutua. Quumque Patriarcha Sergius, metropolitani antistites, & alij multi religiosis exercitationibus dediti, apud Imperatorem de onere tam absurdo tollendo & abolendo intercederent; non tamen eis obtemperare voluit.

Basilius contra Bulgaros.

Allelēgyum.

Sequuta est id temporis hiems sæuissima, qua durante cuncta flumina, stagna, ipsumque adeo mare per glaciem constrictum fuit. Præterea mense Ianuario terræmotus maxime horrendus exstitit, neque desiit ea succussio ante IX. Martij diem: quo die circiter horam decimam tam horribiliter commotum est solum vrbis Imperatoriæ vicinarumque regionum, vt globi ædis Sanctorum XL, itemque Sanctorum omnium collaberentur: quos Imperator mox refici curauit. Hæc autem portendebant eam seditionem, quæ in Italia fuit excitata. Quippe coniuncti Longibardis Itali contra Romanos (quo nomine Græci sunt accipiendi) se commouerunt. Aduersus eos Meles ab Imperatore missus, tropæum sane splendidum victoria potitus statuit.

Terræmotus.

Motus Italici.

Meles dux Basilii.

Interim non desinebat Imperator singulis annis in Bulgariam irrumpere, cui quum Samuelus aperta vi se non posset opponere: fossis ac septis Bulgarorum fines munire decreuit, quamquam irrito conatu molitiones hasce occiperet. Tandem Imperator cum Samuelo prælio congreditur, eumque Marte aperto vincit, vix saluti suæ in eo consulentem, vt fuga Prilapum (castelli hoc nomen) euaderet. Capta erant ab Imperatore Bulgarorum ad quindecim millia (tot enim fuisse perhibentur) quos vbi spoliasset oculis, & singulis centuriis monoculum vnum attribui iussisset, qui viæ dux ceteris foret: ita deinde ad Samuelem ablegauit. Samuelus iis conspectis, tantæ calamitatis magnitudine victus, animo deficit, & vertigine correptus in terram prolabitur. Mox ij qui aderant, aqua & vnguentis spiritum ei reuocantes, vt nonnihil ad se rediret, effecerunt. Vbi respirasset, haustum frigidæ postulauit, qua epota, cardiogmo correptus est, & post biduum rebus humanis excessit. Eius loco regnum apud * Chagaros filius ipsius Gabrielus, qui & Romanus dicebatur, obtinuit: viribus ille

Quindecim millia Bulgarorum excæcata.

Samueli Bulgari mors.

* Bulgaros.

A ἐστιν ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου κείμενον, δι' ἧς κατεῤῥεῖτο τῆς λίμνης τοῦ Ὀστροβοῦ ὕδωρ ἀπὸ γῆς κάτωθεν ῥέον ἀφανῶς, κἀκεῖσε πάλιν ἀναδυόμενον. ὁ μέντοι Βασίλειος συχνοὺς πολέμους κατὰ Βουλγάρων στησάμενος, καὶ διαφόρως αὖθις συμπλακεὶς, καὶ τρόπαια στήσας κρείττονα λόγου, καὶ τὸν Σαμουὴλ πολλάκις καταλύσας, ἐπὶ τὴν βασιλίδα ἔρχεται. καὶ δόγμα τηνικαῦτα ἐξέθετο τὰς τῶν ἀπολωλότων ταπεινῶν συντελείας τελεῖσθαι παρὰ τῶν δυνατῶν. κατωνομάσθη δὲ ἡ τοιαύτη σύνταξις Ἀλληλέγγυον. τοῦ πατριάρχου Σεργίου, τῶν μητροπολιτῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀσκητῶν δεηθέντων ἐκκοπῆναι τοῦτο B τὸ παράλογον ἄχθος, ὁ βασιλεὺς οὐκ ὑπήκουσε.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ καιρὸν, χειμὼν γέγονεν ἐπαχθέστατος, ὡς ἀποκρυσταλλωθῆναι πάντα ποταμὸν, καὶ λίμνην, καὶ αὐτὴν τὴν θάλασσαν. ἀλλὰ καὶ κατὰ Ἰανουάριον μῆνα, γέγονε σεισμὸς φρικωδέστατος, καὶ διεκράτησε κλονουμένη ἡ γῆ, μέχρι τῆς θ' τοῦ Μαρτίου μηνός. ἐν ταύτῃ δὲ περὶ δεκάτην ὥραν τῆς ἡμέρας, γέγονε βρασμὸς καὶ κλόνος φρικτὸς κατὰ τὴν βασιλίδα, καὶ τὰ λοιπὰ θέματα, καὶ πεπτώκασιν αἱ σφαῖραι τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα. καὶ τῶν ἁγίων πάντων, ἃς ὁ βασιλεὺς εὐ- C θὺς ἀνεκτίσατο. ταῦτα δὲ προεμήνυσε τὴν γενομένην ἐν Ἰταλίᾳ στάσιν. ἠγέρθησαν γὰρ καὶ οὗτοι σὺν Λογγιβάρδοις κατὰ Ῥωμαίων. καθ' ὧν ὁ Μέλης παρὰ τοῦ βασιλέως ἐκπέμπεται, καὶ λαμπρὸν ἵστησι τρόπαιον.

Ὁ μέντοι βασιλεὺς οὐ διέλιπε καθ' ἕκαστον ἔτος εἰσιὼν ἐν Βουλγάροις. ὁ δὲ Σαμουὴλ μὴ δυνάμενος κατὰ τὸ ἐμφανὲς ἀντιπαρατάξασθαι, ἔγνω δὲ τάφροις καὶ θριγγίοις τὴν Βουλγάρων κατοχυρῶσαι, κἂν διὰ κενῆς αὐτῷ ἀπέβαινε τὰ τεχνάσματα. συνάπτει οὖν μετὰ ταῦτα καὶ τῷ Σαμουὴλ, καὶ τοῦτον κατὰ κράτος ἡττᾷ, μόλις μόνον διασωθέντα, εἴς τι φρούριον τὸν Πρίλαπον. ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἑαλωκότας τῶν Βουλγάρων ὡσεὶ ιε', D ὥς φασιν, ὄντας χιλιάδας ἀποτυφλώσας, καὶ ἑκάστην ἑκατοντάδα πεπηρωμένην, ὑφ' ἑνὸς μονοφθάλμου ὁδηγεῖσθαι κελεύσας, πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἐκπέμπει. οὓς ἐκεῖνος ἰδὼν, καὶ τὸ πάθος οὐκ ἐνεγκὼν, λειποθυμίᾳ καὶ σκότει βάλλεται, καὶ εἰς γῆν πίπτει. ὕδατι οὖν, καὶ μύροις οἱ παρόντες τὴν πνοὴν αὐτοῦ ἀνακαλεσάμενοι, ἀνενεγκεῖν μικρὸν πεποιήκασιν. ἀνενεγκὼν δὲ, ὕδωρ πιεῖν ἐπεζήτησε ψυχρόν. λαβὼν δὲ καὶ πιὼν, ἐλήφθη καρδιωγμῷ, καὶ μετὰ δύο ἡμέρας θνήσκει. ἔνθεν τοι καὶ παραλαμβάνει τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Γαβριὴλ, ὁ καὶ Ῥωμανός. ῥώμῃ μὲν καὶ

ἰσχύϊ, τοῦ πατρὸς ὑπερέχων, φρονήσει δὲ καὶ διανοίᾳ πολλῷ λειπόμενος. οὕτω μὲν οὖν τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν κατέλυσεν ἅπασαν, ὧν μὲν κτανθέντων, ὧν δὲ ἄλλων χειρωθέντων, καὶ ἑτέρων αὖθις τῶν ὅπως δή ποτε καταληφθέντων, καὶ μὴ βουλομένων αὐτῷ προσελθόντων. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Αχρίδα καθ' ἣν τὰ βασίλεια τῶν Βουλγάρων ἐτύγχανε, κατέσχεν. ἀφ' ἧς καὶ χρήματα πολλά, λίθους δηλαδὴ καὶ μαργάρους, καὶ χρυσοῦ κεντηνάρια ρ' ἀφείλετο.

Μετὰ ταῦτα δὲ πάντα ἐν Ἀθήναις γενόμενος, καὶ τὰ τῆς νίκης εὐχαριστήρια τῇ θεοτόκῳ ἀποδούς, καὶ ἀναθήμασι πολλοῖς λαμπροῖς καὶ πολυτελέσι κοσμήσας τὸν ναόν, ὑπέστρεψεν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ διὰ τῶν μεγάλων πυλῶν, χρυσῷ στεφάνῳ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβευσεν ἐστεφανωμένος, προηγουμένης Μαρίας τῆς τοῦ Βλαδισθλάβου γυναικός, καὶ τῶν τοῦ Σαμουὴλ θυγατέρων, καὶ τῶν λοιπῶν Βουλγάρων. καὶ οὕτω μετὰ τροπαίων, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσῆλθεν, ὃν δὴ καὶ πολλὰ τηνικαῦτα κατελιπάρει ὁ πατριάρχης Σέργιος σβέσαι τὸ Ἀλληλέγγυον. ἦν γὰρ ὑποσχόμενος ποιῆσαι τοῦτο, εἰ τῶν Βουλγάρων περιγένοιτο. ἀλλ' οὐκ ἔπεισε. ταῦτα μὲν οὖν πάντα τελέσας ὁ βασιλεύς, καὶ κατὰ τῆς Σικελίας ἐκστρατεῦσαι ἐβούλετο. ἀλλ' ἐκωλύθη. νόσῳ γὰρ αἰφνιδίῳ συσχεθεὶς ἀπεβίω, καὶ θάπτεται ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον ναῷ τοῦ Θεολόγου. Ἀλέξιον μοναχὸν ἀπὸ μονῆς τοῦ Στουδίου, πατριάρχην ἐνθρονιάσας. ἔτυχε γὰρ εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν μετὰ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ προδρόμου. τοῦτον καὶ γὰρ εἶχε σύμβουλον πρὸς τὴν τοῦ κοινοῦ διοίκησιν.

Μετὰ δὲ Βασίλειον τὴν ἅπασαν τῆς βασιλείας ἐξουσίαν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος διαδέχεται, κρατήσας ἔτη δύο. εἰ μὴ καὶ κατ' ἐκεῖνον ταύτην ἐκόσμησε, γυναιξὶ χαίρων ὀρχηστρίαις, καὶ φιλοπαίγμοσιν· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἱπποδρομίας, ὡς οὐδεὶς ἕτερος κεχηνώς, τὴν τοῦ κοινοῦ φροντίδα, ὡς οὐδὲν ἡγούμενος ἦν. καὶ οὓς μὲν εὗρεν ἄνδρας ἀξιολόγους, κατήγαγε καὶ ἀπετύφλωσε· πρὸς δὲ τὰς ἀρχὰς ἑτέρους ἀνεβίβαζεν ἀφελεῖς, καὶ ἀξίους γέλωτος. συνέτριψε δὲ οὐ μόνον πένητας, ἀλλὰ καὶ πλουσίους. ἐν τρισὶ γὰρ ἔτεσιν, ἐν οἷς καὶ τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, πέντε δασμοφορίας ἀπῄτησε. τὰς γὰρ δύο ἔτυχεν ἀφεὶς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα αἰφνιδίῳ νόσῳ συσχεθείς, σκέπτεται τίνα καταλείψει διάδοχον. πρὸς τίνων οὖν ἐκδιδαχθεὶς ὡς εἰς Ῥωμανὸν τὸ κράτος μετ' αὐτὸν φοιτήσειεν, ἕνα μὲν ὄντα τῶν τῆς συγκλήτου, λεγόμενον δὲ Ἀργυρόπουλον, ἐξ ἀνάγκης τὸν

A quidem ac robore patrem ſuperans, ſed viciſſim prudentia mentiſque vi multis modis impar. Ita factum, vt Baſilius Imperator Bulgarorum imperium in vniuerſum tolleret, aliis eorum cæſis, aliis in poteſtatem redactis, aliis, qui quocumque tandem modo ſuperſtites remanſerant, vel inuite ipſi ſe dedentibus. Quin & Acridem ipſam, quo in opido regia Bulgarorum erat, occupauit: indeque magnas opes, gemmas nimirum & vniones, aurique centenarios centum abſtulit.

Regni Bulgarorum exitus.

Secundum hæc Athenas profectus, quum munera gratiarum actionis ergo Deiparæ vota reddidiſſet, ac illius templum multis iiſque ſplendidis & magnificis donariis ornaſſet: Conſtantinopolim reuerſus eſt, aurea-
B que corona redimitus, quæ criſtam & apicem in parte ſuperiore habebat, per Portas magnas ingreſſus triumphum egit, præcedente Maria Vladiſlaui vxore, cum Samueli filiabus, reliquiſque Bulgaris. Hoc modo cum victoriæ ſignis in eccleſiam delatum obnixe Patriarcha Sergius obſecrabat, vt tributum illud, quod Allelengyum decebatur, aboleret. Nam id ſe facturum promiſerat, ſi Bulgaros ſuperaſſet. Verum ea res fruſtra fuit, Imperatore vt id faceret, perſuaderi ſibi non ferente. His rebus geſtis, etiam cogitabat in Siciliam Baſilius expeditionem ſuſcipere, quo in conatu fuit impeditus. Quippe repentino correptus morbo viuendi finem
C fecit, in templo Ioannis Theologi, quod eſt iuxta Hebdomum, ſepultus. Alexium ſolitarium e manſione Studiana tranſlatum in ſolium Patriarchæ collocauit. Nam ille cum venerabili capite Præcurſoris Imperatorem decumbentem inuiſerat, qui eodem conſiliario in adminiſtranda republica vti conſueuerat.

Baſilij triumphus.

Poſt Baſilij mortem vniuerſa imperij poteſtas ad ſucceſſorem & fratrem ipſius Conſtantinum delata fuit, qui biennium rebus præfuit. Baſilij fratris exemplo nequaquam imperium ornauit, homo ſaltatriculis & ludionibus deditus. Præterea ludis equeſtribus, vt mortalium alius nemo, perpetuum occupatus, omnem de republica ſollicitudi-
D nem atque curam flocci pendebat. Si quos homines alicuius pretij reperiebat, eos ſtatu ſuo deiectos excæcabat, illorumque loco magiſtratus aliis plane ſtolidis ridiculiſque mandabat. Neque pauperum modo fortunas, ſed etiam locupletum attriuit. Nam triennio, quo tempus imperij eius continetur, quinquies a ſubditis exactiones poſtulauit: quarum duas frater ipſius antea ſubiectis condonauerat. Secundum hæc morbo ſubito correptus, quem ſucceſſorem imperij relinqueret, ſecum ipſe deliberare cœpit. Quumque de nonnullis accepiſſet, omnino futurum, vt poſt ipſum Romanus Imperio potiretur, qui eſſet ordinis Senatorii, & Argyropuli cognomentum haberet: neceſſitate quadam

Conſtantinus Romani F. Imp.

Romanus Argyropulus fit Imp.

vrgente virum arcessi iubet, optionemque vel inuito dat, vt aut legitima cum vxore diuortio facto filiam Imperatoris matrimonio sibi iungeret, ac Imperator hoc pacto renuntiaretur: aut oculos per excæcationem amitteret. Quum in vtramque partem Romanus animi dubius & anxius hæreret, vxor ipsius verita, ne quid crudele viro accideret: sponte sua mundanos capillos deponit, eaque ratione marito non oculos solum conseruauit: verumetiam imperium est largita. Constantinus autem Imperator tres quum filias haberet, prima quidem tonso capillo se mundo abdicauerat: tertia vero Argyropuli nuptias aspernabatur. Quapropter alteri iungitur, cui Zoe nomen erat: eoque facto Imperator designatur. Obtinuit imperium annis quinque. Fuerunt eius initia præclara & laudabilia. Nam magnæ Dei ecclesiæ sanciuit in annos singulos dari debere de thesauris imperatoriis auri libras LXXX. Allelengyo quoque sublato & abolito, præsidia deminuit, aliaque talia non pauca præstitit.

Mulieris virtus.

Initio Romanus se recte gessit.

Die mensis Octobris XXXI sideris cuiusdam ab occasu versus orientem pergentis conspecta est diffusio, prorsus illo ipso die, quo Romanus exercitus cladem non exiguam accepit, duce Michaelo Spondyle, magnæ illius Antiochiæ præfecto. Præterea largi terram imbres diluuio quodam operuerunt, qui ad Martium vsque mensem perdurarunt: amnibus passim extra suas ripas effusis, & concauis locis per aquas restagnantes sic obrutis, vt omnia propemodum animalia cum fructibus terræ creditis perirent. Vnde proximo anno fames grauis est consequuta, simulque Romano (ceu dictum est) exercitui aduersus ille casus in Syria contigit.

Portentum.

Diluuium.

Eodem tempore prodigium quoddam in solo Thracensium accidit, propter radices Cuzinæ montis, vbi fons est aquæ limpidæ ac pellucidæ. Iuxta hunc fontem vox quædam miserabilis exaudiebatur, eiulatibus & lamentis permista, quæ Væ sæpius repeteret, ac ploratum ederet lamentationi muliebri consimilem. Neque semel hoc, aut iterum accidit, sed continuos dies & noctes a Martio mense ad Iunium vsque durauit. Quumque nonnulli speculatum accessissent eum locum, vnde vox edebatur: alio eiulatus isti migrarunt. Significabat autem, ceu credi par est, portentum hoc cladem Romanorum in Cœlesyria non ita pridem acceptam. Etenim Nicephorus Imperator vrbes Syriæ Phœniciæque plurimas Imperio Romano recuperauerat, & ab eo parta successor ipsius Ioannes Zimisches confirmarat, imperio Damascum vsque prolatato. Basilius autem, qui post vtrumque potitus est imperio, partim a bellis intestinis impeditus, partim vexandis Bulgaris occupatus, res orientis nullo modo recte munire poterat: sed quasi per imaginationem solam eo traiecerat ani-

Aliud prodigium.

Vrbes Syriæ a Romanis deficiunt.

A τὸν τοιοῦτον μεταπέμπεται, ᾧ καὶ ἀνάγκη ἐπέκειτο, ἢ διαζυγῆναι τῆς νομίμου γυναικὸς, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως θυγατρὶ συναφθῆναι, καὶ οὕτω βασιλεὺς ἀναγορευθῆναι, ἢ πηρωθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς. τοῦ δὲ ἰλιγγιῶντος, καὶ ἀναδυομένου πρὸς αὐτῶν ἑκάτερον, ἡ σύνοικος δείσασα περὶ τοῦ ἀνδρὸς, μή τι καὶ πάθῃ δεινὸν, τὴν κοσμικὴν ἑκουσίως ἀπέθετο τρίχα. καὶ οὕτως τῷ συζύγῳ πρὸς τῇ ὄψει καὶ τὴν βασιλείαν ἐχαρίσατο. τριῶν θυγατέρων οὐσῶν τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἡ μὲν πρώτη ἀπεκείρατο. ἡ δὲ τρίτη ἀπηνήνατο. συνάπτεται οὖν τῇ δευτέρᾳ, ἥτις Ζωὴ ἐκαλεῖτο, καὶ οὕτως αὐτοκράτωρ ἀναγορεύεται· κρατήσας ἔτη ε'. καὶ B τηνικαῦτα προοιμίων ἀγαθῶν ἀπάρχεται. τῇ γὰρ Θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐκέλευσε δίδοσθαι κατ' ἔτος, ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ταμείων, χρυσοῦ λίτρας π'. κόψας καὶ τὸ Ἀλληλέγγυον, ἐκκενοῖ τε καὶ τὰς φυλακὰς, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖ.

Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ, κατὰ τὴν λα', χύσις ἀστέρος ἐγένετο, ἐκ δυσμῶν πρὸς ἀνατολὰς τὴν πορείαν ποιουμένου, καθ' ἣν ἡμέραν καὶ θλάσις οὐ μικρὰ γέγονε τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ, στρατηγοῦντος τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας Μιχαὴλ τοῦ Σπονδύλου. ἐγένετο δὲ καὶ ὄμβρων ἐπίκλυσις, κρατήσασα ἕως αὐτοῦ τοῦ Μαρτίου μηνός. τῶν C ποταμῶν ἐκχυθέντων, καὶ τῶν κοίλων πελαγισθέντων, ὡς ἀποπνιγῆναι σχεδὸν πάντα τε τὰ ζῷα, καὶ τοὺς καταβληθέντας καρποὺς τῇ γῇ. κἀντεῦθεν ἐπακολουθῆσαι λιμὸν κατὰ τὸν ἐπιόντα χρόνον δεινόν. καὶ μέντοι τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ ἀτύχημα κατὰ Συρίαν ἐγένετο.

Κατ' ἐκεῖνο δὴ καιροῦ καὶ τεράστιόν τι γέγονεν ἐν τῷ θέματι τῶν Θρακησίων, περὶ τὰς ὑπωρείας τοῦ ὄρους τοῦ Κουζινᾶ, ἐν ᾧ πηγή ἐστι διειδοῦς ὕδατος, καθ' ἣν ἠκούετο φωνή τις οἰκτρὰ μετ' ὀδυρμῶν, καὶ οὐαί, καὶ θρῆνος παρεμφερὴς ὀλοφυρμῷ γυναικῶν. καὶ οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς τοῦτο γινόμενον ἦν, ἀλλ' D ἀπὸ Μαρτίου μηνὸς, ἕως Ἰουνίου αὐτοῦ, καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα. ἀπιόντων δὲ τινῶν ἐπὶ τῷ κατασκοπῆσαι τὸν τόπον ἐν ᾧ ἡ φωνὴ ἐξηχεῖτο, ἀλλαχοῦ μετέπιπτεν ἡ ὀλολυγή. τοῦτο δὲ, ὡς ἔοικε, προεμήνυε τὴν φθάσασαν γενέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις ἀτυχίαν, ἐν κοίλῃ Συρίᾳ. τοῦ γὰρ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ τὰς πλείστας τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης πόλεις τῇ Ῥωμαίων ἀποκαταστησαμένου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν Ἰωάννου τὰ ἑαλωκότα κρατυναμένου, καὶ μέχρι τε Δαμασκοῦ τὴν ἐπικράτειαν παρατείναντος, ἐπειδὴ ὁ μετ' αὐτοὺς βασιλεὺς ἐμποδιζόμενος μὲν καὶ ὑπὸ τῶν ἐμφυλίων πολέμων. καταστρέχων δὲ, καὶ τὴν Βουλγάρων δι' ὅλου, τὰ τῆς ἕω καλῶς ἀσφαλίσασθαι οὐκ ἴσχυσεν. ἐν φαντασίᾳ γὰρ καὶ μόνῃ παραγενόμενος.

νόμενος ἐκεῖσε, τηνικαῦτα ὑπέστρεψεν, ἀσχολίαν ἔχων ἔμμονα τὸ τῶν Βουλγάρων καθυποτάξαι γένος. ἐντεῦθεν οὖν ἀδείας οἱ περὶ τὴν ἕω δραξάμενοι, τὴν ἑαυτῶν ἐλευθερίαν ἀναζητῆσαι διενοήσαντο. ταύτῃ τοι καὶ ἐμελετᾶτο μὲν ἡ ἀποστασία ἐπὶ τοῦ Βασιλείου. ἐκρύπτετο δέ. ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου, τὴν βασιλείαν ἀμελῶς ἰθύνοντος, οἱ Σαρακηνοὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κωλύοντος, ἐπόρθουν ἀδεῶς τὰ ἐν ταῖς πόλεσι φρούρια, πολλὴν ἁπανταχοῦ καταδρομὴν ποιησάμενοι.

Οὕτω μὲν οὖν τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ὁρμᾷ κατὰ τῶν Σαρακηνῶν ὁ βασιλεύς. πρὸς δὲ Φιλομήλιον ἔρχεται, πέμπονται πρὸς αὐτὸν πρέσβεις ἀπὸ Βερροίας, συμπάθειαν ἐξαιτούμενοι. καὶ τὴν προτέραν δούλωσιν, καὶ δασμοφορίαν καταδεχόμενοι. ὁ δὲ Ῥωμανὸς θέλων ἐνδείξασθαί τι γενναῖον κατὰ Συρίας, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς, τοὺς πρέσβεις οὐ δέχεται. ἀλλ' ὁρμᾷ κατ' αὐτῶν· μήτε τὴν τοῦ ὕδατος σπάνιν ἀναλογισάμενος, μήτε τοὺς Σαρακηνοὺς αὐτοὺς ὡς ἀκάτεκτοι μᾶλλον ἐν θερινῷ καιρῷ, διὰ τὸ ἔθος τυγχάνουσι. συνάπτεται τοιούτοις, καὶ ἧτταν ἡττᾶται, οἵαν ὁ λόγος παραστῆσαι οὐ δύναται. ὑποστρέφει πρὸς Ἀντιόχειαν, τοῦ στρατοῦ κοιλιακῷ συσχεθέντος νοσήματι, καὶ τῷ δίψει κακωθέντος. ἐπιτίθενται καὶ αὖθις αὐτοῖς οἱ Σαρακηνοί, καὶ τοσοῦτον φθόρον ἐποίησαν, ὥστε καὶ τὸν βασιλέα μόλις διασωθῆναι.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν οἶκον τοῦ Τριακονταφύλλου ἐξωνησάμενος, εἰς μοναστήριον μετεσκεύασεν ἐπ' ὀνόματι τῆς θεοτόκου, συντρίψας τῇ προφάσει ταύτῃ τὸ ὑπήκοον, καὶ κακώσας ἐν ταῖς τῶν ὑλῶν μετακομιδαῖς. καταλαμπρύνει δὲ καὶ τὰ κιονόκρανα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν Βλαχερνῶν, ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ. μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν μετὰ δώρων πολλῶν, ὁ τοῦ Χαλεπίτου υἱὸς Ἀμερ, ἐξαιτῶν ἀνανεῶσαι τὴν εἰρήνην, καὶ τοὺς πρόσθεν παρέχειν φόρους. καὶ δὴ στέλλεται Θεοφύλακτος πρωτοσπαθάριος ὁ Ἀθηναῖος, καὶ τὰς σπονδὰς ἐβεβαίωσε.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ περὶ δευτέραν ὥραν τῆς νυκτός, χύσις ἐγένετο ἀστέρος ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς ἄρκτον πᾶσαν τὴν γῆν περιαστράψαντος. ἐφ' ᾧ καὶ μετὰ μικρὸν ἀγγέλλονται τὰ κατασχόντα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα. Ἄραβες λῃσάμενοι τὴν Μεσοποταμίαν ἄχρι Μελιτινῆς. Πατζινάκαι δὲ τὸν Ἴστρον διαβάντες, καὶ τὴν Μυσίαν κακῶς διαθέμενοι. τηνικαῦτα δὲ καὶ ἡ ἰδιόγραφος ἐπιστολὴ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

num, moxque suo ab instituto resilierat, studio tantum vno eoque perpetuo intentus, vt Bulgarorum nationem sub iugum mitteret. Hoc modo metu soluti prorsus orientales, quibus viis libertatem pristinam recuperarent, secum ipsi dispiciebant. Atque hanc defectionem sub Basilio quidem illi moliebantur, licet occulte rem tractarent: verum Constantino rempublicam negligenter administrante, Saraceni nemine prohibente citra metum omnem vrbium præsidia oppugnabant, & longe lateque cuncta percurrendo populabantur.

Expeditio contra Saracenos.

Hoc ergo res in statu quum forent, Romanus Imperator aduersus Saracenos copias educit, quumque iam Philomilium vsque peruenisset: legati Berrhœa missi accesserunt, qui peterent, vt eorum misereretur, paratorum ad subeundam seruitutem pristinam, tributaque pendenda. Verum Romanus, quod nobile facinus aliquod in hac contra Syriam expeditione superiorum Imperatorum exemplo cogitaret edere: non admissis legatis, aduersus eos recta perrexit, quum quidem secum nequaquam expendisset aquæ illis in locis penuriam, quodque Saraceni propemodum æstiuo tempore minus inhiberi se patiantur, corporibus vtentes ad perferendos calores adsuefactis. Itaque manus cum eis conserit, tantaque strage cæditur Imperator, quanta vix dicendo possit exponi. Accepta clade Antiochiam reuertitur, exercitu grauiter ex intestinorum morbo laborante, ac siti misere vexato. Nec his contenti Saraceni, Romanos iterum aggrediuntur, tantaque cæde grassantur in eos, vix vt Imperator ipse saluus euaderet.

Arrogantia Romani.

Clades Romanorum.

Secundum hæc Romanus emtam Triacontaphylli domum in monasterium, cui a Deipara nomen inditum, commutauit: atque sub hoc prætextu non parum subditos adflixit & vexauit, materiem conuehere coactos. Præterea columnarum magnæ ecclesiæ ac Blachernarum capita splendide argento & auro exornauit. Venit ad Imperatorem Romanum magnis cum muneribus etiam Amer Chalepitæ filius, pacem renouari petens, simulque pristinorum tributorum persolutionem promittens. Eius rei conficiundæ caussa Theophylactus protospatharius est ablegatus, Atheniensis patria, qui fœdus ictum confirmauit.

Saraceni Romanis tributarii.

Eodem tempore circa secundam noctis horam traiectio sideris a meridie versus septemtriones accidit, quo tellus vniuersa fuit collustrata. Neque magno temporis interiecto spatio, quæ Romanis calamitates aduersæque res contigissent, Imperatori nuntiatum fuit. Arabes enim Mesopotamiam depopulati sunt, ad ipsam vsque Melitenam: & Patzinacæ traiecto Istro, Mysiam inclementer omnino tractarunt. Allata quoque tunc est Domini nostri Iesu Christi epistola,

manu ipſiuſmet ſcripta, & ad Augarum loci cuiuſdam Dominum miſſa. Erat autem Imperator hic imprimis omnium bonorum operum ſtudioſus. Ædificia pauperibus alendis deſtinata, quæ a terræmotu ſuccuſſa, grauiterque læſa fuerant, prorſus inſtaurauit.

Tandem morbo lento corripitur, quo durante capilli capitis eius & barbæ defluxerunt: petitus, vti quidem ferebatur, veneno ab Ioanne, qui tum pupillorum alumni munere fungebatur. Nam Ioannes ille quia prius etiam, quam Romanus imperio potiretur, miniſter ipſius fuerat: magnam apud eum potentiam & auctoritatem habebat, ex quo imperare cœperat. Erant illi fratres aliquot, nimirum Michaelus, Nicetas, Conſtantinus, & Georgius. Ex iis Conſtantinus ac Georgius itidem, vt & Ioannes, caſtrati: circulatoriam artem exercebant. Sed deinceps omnes in familiaritatem Imperatoris opera Ioannis fratris peruenerunt. Quum autem Zoe videret Romanum ſe pro homine caſto gerere, moleſte ſtudium hoc illius, inſtitutumque ferens, vt quæ carneis pruritibus incaleſceret: in Michaelum Ioannis fratrem, de quo diximus, non ſine amoris adfectione oculos coniicere cœpit, quod eſſet is facie venuſtiſſima præditus. Quumque clandeſtinam cum eo conſuetudinem habuiſſet, operam dedit vt Imperator e medio tolleretur: in hoc ſolum intenta, vt Michaelum ad Imperatoriam dignitatem eueheret.

Ioannis fratres.

Zoe mulier ſalax marito inſidiatur.

Romanus venenis lentum exitium adferentibus confectus, vbi diuturno tempore in lectulo decubuiſſet: toto pectore nihil expetebat aliud, quam vt hac vita fungeretur. Denique magna quinta feria diſtributis in patres conſcriptos muneribus, quas rogas vocant, quum magni Palatij balneum lauandi cauſſa ingreſſus fuiſſet: a Michaeli ſociis in balnei labro miſerabiliter ſuffocatur. Eadem nocte Alexius Patriarcha Romani Imperatoris nomine in regiam arceſſitur, quam ingreſſus, Imperatorem extinctum inuenit: Zoe vero Imperatrix in aureo triclinio ſedens, Michaelum producit, & Patriarcham adigit, vt eum ſibi maritum ſacris precibus conceptis iungeret. Patriarcha rei nouitate perculſus, ſacras ne preces illas eis imperti-retur, non abs re dubitabat. Quapropter Ioannes & Zoe quinquaginta libris auri Patriarchæ, totidemque clero donatis, perſuaſerunt homini, vt matrimonium ipſorum conſecraret. Romanus in dedicata ab ſe Spectatiſſimæ eccleſia ſepelitur.

Romani mors.

Patriarcha donis corrumpitur.

Eius loco Michaelus imperare cœpit cum coniuge Zoe annis ſeptem, quæ quum ſe Michaelo mancipij loco ſperaret vſuram: inſtituto ac ſpe ſua fruſtrata eſt. Ioannes enim Michaeli frater, vir induſtrius & rerum gerendarum peritus, qui fratris incolu-

Michaelus Paphlago Imp.

A ἡ πρὸς Αὔγαρον πεμφθεῖσα τὸν τοπάρχην, ἐστάλη πρὸς τὸν βασιλέα. Ἐπεὶ μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς, πάντων ἐπεμελεῖτο τῶν ἀγαθῶν, τὰ ὑπὸ σεισμοῦ κακῶς παθόντα πτωχοτροφεῖα, παντάπασιν ἀνανεούμενος.

Εἶτα νόσῳ χρονίᾳ βάλλεται, καὶ τριχοῤῥυεῖ γένυν τε καὶ τὴν κόμην, κατεργασθεὶς, ὥς φασιν, ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ τηνικαῦτα ὀρφανοτρόφου. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ἰωάννης καὶ πρὸ τῆς βασιλείας, ὑπηρέτει τῷ Ῥωμανῷ. Ταύτῃ τοι καὶ τοῦ κράτους ἐπιβάντος αὐτοῦ, μεγάλην δύναμιν εἶχεν. ἦσαν δὲ τῷ Ἰωάννῃ καὶ ἕτεροι ἀδελφοὶ, Μιχαὴλ, Νικήτας, Κωνσταντῖνος, καὶ Γεώργιος. ἀλλ' ὁ μὲν B Κωνσταντῖνος καὶ Γεώργιος, σὺν τῷ Ἰωάννῃ εὐνοῦχοι ὄντες, ἀγυρτικὴν μετῄεσαν τέχνην. ἀλλὰ διὰ τοῦ Ἰωάννου πάντες οὗτοι τῷ βασιλεῖ ᾠκειώθησαν. ἡ μέντοι Ζωὴ τὸν Ῥωμανὸν ὁρῶσα, βίον ὑπερχόμενον σώφρονα, καὶ ἀπαρεσκομένη τῷ πράγματι, σφαδασμοῖς ἅτε ὀρχικοῖς ὑποθερμαινομένη, ἐρωτικὸν ἐνορᾷ πρὸς τὸν διαληφθέντα Μιχαὴλ, εὐπρεπέστατον τὴν ὄψιν ὑπάρχοντα. καὶ οὕτω κρυφίως αὐτῷ ἐπεμίγνυτο. ἐφ' ᾧ καὶ κατεργάζεται ὁ βασιλεὺς, ἅτε τῆς βασιλίδος τὸν Μιχαὴλ εἰς τὸν βασιλικὸν θρόνον σπευδούσης ἀναγαγεῖν.

Βραδυθανάτοις δὲ φαρμάκοις κατεργα- C σθεὶς, καὶ χρόνον συχνὸν κείμενος κλινοπετὴς, ὅλῃ ψυχῇ ἐπεκαλεῖτο τὸν θάνατον. κατὰ δέ γε τὴν μεγάλην πέμπτην τὰς ῥόγας τῶν συγκλητικῶν ποιησάμενος, καὶ ἐπιθυμήσας λούσασθαι κατὰ τὸ ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ βαλανεῖον, καὶ εἰσελθὼν, οἰκτρῶς ἀποπνίγεται ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Μιχαὴλ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοῦ λουτροῦ. κατὰ ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα, μηνύεται ὁ πατριάρχης Ἀλέξιος ὑπὸ τοῦ βασιλέως δῆθεν Ῥωμανοῦ. ἀλλ' ὁ πατριάρχης ἐλθὼν, αὐτὸν μὲν εὑρίσκει νεκρόν. ἡ δὲ βασιλὶς Ζωὴ ἐν τῷ χρυσοτρικλινίῳ προκαθίσασα, ἐξάγει τὸν Μιχαὴλ, καὶ καταναγκάζει τὸν πατριάρχην ἱερο- D λογῆσαι τοῦτον αὐτῇ. ὁ δὲ πατριάρχης ἐπὶ τῷ πράγματι ἐκπλαγεὶς, τὴν ἱερολογίαν, ὡς εἰκὸς, ἐνεδοίαζεν. ἔνθεν τοι καὶ ὁ Ἰωάννης σὺν τῇ Ζωῇ ν' μὲν χρυσοῦ λίτρας τῷ πατριάρχῃ· ν' δὲ ὁμοίως τῷ κλήρῳ ἐπιδοὺς, ἔπεισε ἱερολογίας ἀξιῶσαι αὐτούς. καὶ ὁ μὲν Ῥωμανὸς ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ νεουργηθείσῃ ἐκκλησίᾳ θάπτεται τῆς Περιβλέπτου.

Κρατεῖ δὲ ὁ Μιχαὴλ σὺν τῇ Ζωῇ, ἔτη ζ'. ἀλλ' ἡ Ζωὴ αὕτη ἐλπίζουσα τῷ Μιχαὴλ ἀντὶ δούλου χρῆσθαι, ἀστοχεῖ τοῦ σκοποῦ. ὁ γὰρ Ἰωάννης δραστήριος ὢν, καὶ δεδιὼς περὶ τοῦ

ἀδελφοῦ αὐτοῦ, πάντας μὲν τοὺς προσόντας αὐτῇ θαλαμηπόλους καὶ μὴν, καὶ τὰς οἰκειοτάτας θεραπαινίδας ἐξ αὐτῆς ἀποσπᾷ. καὶ οὐδὲ τὸ τυχὸν παρ' αὐτῆς ἐνεργεῖται, εἰ μή γε κατὰ γνώμην Ἰωάννου. τοῦτο μὲν οὖν καὶ τὸ ὑπήκοον ἐξημέρου παντοίως καὶ πάντα μετεχείριζετο. ὅτι δὲ τὰ γεγονότα οὐκ ἀρεστὰ ἦν τῷ Θεῷ, δέδεικται καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῶν. κατὰ γὰρ τὴν ια' ὥραν τῆς ἁγίας μεγάλης κυριακῆς χάλαζα κατηνέχθη ἀφόρητος καὶ γενναία, ὡς συντριβῆναι μὴ μόνα τὰ δένδρα, τά τε κάρπιμα καὶ τὰ ἄκαρπα· ἀλλὰ δὴ καὶ οἰκίας καταπεσεῖν καὶ ναούς. γέγονε δὲ καὶ χύσις ἀστέρος κατὰ τὴν μετὰ τὸ Πάσχα κυριακὴν, περὶ ὥραν τρίτην τῆς νυκτός· τῇ ὑπερβολῇ τῆς λαμπρότητος, τοὺς ἀστέρας πάντας ἀποκαλύψαντος, ὡς καὶ ἥλιον ἀνατεῖλαι δοκεῖν. ὁ μέντοι βασιλεὺς ἐλήφθη δαιμονίῳ. ὃ καὶ σεμνολογοῦντες οἱ περὶ τοῦτον, μανικὸν ἀπεκάλουν νόσημα. καὶ παρέμεινε τὸ τοιοῦτον ἄχρι τέλους τῆς αὐτοῦ βιοτῆς,

Κατ' ἐκεῖνο δὴ καιροῦ, καὶ τοιοῦτόν τι συνέβη ἐν τῷ θέματι τῶν Θρακησίων. Βαράγγων διεσπαρμένων, γυναῖκά τις ἐγχωρίαν εὑρὼν ἐπ' ἐρημίας, ἐπειρᾶτο τῆς σωφροσύνης αὐτῆς. ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, καὶ βίαν ἤδη ἐπῆγεν. ἡ δὲ τὸν ἀκινάκην ἀσπασαμένη τοῦ ἀνδρὸς, παίει κατὰ καρδίαν τὸν Βάραγγον, καὶ εὐθὺς ἀναιρεῖ. τοῦ δὲ ἔργου διαδοθέντος ἐν τῇ περὶ χώρᾳ, συναθροισθέντες οἱ Βάραγγοι, τήν τε γυναῖκα στεφανοῦσι, καὶ τὴν ἅπασαν οὐσίαν τοῦ βιασοῦ ταύτῃ διδόασι· κἀκεῖνον ἄταφον ῥίπτουσι. τότε δὴ καὶ σεισμοῦ γενομένου, κακῶς ἔπαθε τὰ Ἱεροσόλυμα, τεθνηκότων ἀνθρώπων πολλῶν ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ οἰκιῶν συμπτώμασι. σειομένης τῆς γῆς ἄχρις ἡμερῶν μ'.

Τῷ δέ γε Σεπτεμβρίῳ μηνὶ, ςφμγ' ἔτει, ἰνδικτιῶνος τρίτης, πυρὸς ἐφαίνετο στῦλος κατὰ τὴν ἑῴαν, τὴν κορυφὴν κεκλιμένην φέρων πρὸς μεσημβρίαν· καθ' ἣν ἡμέραν καὶ οἱ Σαρακηνοὶ ἦραν τὰ Μύρα, καὶ ἄλλα δὲ δεινὰ πολλὰ συνέβησαν. ὁ μέντοι βασιλεὺς Μιχαὴλ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ζωὴν ἀποκλαιόμενος ἦν, τὴν εἰς τὸν Ῥωμανὸν ἁμαρτάδα τὸν Θεὸν ἱλασκόμενος δι' ἀγαθοεργιῶν καὶ κτίσεως μοναστηρίων, καὶ ἄλλας δὲ πρὸς τούτοις πράξεις ἐτέλει χρηστάς. αὗται δὲ ἀνύσιμοι ἂν ἦσαν, εἰ τὴν βασιλείαν τε ἀπέρριψε, δι' ἣν τὰ τοιαῦτα κακά, καὶ εἰ τὴν μοιχάδα ἐπώσατο, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀπεκλαίετο τὴν ἁμαρτίαν. τούτων δὲ μηδὲν πεπραχὼς, ἀλλ' ἐκείνῃ συνὼν, καὶ τῆς βασιλείας ἀντεχόμενος, κἀκ τῶν δημοσίων καὶ κοινῶν τὰς δοκούσας εὐποιίας ἀποπληρῶν, κἀντεῦθεν νομίζων τυχεῖν συγχωρήσεως, ἀνόητον διελογίζετο τὸ θεῖον, καὶ ἄδικον. ἀλλοτρίοις χρήμασιν ὠνούμενος τὴν μετάνοιαν.

Glycæ Annal.

A mitati metueret, omnes Zoæ cubicularios, vna cum ancillis ipsi maxime familiaribus, ab ea remouit: ne minimum quidem aliquid, citra voluntatem & arbitrium suum, ab ea geri permittens. Idem subditorum animos variis modis blande tractando fratri conciliabat, & omnium administrationem in se suscipiebat. Non tamen ea, quæ in Romanum commissa fuerant, grata Deo fuisse, de ipsis initiis imperij Michaeli certis argumentis colligi poterat. Nam hora vndecima sacrosanctæ magnæ Dominicæ, grandine tam intolerabili pluit, vt non arbores tantum frugiferæ sterilesque confringerentur: sed domus etiam cum templis deiectæ corruerent. Præterea sideris traiectio, Dominica post Paschatis festum, hora tertia noctis accidit: B quum quidem id sidus amplitudine fulgoris sui cunctorum aliorum siderum luminibus officeret, ac sol ipse oriri videretur. Itidem Imperator malo correptus est genio, quam rem familiares ipsius honestiore vocabulo tegentes, insaniam quandam animi vocabant. Neque malum hoc ipsum ante finem vitæ missum fecit.

Iræ diuinæ argumenta.

Accidit eo imperante Thracensium in finibus huiusmodi quiddam. Dispersis per illam regionem in hiberna Barangis, forte quidam mulierem indigenam in solitudine nactus, ei stuprum inferre conatus est. Ea vero ipsiusmet acinace correpto, in cor Barangum ferit, ac statim interficit. Quod factum vbi C per viciniam innotuisset, coiuere Barangi ceteri, mulierique coronatæ facultates illius omnes, qui pudicitiæ ipsius adferre vim voluerat, donarunt: cadauere militis citra sepulturæ honorem abiecto. Tunc & Hierosolyma terræmotu misere adflicta fuit, quod in ipsis templorum ædiumque ruinis ingens hominum multitudo opprimeretur, terra diem ad quadragesimum vsque succussa.

Pudicitiam suam mulier quædam egregie tuetur.

Terræmotus.

Anno mundi ıɔɔ cıɔ ıɔ xlııı, indictione tertia, columna ignea versus ortum conspecta est, vertice ad meridiem inclinante: quo ipso die Saraceni Myra cœperunt, aliæque nonnullæ calamitates Romanis ac- D ciderunt. Ceterum Michaelus Imperator delictum in Romanum suum per omnem vitam deplorare non desinebat, ac Deum bonis operibus, monasteriis condendis, benignitate in egentes placabat. Ea vero profuissent illi, si quidem abiecisset imperium, cuius gratia molitus ea facinora fuerat: & adultera repudiata, priuatus peccatum suum deplorasset. Nunc ille nihil horum agens, sed Zoæ consuetudine vtens, imperium mordicus retinens, de publicis bonis in speciem beneficia quædam præstans, eoque pacto veniam se consequuturum sperans: numen diuinum & mentis expers, & iniustum esse putabat, quod alienis opibus redimi pœnitentiam pateretur.

Michaeli pœnitentia.

Terræmotus. Eodem tempore terræmotum in Bucellariis hiatus ſubſequuti ſunt, quibus integræ quinque villæ ſunt abſorptæ. Parum etiam abfuit, quin eo Nicephorus præſes, Imperatoris Conſtantini eunuchus, illis in locis degens, periret. Verum præter ſpem euitato Siccitas. periculo, raſus vitæ ſolitariæ ſe dedit. Quum autem magna quoque ſiccitas incidiſſet, ac totis ſex menſibus non pluiſſet: ſupplicatum eſt a fratribus Imperatoris, Ioanne ſacrum mantile, magno Domeſtico ſcriptam ad Augarum Chriſti epiſtolam, ſacraſque cunarum faſcias, geſtantibus: pediteſque a magno palatio vſque ad Blachernas proceſſerunt. Sed tantum abfuit, vt plueret: vt etiam ingens grando delata vehementi cum impetu, tam arbores, quam tegulas vrbis comminueret.

Michaelus vbi malo a genio peius in dies exagitaretur, in quaſuis regiones & inſulas presbyteris quidem ſingulis numos aureos binos: monachis vero vnum miſit, licet irrito ſtudio, quod malum augeſceret, ac morbus aquæ intercutis accederet. Quamobrem Theſſalonicam profectus Imperator, ibidem degebat, & ad egregij martyris victoriſque certaminum Demetrij ſepulcrum adſiduo verſabatur, vt eo malo liberaretur. Quippe de mundanis rebus omnino ſollicitus non erat, quod eas Ioannes ipſius frater adminiſtraret. Interea continuo Deus orbem vniuerſum quaſſabat, quem alia quoque terriculamenta formidoloſum reddebant: in cæ-Portenta varia. lo, cometarum exortus: in aere, venti & impetuoſæ pluuiæ: in terra, ſuccuſſiones graueſque commotiones: quæ omnia portendebant, non multo poſt eorum finem appetiturum, qui tum rerum potiebantur. Imperatoris quidem frater Ioannes magiſtratus venales habebat, & malis infinitis orbem terrarum implebat. Nam ipſius quoque culpa factum eſt, vt Bulgari a Romanis deficerent: quippe Baſilius Imperator ſpecies quaſdam fructuum a Bulgaris exigi debere tributi nomine voluerat, quem morem & Samuelus ipſorum rex obſeruauerat: Ioannes autem hac exactione in aurum commutata, Bulgaris occaſionem defectionis præbuit.

Tandem Michaelo vita functo, tanquam hereditario iure vniuerſa poteſtas ad Zoen Imperatricem rediit. Ea vero quum deliberatione ſecum habita, non poſſe ſe ſolam adminiſtrare rempublicam animaduerteret: Michaelus Calaphates Imp. Imperatoris Michaeli cognominem & ſororis filium, qui Cæſar deſignatus erat, & induſtrius aptuſque rebus gerendis eſſe videbatur, adoptatum ſibi adiungit, ac filium Imperatoremque renuntiari curat. Præfuit rebus menſes ad quatuor. Prius, quam imperio potiretur; Zoe ſacramentis eum obſtrinxit, vt policeretur, ſe loco Dominæ ac matris eam habiturum, nec vlla re futurum impedimento, quo minus illa quæ vellet,

A Κατ᾽ ἐκείνου δὲ καιροῦ καὶ σεισμοῦ γεγονότος, χάσματα γεγόνασιν ἐν Βουκελλαρίοις, καὶ κατεπόθησαν χωρία πέντε. ἔνθα καὶ Νικηφόρον πρόεδρον τοῦ Κωνσταντίνου βασιλέως εὐνοῦχον διατρίβοντα, μικροῦ δεῖν κινδυνεῦσαι συνέβαινεν ἄν. διαφυγόντα δὲ παρ᾽ ἐλπίδα τὸν κίνδυνον ἀποκαρῆναι μοναχόν. τηνικαῦτα δὲ καὶ αὐχμοῦ γεγονότος, ὡς ἐπὶ μῆνας ἕξ, μὴ καταρραγῆναι ὑετόν, λιτανείας ἐποίησαν οἱ τοῦ βασιλέως ἀδελφοί. καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης, τὸ ἅγιον ἐβάσταζε μανδήλιον. ὁ δὲ μέγας Δομέστικος, τὴν πρὸς Αὔγαρον ἐπιστολὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἅγια σπάργανα. καὶ πεζοὶ ὁδεύσαντες ἀπὸ τοῦ μεγάλου παλατίου, ἀφίκοντο μέχρι τῶν B Βλαχερνῶν. οὐ μόνον δὲ οὐκ ἔβρεξεν, ἀλλὰ καὶ χάλαζαι παμμεγέθεις καταρραγεῖσαι συνέτριψαν τά τε δένδρα, καὶ τοὺς κεράμους τῆς πόλεως.

Ὁ μὲν οὖν βασιλεύς, καταπειγόμενος ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐπὶ πλέον, ἔπεμψεν, ἐν τοῖς θέμασι καὶ ταῖς νήσοις, τοῖς μὲν πρεσβυτέροις, ἀνὰ νομίσματα β΄. τοῖς δὲ μοναχοῖς ἀνὰ νομίσματα ἕν. ἐπὶ πλέον τὸ κακὸν ἐπετείνετο, συνεπιλαβομένης καὶ νόσου ὑδρωπικῆς. κατὰ τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς διέτριβε τῇ Θεσσαλονίκῃ ὡς τὰ πολλά, προσλιπαρῶν τῷ τάφῳ τοῦ καλλινίκου Δημητρίου, τοῦ πάθους ἕνεκεν. τῶν γὰρ κοσμικῶν C πραγμάτων, οὐδαμῶς ἐφρόντιζεν, ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου τούτων διοικουμένων. ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ συνεχῶς τὴν οἰκουμένην ὁ Θεὸς ἔσειε, καὶ δείματα κατεῖχον αὐτήν. ἐν οὐρανῷ μὲν κομητῶν ἐπιτολαί. ἄνεμοι ἐναέριοι καὶ ὄμβροι ῥαγδαῖοι. ἐν γῇ δὲ βρασμοὶ καὶ κλόνοι· ἃ δὴ καὶ προεμήνυον τὴν μετ᾽ οὐ πολὺ γενησομένην τῶν κρατούντων καταστροφήν. ὁ τοιοῦτος δὲ Ἰωάννης ὠνίους τὰς ἀρχὰς ποιούμενος, μυρίων κακῶν τὴν οἰκουμένην ἐνέπλησε. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς Βουλγάρους ἀντιστῆναι πεποίηκε· τοῦ γὰρ Βασιλείου ἐν εἴδεσι ζῴοις τὴν ἀπαίτησιν ποιουμένου καθὰ δὴ καὶ ὁ Σαμουήλ, ὁ Ἰωάννης ἐπὶ διὰ νομισμάD των ἐδασμοφόρει αὐτούς. ὅθεν καὶ εἰς ἀποστασίαν ἐχώρησαν.

Τοιούτῳ δὲ τέλει χρησαμένου Μιχαήλ, τὸ πᾶν περιέστη κράτος, ὡς κληρονόμον τὴν βασιλίδα Ζωήν. αὕτη δὲ διαλογισαμένη, ὡς οὐκ ἄν ποτε τὰ κοινὰ διεξάγειν μόνη δύναιτο, τὸν τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ὁμώνυμον ἀνεψιόν, Καίσαρα ὄντα. πρὸς δὲ καὶ δραστήριον εἶναι δοκοῦντα, εἰσποιητὸν προσλαμβάνει υἱόν, καὶ βασιλέα τοῦτον ἀναγορεύει. Κρατήσαντα δὲ ὡσεὶ μῆνας δ΄, ὅρκοις πρότερον αὐτὸν καταδεσμήσασα, ὡς κυρίαν ἔχειν αὐτήν, καὶ μητέρα. καὶ μὴ παρεμποδίζειν ἐφ᾽ οἷς ἂν καὶ ὅπως διαπράττεσθαι βούλοιτο.

A καὶ αὐτὸν δὲ πρότερον ὀρφανοτρόφον ἐκποδὼν ἐποιήσατο. καὶ Κωνσταντῖνον ὡσαύτως τὸν Δομέστικον τῶν σχολῶν, τῆς ἀρχῆς ἀπεστέρησε. κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν, καθ' ἣν ἀνεδεῖτο τῷ διαδήματι ὁ Μιχαὴλ, σκοτώσει καὶ ἰλίγγῳ ληφθεὶς, ἐγγὺς ἦλθέ που πεσεῖν, μόλις δὲ ἀνακαλεῖται μύροις, καὶ ἀρώμασι. καὶ ὃς αὐτίκα δωρεαῖς περιποιεῖται τὴν σύγκλητον. μεταπέμπεται δὲ τῆς ἐξορίας τὸν Κωνσταντῖνον τὸν Δομέστικον, καὶ οὕτω δῆθεν ἐν βεβαίῳ δόξας ἑστάναι, παραυτὰ πίπτει. γράμμασι γὰρ τοῦ ὀρφανοτρόφου, καὶ βουλαῖς τοῦ Δομεστίκου, λεγόντων, B μὴ πιστεύειν τῇ βασιλίδι, ὡς ἂν μὴ πάθοι ὅσα δὴ καὶ Μιχαὴλ, καὶ Ῥωμανὸς, γοητείαις ἅτε παρ' αὐτῆς κατεργασθέντες, διεγείρεται, καὶ ἐπιβουλὴν κατ' αὐτῆς μελετᾷ. θέλων δὲ καὶ τὸν λαὸν ἰδεῖν, εἴπερ εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτὸν διάκειται, καὶ οὕτως ἐπιχειρήσῃ τῇ ἐπιβουλῇ, κελεύει γενέσθαι προέλευσιν. ἐφ' ᾗ καὶ πάντας ἰδὼν ὡς εἰ δυνατὸν καὶ τὰς ψυχὰς προϊέναι χάριν τιμῆς αὐτοῦ καὶ λαμπρότητος, ἅπτεται τῆς ἐπιβουλῆς. νυκτὸς οὖν κατασπᾷ τοῦ θρόνου, καὶ ἐξορίζει αὐτὴν εἰς Πρίγκιπον. κελεύσας τοῖς ἀποκομίζουσι, καὶ τὰς τρίχας αὐτῆς ἀποκεῖραι, καὶ πρὸς αὐτὸν αὐτὰς ἀγαγεῖν.

C Γίνεται ταῦτα, καὶ ἀναφορὰ διὰ τοῦ ὑπάρχου τῷ λαῷ ἀναγινώσκεται, ἐν τῷ τοῦ Κωνσταντίνου φόρῳ· περιέχουσα, ὅτι κακονοίας ἡ Ζωὴ περὶ τὴν βασιλείαν μου εὑρεθεῖσα, ἐξορίζεται παρ' ἐμοῦ. ὑμεῖς δὲ εἴπερ εὐνοϊκῶς διάκεισθε πρός με, μᾶλλον ἀξιωθῆτε τιμῶν. καὶ παραχρῆμα φωνὴ ἐξακούεται, οὕτω λέγουσα· ἡμεῖς σταυροπάτην Καλαφάτην βασιλέα οὐ θέλομεν, ἀλλὰ τὴν κληρονόμον, καὶ μητέρα ἡμῶν Ζωήν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐβόων. ἀνασκαφείη τὰ ὀστᾶ τοῦ Καλαφάτου. καὶ λαβόντες τὰ παρατυχόντα ξύλα, παρὰ τοῦ ἐπάρχου φέρονται· καὶ ὃς φυγῇ χρησάμενος, μόλις διεσώζετο. ὁ δὲ λαὸς εἰς τὴν D ἐκκλησίαν καταλαβὼν, ἐδυσφήμει καὶ μάλα τὸν βασιλέα. ἀνεκαλεῖτο δὲ τὴν Ζωὴν ὅλῃ ψυχῇ. μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸ παλάτιον ἔρχονται, καταγαγεῖν τὸν βασιλέα βουλόμενοι. ὃς καὶ πτοηθεὶς, ἤγαγε τὴν Ζωὴν, καὶ ἀποδύσας αὐτὴν τὰ μοναχικὰ, βασιλικοῖς ἐκόσμησε περιβλήμασιν. εἶθ' οὕτως τῷ λαῷ δημηγορήσας, καὶ μηδὲν ἀνύσας, ὕβρεσι γὰρ μᾶλλον ἐπλύνετο, καὶ λίθοις καὶ τόξοις ἐβάλλετο, ἔγνω δεῖν ἐν τῇ μονῇ Στουδίου ἀπελθεῖν. ὁ δὲ Δομέστικος, οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν. ἀλλὰ γενναίως ἀντιστῆναι παρέπεισε. καὶ ἡ ὑπερισχύ-

quoque pacto collibitum esset, omnia gereret. Præterea Ioannem pupillorum alumnum ab administratione mox ab initio remouit, Constantino quoque Domestico Scholarum magistratu abrogato. Michaelus ea ipsa, qua diademate cingebatur, hora oculorum caligatione ac vertigine correptus, parum adfuit, quin collaberetur, vixque tandem vnguentis & aromatibus refectus est. Corona potitus, mox largitionibus sibi Senatum conciliat. Quumque Constantinum Domesticum ab exsilio reuocasset, seque iam in tuto consistere putaret, subito corruit. Persuasus enim Ioannis pupillorum alumni litteris, & Domestici consiliis, qui dicerent fidem Imperatrici non habendam, ne vsuuenirent eadem ipsi, quæ Michaelus & Romanus perpessi fuissent, quos illa veneficiis sustulisset: excitari se contra illam passus est, vt eius vitæ insidiaretur. Quumque populi quoque tentare vellet animos, vt cognosceret, an illius aliqua foret in se beneuolentia, qua perspecta struere pergeret insidias: processum publicum institui iubet, in quo quum eam in omnibus alacritatem cerneret, vt si fieri posset, etiam animas ac vitam pro ipsius honore dignitateque profunderent, ad moliendas insidias sese comparat. Itaque noctu solio deiectam, Principum ablegat, vbi exsularet: Imperato deportantibus, vt capillos ei raderent, & eosdem ad se deferrent.

Mala Michaeli consilia.

His ita gestis, præfectus vrbis actorum relationem ad populum de scripto nomine Imperatoris in Constantini foro verbis huiusmodi recitat: Zoen, quod eam imperio meo malitiose insidiatam esse deprehenderem, solum vertere iussi. Vos, siquidem in beneuolentia erga me perstiteritis, honores consequemini. Tum vero vox quædam huiusmodi subito exaudita est: Nos proculcatorem crucis Calaphatem Imperatorem habere nolumus, sed Zoen matrem nostram, & imperij heredem. Clamatum etiam inter alia: Euertantur ossa Calaphatæ. Mox correptis saxis & quibusuis lignis, præfectum vrbis petunt: qui arrepta fuga, vix saluti suæ consulere potuit. Inde occupato templo, conuiciis populus Imperatorem grauissimis proscindebat, totoque animi studio Zoæ nomen inclamabat. Vtq; deturbarent Imperatorem, ad palatium contendebant. Is vero metu perculsus, Zoen in populi conspectum adductam, & monastico habitu exutam, Imperatorio rursus amictu exornauit. Deinde ad populum concione habita, quum nihil obtinuisset: (magis enim, quam antea, contumeliosis eum dictis aspergebant, & saxis sagittisque petebant) in Studij mansionem cedendum statuit. At vero Constantinus scholarum Domesticus id eum facere non sinebat, sed hortabatur, vt animo forti & generoso semet opponeret, ac vel obtinen-

dam esse victoriam statueret, vel Imperatorie occumbendum. Hoc modo pro viribus vtrimque instructi, tripertitis agminibus tam populares, quam Michaeli defensores, contra se inuicem tendebant. Itaque de populo numerus haud exiguus cæsus est, nimirum ad CIↃ CIↃ CIↃ: quod inermes ipsi, armatis opponerentur. Ad extremum tamen ciues ob multitudinem superiores facti, palatiumque perfractis foribus ingressi sunt. Quumque mox aurum in Secretis repositum diripuissent, aduersus Imperatorem perrexerunt: qui rebus omnino desperatis, ad Studij mansionem fuga se contulit, & cum auunculo suo rasus est.

Exitium Michaeli.

Ita rursus Imperatrix Zoe cum sorore Theodora præficitur, quæ vbi populo gratias initio egisset eius beneuolentiæ nomine, quam erga se declarassent: continuo Michaelum inquiri debere visum fuit. Populo autem voces huiusmodi magnis clamoribus ingeminante: In crucem agatur, oculis spolietur: Zoe quidem miseratione commoueri erga ipsum videbatur, Theodora vero præfectum vrbis ac vulgus hominum concitabat, vt ad quærendum vtrumque cursim pergerent. Eos illi quum adesse persentiscerent, in adyta templi confugere, sed irrito conatu. Nam inde abrepti, pedibusque per forum tracti, iussu Theodoræ in loco, qui Sigma dicitur, excæcati sunt. Ab eo tempore cum germana sorore Theodora, Zoe propemodum vno mense rempublicam & Senatum administrabat magna cum laude: quum efficeret, vt more pristino abolito, magistratus vbique sine pretio concederentur, qui vænales antea fuerant.

Hinc deliberatum, quo pacto Zoe cuidam matrimonio legitimo iungeretur, qui per id coniugium ad culmen Imperatorium perueniret. Cogitabat autem illa Constantino nubere, qui Artoclines vocabatur. Erat enim is formæ venustate præstans, & cum Zoe clanculum consuescere perhibebatur. Sed Constantinum vxor legitima veneno propinato de medio sustulit, non quod maritum odisset: sed quod eius consuetudine se deinceps carituram videret. Hoc vbi accidisset, Monomachum Imperatrix ab exsilio reuocat, quem Ioannes Orphanotrophus exsilio multauerat, & Mitylenæ se continere iusserat. Nam vulgo rumor diditus fuerat, futurum vt aliquando ille imperaret. Id Scylitzes de Monomacho memoriæ prodidit. Ab aliis hoc quoque perscriptum est, summotis a gubernatione, qui rerum antea potiebantur, Imperatricem e Lesbo Monomachum arcessiuisse, relegatum eo iussu Michaeli, quod cum Imperatrice rem habere diceretur. Et quamquam prius a periculo amittendi oculos parum abfuerat, tamen nunc reuocatus matrimonio Zoæ legitimo copulatur, sacras preces ac vota con-

Artoclines ab vxore necatur.

Monomachus fit Imperator.

Ioannes Scylitzes.

A σαι, ἢ βασιλικῶς ἀποθανεῖν. ἑτοιμάζονται ὡς εἶχον δυνάμεως τειχῆ οὖν οἱ τοῦ δήμου διαιρεθέντες, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ περὶ τὸν Μιχαὴλ, κατ᾽ ἀλλήλων ἐχώρησαν. ἔνθεν τοι καὶ ἐκ τοῦ δήμου πίπτει λαὸς οὐκ ὀλίγος, ἄοπλοι ὄντες, καὶ πρὸς ξίφη παραταττόμενοι. πίπτουσιν οὖν ὡσεὶ χιλιάδες τρεῖς. οἱ μέντοι πολῖται διὰ τὸ πλῆθος ὑπερισχύσαντες, καὶ τὰς πύλας τοῦ παλατίου ἐκρήξαντες, ἐντὸς εἰσέρχονται. καὶ αὐτίκα τὸ ἐν σεκρέτοις χρυσίον ἁρπάσαντες, καὶ κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ὁρμῶσιν. ὃς δὴ καὶ ἀπογνοὺς, φυγὰς πρὸς τὴν μονὴν τοῦ Στουδίου ἔρχεται, καὶ B σὺν τῷ θείῳ αὐτοῦ ἀποκείρεται.

Ἐρωτήσαντος δέ ποτε τοῦ Σουλτάνου τὸν βασιλέα, τί ἂν ἔδρασας, εἰ ἔσχες ἐμὲ ὑποχείριον. C ἀνυποκρίτως καὶ ἀθωπεύτως ὁ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο. ὅτι πολλαῖς ταῖς πληγαῖς κατεδαπάνησα ἄν σου τὸ σῶμα. ἀλλ' ἐγώ φησιν ὁ Σουλτάνος, οὐ μιμήσομαί σου τὸ αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον. πλὴν ἀκούω, ὅτι καὶ ὁ ὑμέτερος Χριστὸς εἰρήνην νομοθετεῖ. καὶ ἀμνηστίαν κακῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπερηφάνοις ἀντικαθίσταται. μετὰ δὲ ταῦτα σπονδὴν ποιησάμενοι, καὶ συνθήκας εἰρηνικὰς διηνεκεῖς, καὶ κῆδος ἐπὶ τοῖς παισὶ συστησάμενοι, διΐστανται ἀπ' ἀλλήλων, σὺν πολλῇ περιπλοκῇ, καὶ εὐκτηρίῳ τιμῇ· ἐπανέρχεται ὁ βασιλεύς. γίνεται τοῦτο, καὶ τοῖς ἐνταῦθα, Ἰωάννῃ τε τῷ Καίσαρι, καὶ τοῖς τούτου υἱοῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς, ὅσοι τὰ D αὐτὰ ἐφρόνησαν. καὶ τηνικαῦτα μὲν τὴν βασιλίδα καὶ μὴ βουλομένην, ὑπερόειον τίθενται, ἀποκείραντες αὐτήν. τὸν δὲ Μιχαὴλ αὐτοκράτορα ἀναγορεύουσιν. ἔνθεν τοι καὶ γράφουσιν ἁπανταχοῦ, τὸν Διογένην ἐπανιόντα μὴ ὑποδέξασθαι. ἤρξατο δὲ τῆς τοιαύτης ἀποκηρύξεως ὁ ὑπέρτιμος πρῶτον Ψελλός.

Ταῦτα δὲ ὁ Διογένης μαθών, καὶ ὅτι κοινῶς ἀποκεκήρυκται, φρούριόν τι καταλαβὼν ἐκεῖσε, Δόκειαν λεγόμενον στρατοπεδεύειν ἤρξατο. ἀλλ' ὁ Καῖσαρ τὸν βραχύτατον υἱὸν, κατὰ Διογένους ἐκπέμπει, συνάπτεται πόλεμος. φυγὰς ὁ Διογένης οἴχεται. ἔνθεν κἀκεῖθεν περινο-

στῶν

σῶν, πρὸς Κιλικίαν παραγίνεται· ὑποστρέφει ὁ Κωνσταντῖνος ἐπὶ τούτοις. στέλλεται ἀντ' αὐτοῦ κατὰ Διογένους, ὁ τοῦ Καίσαρος υἱὸς Ἀνδρόνικος, πολιορκεῖ τὸν Ἄδανον, συνθῆκαι γίνονται. καὶ κείρεται τὴν τρίχα ὁ Διογένης. ἔξεισί τε τοῦ κάστρου, μελανειμονῶν· λαβὼν δὲ μεθ' ἑαυτὸν τὸν Διογένη ὁ Ἀνδρόνικος, νόσου μέμνηται, ἕλκων αὐτὸν ἐν εὐτελεῖ ὑποζυγίῳ, διὰ τῶν χωρῶν ἐκείνων, αἷς ἰσόθεος ἐγνωρίζετο. μέχρις οὖν τοῦ Κοτυαίου τὴν ὁδοιπορίαν ὀδυνηρὰν ποιησάμενος (ἦν γὰρ νοσηλευόμενος ἐκ κοιλιακοῦ, ἐκ κωνείου προποθέντος αὐτῷ) ἐκεῖσε κατεσχέθη, ἕως οὗ τὸ ποιητέον ὁρισθῇ ἐπ' αὐτῷ. Καταλαμβάνει ἡ ἀπόφασις. καὶ τῶν ἀρχιερέων τῶν ἐπὶ τῷ δοθῆναι λόγον συμπαθείας ἐπαρκέσαι μὴ δυνηθέντων (ὠμησταὶ γὰρ καὶ ἀπηνεῖς ἄνδρες, ἀφήρπαξαν αὐτὸν) ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσεται· παραχθεὶς ἐν ὑποζυγίῳ μέχρι τῆς Προποντίδος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔχων ἐξῳδηκυῖαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμούς, ὥσπερ σῶμα σεσηπός, κἀντεῦθεν σκωλήκων καὶ δυσωδίας πλησθείς, ἐπωδύνως καταστρέφει τὸν βίον. τῇ νήσῳ Πρώτῃ τὸν χοῦν ἀποθέμενος· ἔνθα νέον ἐκεῖνος ἐδείματο φροντιστήριον.

Κρατεῖ μετὰ τοῦτον, Μιχαὴλ ὁ Παραπινάκης, ἔτη ϛʹ. χαῦνος πάντη ὁ ἀνὴρ καὶ (οἷον εἰπεῖν) θῆλυς πρὸς τὴν τοῦ κοινοῦ διοίκησιν. ἐφ' ᾧ, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Μητροπολίτῃ Σίδης, τὰ τῆς ἐξουσίας ἀνατίθησι. καὶ καλῶς μὲν τὰ πάντα περὶ αὐτοῦ οἰκονομοῦντος, ἀνδρὸς ἅτε ὄντος ἀγαθοῦ καὶ περιδεξίου τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ τῷ ἀγαθῷ τούτῳ σίτῳ παραμίγνυται καί τι ζιζάνιον. Νικηφόρος γάρ τις εὐνοῦχος, ὁ καὶ Νικηφορίτζης λεγόμενος, ὁ ἐπὶ κακίαις μυρίαις πρὸ τοῦ Μιχαὴλ διαβληθείς, κἀντεῦθεν ἐξόριστος ὤν, μεταπέμπεται παρὰ τοῦ Μιχαήλ, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν ἐνδύεται, ἀνὴρ μὲν εὐνοῦχος, δεινὸς συγχέειν πράγματα, καὶ ἄνω τὰ κάτω ποιῆσαι. κατηγορίαι γὰρ πανταχοῦ, δημεύσεις, καὶ ἀπαιτήσεις ἄδικοι, θρῆνος λοιπὸν καὶ οὐαὶ πανταχοῦ. κἀντεῦθεν ὀργὴ καταλαμβάνει θεήλατος.

Οἱ γὰρ Τοῦρκοι ἰδόντες, ὡς ἄπρακτοι μεμενήκασιν αἱ πρὸς Διογένην συνθῆκαι. καὶ ὅτι (ὃν αὐτοὶ τετιμήκασιν, ὑποχείριον λαβόντες) οὕτω κακῶς οἱ αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν διετέθησαν. κἀντεῦθεν θυμοῦ πλησθέντες, ἄραντες ἐκ Περσίδος παμπληθεῖς, τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιστρατεύουσι θέμασι. συλλέγει λοιπὸν κἀντεῦθεν στρατὸν ὁ Μιχαήλ, καὶ στρατηγὸν αὐτοῦ τὸν Κομνηνὸν Ἰσαάκιον τίθησι· καὶ ὃς ἀπελθών, καὶ κατὰ Καισάρειαν τοῖς Τούρκοις συμπλακείς, αἰχμάλωτος αὐτίκα γίνεται, καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν ἀπόλλυται. μανθάνει ταῦτα ὁ βασιλεύς, καὶ σκυθρωπάζει, ἀλλ' ὁ μὲν οὐ διορθοῦται

Glycæ Annal.

A in Ciliciam peruenit. Interea Constantinus ad vrbem reuertitur, eiusque loco filius alter Cæsaris Andronicus persequendi Diogenis caussa mittitur. Is quum Adanam obsideret, de pace tractatum est, & tonso capillo Diogenes e castro pulla veste amictus prodiit. Eum Andronicus secum abduxit, *Vide Notas.* vilique iumento impositum, nulla morbi, quo laborabat, ratione habita, per ea loca traxit, in quibus antea ceu Deo par cognitus habitusque fuerat. Hoc modo quum Cotyaium vsque non sine maximis doloribus (nam intestinorum morbo laborabat, quem e propinata cicuta conceperat) delatus fuisset: tantisper ibi detentus est, donec in vrbe quid de ipso faciundum esset, decerneretur. Vbi latam in ipsum sententiam Andronicus B accepisset, nec opem ei pontifices ferre potuissent, vt misericordiam impetraret: (a crudelibus enim sæuisque hominibus abripiebatur) oculis effossis excæcatur. Deinde ad Propontidem iumento vectus, quum caput e tumore corruptum haberet, oculisque cum toto corpore putrefactis, vermibus & fœtore scateret: misere vitam finiit, in Prote insula puluere corporis deposito, vbi nouas ædes exstruxerat, religiosis exercitiis destinatas.

Imperauit post ipsum Michaelus cognomento Parapinaces annos sex, homo plane mollis, & ad reipublicæ gubernationem (vt C ita dixerim) fœmina. Rerum administrandarum potestatem Ioanni Sidæ antistiti commisit, a quo præclare omnia gerebantur, vt qui vir egregius & industrius esset: verum huic bono tritico tandem etiam malarum herbarum aliquid admistum fuit. Nicephorus enim eunuchus, qui diminuto vocabulo Nicephoritzes appellabatur, ante imperium Michaeli huius accusatus ob sexcenta flagitia, solumque vertere iussus, nunc a Michaelo reuocatus, omnem potestatem accepit: spado quidem ille, sed rerum perturbandarum, & ima sursum vertendi peritissimus. Posteaquam is ad gubernationem accessit, vbique sunt auditæ querelæ, bonorum publicationes, exactiones iniustæ: quas consequuti sunt publici gemitus & eiulatio- D nes, cum iræ diuinæ declaratione.

Michaelus Parapinaces Imp.

Nicephoritzæ facinora.

Quum enim Turci viderent, fœdera pacis inita cum Diogene prorsus in irritum recidisse, quemque suam in potestatem redactum magno in honore habuissent, eum a Romanis crudeliter interfectum esse: magnis cum copiis a Perside profecti, prouincias Romanas inuaserunt. Ea re motus Michaelus, etiam ipse conscribit exercitum, cui prætorem dat Isaacium Comnenum, qui profectus in hostem, ad Cæsarem commisso cum Turcis prælio, captiuus abducitur, omnesque copias amittit. Imperator accepto infelicis pugnæ nuntio, non poterat non ille quidem mœrere, totus tamen non emenda-

Turci necem Diogenis vlciscuntur.

Isaacius Comnenus capitur.

batur, vt qui tamquam mancipium aliquod Nicephori consiliis & auctoritate duceretur. Quum Isaacius pretio numerato redemtus fuisset, Ioannes Cæsar eius loco Dux copiarum est delectus. Neque vero verbis exponi potest, quantæ Romanis in hac Turcorum incursione calamitates acciderint. Nam ipse quoque Cæsar in hostium potestatem venit, quumque iam vinculis solutus Imperatori suspicionis aliquid de se præbuisset: rasis crinibus in regiam sese contulit.

Ioan Comnenus capitur.

Atque hæc erant illa præclara Nicephoritzæ facinora, qui reliquas inter improbitates, etiam singulari sollicitudine lucris inhians, vt in excogitandis malis fœcundissimus, quo annonæ caritas existeret, procurauit. Etenim vbique locorum prohibebat, ne qui mercatores annonam venderent: atque interim ipse solus iuxta Rhædestum fundacem monopoliumque constituerat. Vnde factum est, vt Imperator Michaelus cognomentum quoddam acciperet, ac Parapinaces nuncuparetur propterea, quod eo tempore modius * pinace demto & detracto, aureo numo venderetur.

Vnde nomen Parapinacis deductum.

*hoc est, quadrante medimni.

Quum autem Michaelus imperium negligenter admodum & pueriliter administraret, Seruiorum quoque regiones molitæ defectionem, aduersus ipsum insurrexerunt: itidem Francicæ imperium detrectarunt, suique iuris factæ sunt. Secundum hæc Constantinopoli nata est auis tripes, & puer, qui vnum in fronte oculum, & crura pedesque hircinos habebat. Eodem tempore pestis adeo grauis exstitit, vt mortuorum cadauera sepeliri non possent. Verum ne hæc quidem eorum, qui rebus præerant, iniustitiam & rapacitatem inexplebilem compescere potuerunt, extendentem porro se ad ipsas etiam sacras ædes. Nam ab hoc tempore supellectilem sacram pretiosaque vasa tolerare non poterat homo, qui scribere iambos cuperet, æternum duraturos, quum artem ipsam ne primoribus quidem labris degustasset: vtut ei Psellus illuderet, a quo rationem scribendi poemata percipiebat.

Monstra.

Pestis.

Michaelus Imp. ineptus poeta.

In hoc rerum statu Duces orientis, nimirum Alexander, Cabasilas, Botaniates, ceteri, quam defectionem parturiebant hactenus, in lucem edidere, Botaniata Imperatore designato. Magnum ea res Imperatori mœrorem attulit. Etenim iam antea quoque vulgo ferebatur, futurum, vt * numeri quadragesimi nota vinceretur a nota numeri quinquagesimi. Neque tantum aduersus Michaelum istic tumultuatum, sed alia quoque defectio in occidente multo maior exstitit. Nam Bryennius Dyrrhachio profectus, exercituque collecto, Adrianopolim sese contulit, & oblatum sibi a suis Imperatorium nomen accepit. Quo facto, Constantinopolim adoritur, sed irrito conatu. Quippe tota propemodum vrbs Imperatoria Botaniatæ

Nicephorus Botaniates Imp.

*M a N, Michaelus a Nicephoro.

Bryennii motus.

A τέλεον, ἅτε ταῖς Νικηφόρου ὑποθήκαις ἀγόμενος, ὡς ἀνδράποδον. ὤνιος ὁ Ἰσαάκιος γίνεται. ἀντ' αὐτοῦ προβάλλεται στρατοπεδάρχης Ἰωάννης ὁ Καῖσαρ. ὅσα μὲν οὖν ἀτυχήματα τοῖς Ῥωμαίοις συνήντησεν ἐκ τῆς Τούρκων καταδρομῆς, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Καῖσαρ δεσμηθεὶς, εἶθ' οὕτως ἀπολυθεὶς, καὶ ὕποπτος δῆθεν τῷ βασιλεῖ γεγονὼς, τὴν τρίχα κείρεται, καὶ οὕτω τὰ βασίλεια καταλαμβάνει.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ τοῦ Νικηφορίτζη ἀνδραγαθήματα. ἔστι μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ κακιῶν, καὶ τοῦ κερδαλέου φροντίζων (ἅτε πρειμφάτατος ὢν εἰς κακίαν) καὶ λιμὸν B πραγματεύεται. τοὺς μὲν οὖν πωλοῦντας, κωλύσας ἁπανταχοῦ ὁ Νικηφορίτζης ἀνόδχος. αὐτὸς δὲ μόνος περὶ τὴν Ῥαιδεστὸν φουνδάκα καὶ μονοπωλεῖον στησάμενος. ὡς ἐντεῦθεν καὶ ἐπώνυμον τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ περιποιήσασθαι· τὸ Παραπινάκης λέγεται, διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πινάκι πιπράσκεσθαι τῷ νομίσματι.

Χαύνως οὖν καὶ παιδαριωδῶς τὴν βασιλείαν ἰθύνοντος τοῦ Μιχαὴλ, καὶ Σερβικαὶ χῶραι κατεξανέστησαν. καὶ Φραγκικαὶ ὡσαύτως ἀφηνίασαν, καὶ ἰδιόρυθμοι γεγόνασιν. ἐπὶ τούτοις ἐτέχθη ἐν C Κωνσταντινουπόλει τρίπους ὄρνις. καὶ παιδίον ἔχον κατὰ μέτωπον ὀφθαλμὸν ἕνα, τραγοσκελὲς τοὺς πόδας. κατὰ τοῦτον μέν τοι τὸν καιρὸν, καὶ λοιμὸς ἐγένετο βαρὺς, ὡς μηδὲ τοὺς θνήσκοντας δυνατὸν θάπτεσθαι. ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα τὴν τῶν κρατούντων ἀπληστίαν καὶ ἀδικίαν, τὴν μέχρις αὐτῶν τῶν θείων σηκῶν. ἔπιπλα γὰρ καὶ σκεύη τίμια, κἀκεῖθεν ἀφήρητο, ὁ μόνον ἰαμβίζειν ἐθέλων, καὶ ταῦτα μηδὲ τῆς τέχνης γευσάμενος, κἂν τῷ Ψελλῷ ἐνεπαίζετο, ἀναστεῖλαι ἴσχυεν.

Οὕτω μὲν οὖν ἐχόντων τῶν πραγμάτων, στρατηγοὶ τῆς ἀνατολῆς, ὅ, τε Ἀλέξανδρος, ὁ Καβάσιλας, καὶ ὁ Βοτανειάτης, τὴν ἀποστασίαν ὠδίνον, D εἰς φῶς ἐξάγουσι. καὶ τὸν Βοτανειάτην Νικηφόρον βασιλέα ἀναγορεύουσι, καὶ τῷ βασιλεῖ οὐ μικρὰν ἀθυμίαν ἐνέσταξεν. ἦν γὰρ, καὶ πρὸ τοῦ, λεγόμενον, ὅτι τὸ τεσσαρακοστὸν νικηθήσεται ὑπὸ τοῦ πεντηκοστοῦ. καὶ οὐ μέχρι τούτου ἡ κατὰ Μιχαὴλ ἀποστασία. ἀλλὰ καὶ μείζων ἄλλη κατὰ δύσιν ἐγένετο· ὁ γὰρ Βρυέννιος ἀπὸ τοῦ Δυρραχίου διεγερθεὶς, καὶ συνάξας στρατὸν, περὶ τὴν Ἀνδριανούπολιν ἔρχεται, καὶ βασιλεὺς ἀναγορεύεται· προσβάλλει δὲ καὶ Κωνσταντινουπόλει. ἀλλ' οὐδὲν ἤνυσεν· ἡ γὰρ βασιλεύουσα σχεδὸν ἅπα-

σα τῷ Βοτανειάτῃ προσέθετο, καὶ τὴν αὐτοῦ δὲ πρόσοδον ἐτάχυνε, καὶ τὰ βασίλεια καταλαβεῖν αὐτὸν ἐπέσπευδε. τὸν δὲ Μιχαὴλ καθαιροῦσι σὺν τῇ γυναικὶ, καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Κωνσταντίνῳ τῷ Πορφυρογεννήτῳ. καὶ ἀποκείραντες, τῇ μονῇ τοῦ Στουδίου ἐνίασιν.

Εἰσέρχεται οὖν ὁ Βοτανειάτης, καὶ παρὰ τοῦ πατριάρχου στέφεται, τοῦ διαδεξαμένου τὸν Ξιφιλῖνον Κοσμᾶ. Καὶ κρατεῖ ὁ Βοτανειάτης ἔτη γ΄. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Βρυέννιος τὰ κατὰ δύσιν ἐτάραττε, πέμπει πρὸς αὐτὸν πρέσβεις καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, τῆς μὲν ἀλόγου ὀρέξεως ἐκστῆναι, εἰς Καίσαρα δὲ τιμηθῆναι. ὁ δ' οὐκ ἀνέχεται. τί δ' ἐπὶ τούτοις; ἡ σκηνὴ αὐτοῦ πίπτει τοῦ ὀρόφου παραλυθέντος ἀοράτοις χερσί. τηνικαῦτα καὶ σελήνης ἔκλειψις γίνεται εἰς αὐτὸν ἐπισκήψασα. τὰ γὰρ τοιαῦτα ὡς οἱ ἀστρολόγοι τερατεύονται τυραννούντων δηλοῦσι καθαιρέσεις. ἐπεὶ γοῦν ὁ Στραβορώμανος πρέσβυς ἀτίμως ὑπέστρεψε, διεγείρεται ὁ βασιλεὺς καὶ κατὰ τοῦ Βρυεννίου πέμπει στρατόπεδα, στρατηγὸν ἔχοντα τὸν νωβελίσιμον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν, καὶ τιμηθέντα μέγαν δομέστικον ἄνδρα συνέσει καὶ δυνάμει τότε διαφέροντα, συνάπτεται τῷ Βρυεννίῳ καὶ κατὰ πρόσωπον ἀντιστάντων, χειροῦται ὁ Βρυέννιος, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται. ὁ μέντοι Βοτανειάτης, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τελευτησάσης, ἑτέραν ἠγάγετο τὴν τοῦ προβεβασιλευκότος Μαρίαν, καθαιρεῖται δὲ ὁ τὴν ἱερολογίαν δοὺς ἱερεὺς ἅτε μοιχείας ἐπὶ τούτῳ τολμηθείσης· ὁ δὲ Μιχαὴλ ψήφῳ κοινῇ ἀρχιερεὺς Ἐφέσου προβάλλεται, ἅπαξ οὖν ἐκεῖσε φοιτήσας ἐν τῇ μονῇ τοῦ Μανουὴλ διέτριβεν ἐργαζόμενος.

Τὰ αὐτὰ δὲ τῷ Βρυεννίῳ καὶ ὁ Βασιλάκης φρονεῖ, λαὸν οὐκ ὀλίγον ἐγείρας, ἐπὶ Θεσσαλονίκης ἔρχεται· τί δ' ἐπὶ τούτοις; ἐκπέμπεται τὴν ὧδε ὁ νωβελίσιμος Ἀλέξιος, καὶ Σέβαστος, τὰς στρατικὰς δυνάμεις λαβών. μάχη οὖν ἰσχυρὰ γίνεται παρὰ τῇ Θεσσαλονίκῃ καὶ τῶν ἐκεῖσε πάντων φρονούντων τῷ Βασιλάκῃ, ἀλλὰ χειροῦται αὐτὸν, καὶ δέσμιον ὁ Ἀλέξιος ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, καὶ ὃς ταῦτα μαθὼν ἀποστέλλει, κατ' αὐτὴν τὴν Χρυσούπολιν ἐκτυφλοῦσιν αὐτόν· ὡς ἔκτοτε τὸν τόπον ἐκεῖνον τὴν βρύσιν τοῦ Βασιλάκου

Glycæ Annal.

rebus ſtudens, eum exhortabatur, vt quamprimum veniret, ſimulque ſumma feſtinatione regiam ipſius nomine occupabat. Nec hoc contenti, Michaelum ipſum cum vxore, Conſtantinoque filio purpurigena, deiectum imperio radebant, ac Studianum in monaſterium concludebant.

Hoc modo Botaniates vrbem ingreſſus, a Coſma, qui Xiphilino in Patriarchatu ſucceſſerat, inſignibus imperij redimitur, cui triennium præfuit. Quia vero Bryennius occidentem perturbabat, ſemel iterumque ac tertium quoque legatos ad eum mittit, poſtulans vt ab inſana cupiditate deſiſteret, honoremque Cæſaris ad ſe delatum acciperet: cui tamen ille poſtulato non adquieuit. Quid ergo deinceps conſequutum? Tabernaculum Bryennij, tecto eius per inadſpectabiles manus ſoluto, corruit. Præterea Lunæ defectus accidit, qui omnino Bryennium reſpiciebat. Nam huiuſmodi ſigna, quemadmodum Aſtrologi de prodigiis diſſerunt, eorum portendunt euerſiones, qui tyrannidem adfectant. Quum igitur legatus Imperatoris ad Bryennium Straboromanus contumeliis adfectus reuertiſſet, Imperator commotus collectos exercitus contra Bryennium miſit, præfecto eis duce Alexio Comneno, quem & Nobiliſſimi, & magni ſcholarum Domeſtici dignitatibus ornauerat, virum prudentia poteſtateque ſupra ceteros eius ætatis duces præſtantem. Is bello contra Bryennium ſuſcepto: quum ventum ad manus eſſet, aduerſæque concurriſſent acies: Bryennium ſuam in poteſtatem redegit, & oculos capto eruit. Quum autem vxor Botaniatæ naturæ debitum perſoluiſſet, alteram ille coniugem duxit, Mariam nimirum, quæ nupta cum Michaelo fuerat, eo qui rerum potitus ante ipſum erat. Verum is ſacerdos, qui nuptias illas precibus conceptis conſecrauerat, loco motus fuit: quod adulterium commiſſum eſſe cenſeretur. Michaelus autem communibus ſuffragiis Epheſi pontifex deſignatus eſt, quo tantum ſemel profectus, reliquum vitæ tempus religioſis exercitiis in Manueli monaſterio deditus exegit.

Fuerat in eadem cum Bryennio conſpiratione Baſilaces, qui coactis non exiguis hominum copiis, Theſſalonicam acceſſit. Quid inde factum? miſſus eſt aduerſus eum ab vrbe Alexius, qui præter Nobiliſſimi dignitatem, Auguſti quoque nomen iam conſequutus fuerat, & exercitus in ſua poteſtate habebat. Ad Theſſalonicam vbi ventum fuiſſet, acre commiſſum eſt prœlium, quod eorum locorum homines vniuerſi a partibus Baſilacis ſtarent. Victus tamen ab Alexio Baſilaces, & captus, ad Imperatorem ablegatur. Quo cognito, mittit quoſdam Imperator, qui Baſilacem apud * Chriſtopolim oculis effoſſis cæcarunt. Ex quo caſu contigit, vt ab eo die locus ille Scaturigo Baſilacis

Botaniatæ in Bryennium æquitas.

Portenta.

Alexius Comnenus contra Bryennium mittitur.

Bryennius excæcatur.

Ex Imperatore fit epiſcopus.

Baſilacis ſeditio.

* al. Chryſopolim.

nuncupetur. Hoc tempore fulmen delatum A in Constantini columnam, cui statua erat imposita, prius quidem Apollinis simulacrum, sed deinceps Constantini nomen adepta, partem eius cum tribus cingulis dissecuit.

Constantini columna fulmine tacta.

Sequutus est Comnenorum in vrbem ingressus, quo cognito, Botaniates e regia discedens, apud Spectatissimæ monasterium inuitissimus raditur. Nam posteaquam imperium nactus fuerat, propemodum quosuis circumforaneos & ex infimæ plebis fæce delectos illustribus officiis præfecerat: interim ipse conuersus ad quaslibet animi relaxationes atque voluptates, omnem de imperio curam sollicitudinemque depositam mancipiis suis commiserat. Quæ res effecit, vt omnes in eum sæuius insurgerent, præsertim ex B illius genere, qui rempublicam ante ipsum gesserat, Isaacij nimirum Comneni, Alexius & Isaacius. Horum alter Alexius Imperatore deserto, contractisque non paruis copiis, vrbem Imperatoriam occupauit, intromissus a * Nemitzis, qui ad Charsiæ portam excubias agebant.

Cur imperio deiectus Botaniates.

Alexius Comnenus Imper.

* h. e. Teutonibus, quos Sclauorum lingua Nemitzos vocat.

Itaque deinceps Alexius imperio potitus est post Botaniatem, idque per * septemdecim annos obtinuit. Seipsum diademate cingi curauit, Isaacio secundum ab se locum dignitatis attribuens, indito eidem nouo prorsus nomine. Sebastocratorem namque vocauit, quasi dicas Augusti Imperatorem, inuenta dignitate, quæ maior esset, quam C Cæsaris. Apud hos duos imperium erat, qui matrem in eius societatem admiserant. Habebat autem Imperator alios quoque duos germanos fratres, se iuniores. Ex iis vnum, videlicet Adrianum, Protosebastum (hoc est, Augustum principem) appellauit: alterum, qui Nicephorus erat, Augustum, classisque Drungarium. Præterea sororum maritos, ad fines suos, Nicephorum Melissenum, & Michaelum Taroniten, certis honoribus atque titulis ornauit. Quum secundum hæc Imperator pecuniis egeret, donationes annuas & munera dari consueta magistratibus, præcidit ac sibi retinuit. Senatoribus etiam locupletioribus opes eripuit.

* Rectius, trigintaseptem.

Noua fratrum Imperatoris nomina.

Hanc administrationem reipublicæ quum D sanctissimus ille Patriarcha Cosmas probare non posset, nec emendationem, de qua desperauerat, vllam exspectaret amplius: Tolle, inquit ministro suo, librum hunc Psalmorum, & me sequere. His dictis, ex ecclesia discessit. Eius in locum suffectus est Eustratius spado, simplici vir ingenio, & dignus, in angulo qui degeret. Verum & ille post triennium administrati pontificatus, contra voluntatem suam eo propter ignotam quamdam caussam deturbatur: euecto vicissim ad Patriarchici solij sublimitatem Nicolao Grammatico.

Patriarcha se abdicat.

Secundum hæc nuntius ad Imperatorem allatus est, quo significabatur, Rupertum

A λέγεσθαι. κατὰ τοῦτον δὴ καιρὸν κεραυνὸς ἐνσκήψας τῷ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κίονι τοῦ ἄνω ἡ στήλη αὐτοῦ ἵστατο τοῦ Ἀπόλλωνος πρότερον ἀφίδρυμα· εἰς ὄνομα αὐτοῦ ὀνομασθεῖσα, μέρος τούτου διέτεμε, καὶ ζωστῆρας τρεῖς.

Τότε δὴ τότε τὴν τῶν Κομνηνῶν εἰσέλευσιν Βοτανειάτης μαθὼν τῶν βασιλείων μὲν ἄπεισι. παρὰ δὲ τῇ τῆς περιβλέπτου μονῇ ἐπικείρεται, καὶ ἄκων, βασιλεύσας γὰρ πάντας σχεδὸν ἀγοραίους τε καὶ χυδαίους λαμπρῶν ἀξιωμάτων ἐτίμησεν· αὐτὸς δὲ πρὸς ἀνέσεις τραπεὶς τὴν τῆς βασιλείας φροντίδα τοῖς αὐτοῦ ἀνέθετο, ὅπερ πάντας ἐξέμηνε, καὶ αὐτοὺς δὴ B τοὺς τότε πρωτεύοντας, ἐπί τε γένει καὶ πλούτῳ, τοὺς ἀδελφόπαιδας τοῦ προβεβασιλευκότος Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλέξιον καὶ Ἰσαάκιον· ἔνθεν τοι καὶ ἀποσχισθεὶς ὁ Ἀλέξιος καὶ λαὸν οὐκ ὀλίγον ἑλκύσας μεθ' ἑαυτοῦ, τὴν βασιλίδα παρέλαβε προδοθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Χαρσίου πόρτῃ φυλασσόντων Νεμίτζων.

Κρατεῖ λοιπὸν μετὰ τὸν Βοτανειάτην ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος ἔτη λζ' καὶ τῷ διαδήματι στέφεται, ὁ δὲ Ἰσαάκιος τὰ δεύτερα τῆς τιμῆς εἶχε καὶ τῷ ὀνόματι ἐπιφημισθεὶς αὐτῷ· C σεβαστοκράτωρ γὰρ ἐπεκλήθη καὶ ὑπερεῖχε τοῦ Καίσαρος. παρ' αὐτοῖς οὖν ἡ βασιλεία καὶ τῇ μητρὶ αὐτῶν. ἦσαν δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ ἕτεροι αὐτάδελφοι δύο νεώτεροι ὧν τὸν μὲν Ἀνδριανὸν δηλαδὴ πρωτοσέβαστον καὶ μεγαδομέστικον· τὸν δὲ Νικηφόρον Σέβαστον καὶ τοῦ στόλου Δρουγγάριον, ἀλλὰ καὶ κηδεστὰς εἶχεν ἐπ' ἀδελφῆς τὸν Μελισσηνὸν Νικηφόρον καὶ Μιχαὴλ τὸν Ταρωνάν. Ὁ μέντοι κρατῶν ἐπειδήπερ ἐσπάνιζε χρημάτων, τὰς ἐτησίους δόσεις ἐνέκοψε, τὰς ἀνηκούσας δηλονότι τοῖς ἀξιώμασι, προσαφῃρεῖτο δὲ καὶ τὰς περιουσίας τῶν συγ- D κλητικῶν. ὁ μέν τοι ἁγιώτατος πατριάρχης Κοσμᾶς τῇ τῶν κοινῶν πραγμάτων μεταχειρίσει ἀπαρεσκόμενος καὶ ἀπεγνωκὼς τὴν διόρθωσιν, τῷ ὑπηρέτῃ, ἆρον, εἰπὼν τὸ ψαλτήριον καὶ ἀκολούθει μοι, τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρεῖ. προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ ἐκτομίας τις Εὐστράτιος ἀφελὴς ἀνὴρ καὶ γωνίᾳ τὰ μάλιστα προσήκων. Μετὰ δὲ ἔτη γ' κατάγεται καὶ ἄκων. ἡ δὲ αἰτία οὐκ ἔγνωσται. ἀντ' αὐτοῦ δὲ ὁ Γραμματικὸς ἀνάγεται Νικόλαος.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἠγγέλθη Φράγγος Ρομ-

περτος ἐπὶ τὸν Δάμνον διαπεραιούμενος, αὐτίκα τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἐξεστράτευσε, καὶ ἡττηθεὶς ἀκλεῶς ἔφυγε, πολλῶν ἐκεῖσε πεσόντων. οὐ τῶν τυχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μεγιστάνων καὶ ἐξ αἱμάτων ὄντων βασιλικῶν. Ἡττημένος οὖν ὑποστρέφει ὁ βασιλεὺς, γαυριῶσιν ἐπὶ τούτοις οἱ βάρβαροι τινὰ τῶν πολισμάτων κατέχοντες. ἐκστρατεύει καὶ αὖθις βασιλεὺς καὶ τὸν Ἀνδριανὸν τὴν βασιλικὴν ἀμφιάσας ἐσθῆτα καὶ στήσας ἀπέναντι τοῦ Ῥομπέρτου, παρήγγειλε νῶτα δοῦναι εἴγε διώξει ὁ βάρβαρος. Ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τόπων δυσβάτων κυκλώσας, καὶ τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν καταλαβὼν ὑποχείρια πάντα ποιεῖται. τοῦτο μαθὼν ὁ βάρβαρος ἀόρατος γίνεται. καὶ ἡ μὲν ἐπίθεσις αὐτοῦ πέπαυται.

Οἱ δὲ Τοῦρκοι καὶ αὖθις τῶν Ῥωμαίων κατέτρεχον, ἀλλὰ καὶ Τοῦρκός τις λεγόμενος Τζακατζᾶς, τὰς νήσους Χίον, Σάμον, καὶ Ῥόδον κατέσχε. Τότε δὴ τότε καὶ Κύπρος σὺν αὐτῇ Κρήτῃ ἀποστασίαν μὲν ἐνόσησεν. διὰ τάχους δὲ τῇ βασιλευούσῃ ὑπανασώζονται. ἐν μὲν τῇ * Κρήτῃ τοῦ Καρύκου, ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ τοῦ Ῥαψαμάτου ἀντάραντος. ἐντεῦθεν ὁ βασιλεὺς ἀναλωμάτων δεόμενος τρόπους ἀπαίους συλλογῆς χρημάτων ἐφεύρισκεν. ἐντεῦθεν ἀπογραφαὶ τῶν ἁπανταχοῦ κτήσεων, καὶ τὰ κοινὰ τῶν ὀνομάτων ἐπινενόηνται τὰ ὑπέρτιμα δηλαδὴ καὶ τὰ ὑπέρπλεα, καὶ ἄλλοι τρόποι ἐπηρειῶν κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐπεισήγοντο.

*Κύπρῳ

Γέγονε δὲ τηνικαῦτα καὶ κλόνος τῆς γῆς ἐξ ἡμέρας ἐν αὐτῇ τῇ μνήμῃ τοῦ ἁγίου Νικολάου ὑφ' οὗ πολλαὶ οἰκίαι, καὶ στοαὶ, καὶ ναοὶ κατέπεσον ὡς ἐντεῦθεν καὶ πολλοὺς συχνῶς θλιβῆναι ἀποθανεῖν. Τηνικαῦτα καὶ Πατζινακῶν πλῆθος πολὺ τὴν Θρᾳκίαν καὶ Μακεδονίαν ἐλῄζεν. ἐκστρατεύει κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ πρῶτα μὲν ἡττῶνται οἱ στρατιῶται. εἶθ' οὕτως ἡττῶσι κατὰ κράτος αὐτοὺς ἅτε τῇ θείᾳ δυνάμει τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες, ἅπαξ καὶ δὶς, ἐπιβουλαὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως δηλαδή. πέρας δὲ ταύταις οὐκ ἦν.

Τότε δὴ καὶ τὸ τῶν Φράγγων ἔθνος ἐκ τῶν ἑσπερίων τὴν βασιλείαν καταλαμβάνει ὡς ἐκεῖθεν πρὸς ἕω διαπεραιώσασθαι, ὧν τὴν συγκίνησιν θεόσημόν τις προεμήνυσεν. ἀκρίδων γὰρ ἄπειρον πλῆθος ἐκ τῆς ἑσπέρας τὴν γένεσιν ἐσχηκὸς καὶ ὡς νέφος ἱπταζόμενον ἀπεικάζεσθαι καὶ σκιάζειν τὸν ἥλιον διὰ τῆς μεγίστης τῶν πόλεων, καὶ τῶν ταύτης ὁρίων τὴν

A Francum traiecto mari Epidamnum venisse. Quapropter ilico suas copias eduxit, Dyrrhachiumque profectus, manum cum hostibus conseruit. Victus autem prœlio, fuga sibi consuluit inglorius, multis suorum amissis, non vulgaris modo sortis hominibus: verum etiam magnatibus, & Imperatorio sanguine procreatis. Hoc modo victus Imperator ad vrbem reuertitur. Interea Barbari prosperis fortunæ successibus elati superbire, ac opidula quædam occupare. Imperator vicissim eductis denuo copiis, Adrianum Imperatorio habitu ornare, contraque Rupertum collocato præcipere, vt si barbarus in ipsum impetum faceret, terga daret: B interim ipse per inuia loca facto itinere, hostem a tergo circumdare. Hac fraude circumuentus aduersarius, in iis deinceps locis, conatu suo fracto, conspici desiit.

Rupertus Francus in Græciam traiicit.

Qui deceptus ab Alexio Francus.

Compresso Franco, Turci rursum fines Romanos inuaserunt: quorum e natione quidam, cui Zachatzæ nomen erat, Chium, Samum, & Rhodum insulas occupauit. Tunc & Cyprus atque Creta, defectionis illæ quidem morbo infectæ, ab Imperatore descíscere cogitabant: verum anteuerso celeriter ipsarum conatu, imperio recuperatæ conseruatæque fuerunt. In Cypro Caryces, in Creta Rapsommates Imperatori se opposuere. Quum autem ille bellis exhaustus, im- C pensarum egeret: pecuniæ colligendæ rationes ab æquitatis legibus abhorrentes excogitauit. Hinc sequutæ possessionum vbiuis sitarum descriptiones: hinc * vulgares illæ appellationes hypertimorum & hyperpleorum excogitatæ, quasi supercensa & redundantia dicas. Alias alij denique vexationum modi subditorum exhauriendorum caussa reperiebantur.

Turcorum incursio.

Cypri & Cretæ defectio.

Exactiones nouæ.

* al. nouæ.

Accidit & terræmotus id temporis horrendus ac vehemens, illo ipso die, quo sancti Nicolai memoria celebrabatur. Is multa ædificia, porticus, & sacras ædes humi strauit: quorum ruinis oppressi complures mortalium viuendi finem fecerunt. Tunc & Patzinacarum ingens multitudo Thraciam Macedoniamque depopulata est. Aduersus eos Imperatore cum copiis egresso, primum qui- D dem vincuntur Romani milites: deinde vero stragem illorum ingentem edunt, quum rem totam diuinæ potestati commisissent. Sunt & insidiæ contra Imperatorem semel atque iterum structæ, sed successum non habuerunt.

Terræmotus.

Patzinacæ repressi.

Eodem imperante, Francorum natio de partibus hesperiis profecta Constantinopolim venit, vt versus Orientem ibi traiiceret. Eorum aduentum indicatio quædam diuina præcessit. Nam infinita locustarum vis, quarum erat ex Occidente origo, tantis cum copiis volantum, vt nubem repræsentare viderentur, & solem ipsum obnuberent, per maximam hanc vrbium, eiusque fines in

Francorum in Palæstinam expeditio.

Portentum.

Orientem perrexit, ibique considens vlterius volare desiit. Quum autem Franci traiecissent in Asiam, Nicæam Bithyniæ Turcis, qui eam obtinebant, ademtam Imperatori pro certo pretio vendiderunt. Tunc & Bogomilorum exorta fuit hæresis, auctore Basilio, qui Medicus vsurpabatur. Rursus item alia contra Imperatorem excitata fuit a quodam conspiratio, qui Comanorum societate comitatuque fretus, Diogenis se filium perhibebat, eius qui ante hoc tempus imperauerat. In Thraciam vbi venisset, per fraudem a quibusdam Imperator renuntiatus capitur, & oculos amittit. Imperator autem Alexius domum alendis pupillis adsignatam, quæ dudum iam alumnis caruerat, instaurauit: attributis ei quibusdam de suo quoque facultatibus. Adiecit & religiosarum exercitationum ædes, ludumque litterarium pro erudiendis pueris. Hinc noua contra ipsum oritur seditio, cuius erat auctor eius consobrinus Michaelus: sed quotquot in hanc societatem venerant, mox indicio facto ad Imperatorem delati, castigantur: ademtis capillis non nouacula, sed dropace.

Bogomilorum hæresis.

Seditio.

Orphanotropheum instauratum.

Michaeli Anemæ seditio.

Ceterum mater Imperatoris vniuersum administrabat imperium, quam rem ipse dolenter ac moleste ferebat: vt qui videret solum sibi nomen imperij reliquum esse. Mater hoc animaduerso, sponte sua cessit, & in monasterium Inspectoris omnium, quod ipsamet exstruxerat, commigrauit. Iam quod Imperatoris coniugem vitæque sociam attinet, eam ille quidem antea nec auersatus plane fuerat, nec omnino vt par fuisset, dilexerat. Nam rebus venereis deditus, iura matrimonij parum sancte seruabat. Postquam vero grandior ætas ignita libidinis in Imperatore tela nonnihil hebetarat, tunc in Augustam conuerso amore, totus in eius caritate acquiescebat, omnem potestatem gerendarum rerum ei permittebat: præsertim quum iam pedibus æger, in lecto decumberet. Erat autem Imperatrix animo erga Ioannem filium & Imperatorem designatum nonnihil alieno, & omnem beneuolentiam in filiam natu maiorem, eiusque maritum, generum suum Bryennium transtulerat. Hanc ob caussam Ioannes Senatum & ordines ceteros studiose colebat.

De matre Imperatoris.

De coniuge.

Matris & filij dissidia.

Ceterum vnus ex iis Latinis, qui versus orientem profecti fuerant, cui Baimundi nomen esset, icto cum Imperatore fœdere, maximisque pecuniis acceptis, Antiochiam nomine Imperatoris adortus est: quam vbi per vim expugnatam cepisset, initorum fœderum oblitus, Romanos ipsos inuadere non dubitauit. Deinde versus occidentem facturus iter, quod vereretur ne alicubi a Romanis interciperetur, falso de morte sua rumore didito, quod volebat adsequitur. Sed tamen deinde rursus in gratiam cum Imperatore rediit. Is vero secundum hæc tam graui correptus est morbo, vt animo defecto extinctus

De Baimundo, quem alii Raimundum vocant.

Baimundi versutia.

A πλησιν ποιούμενον πρὸς τὴν ἕω ὥρμητο. κἀκεῖ κατέπαυσε. Διαπεραιοῦνται δὲ οἱ Φράγγοι, καὶ τὴν Νίκαιαν παρὰ τῶν Τούρκων κατεχόμενοι ἀφαιροῦσι. καὶ τῷ βασιλεῖ ταύτην ὤνιον διδόασι. τότε ἡ τῶν Βογομίλων ἀνεφάνη αἵρεσις, ἧς κατῆρχε Βασίλειος ὁ ἰατρός. ἑτέρα δὲ πάλιν ἐπανα.... παρά τινος γέγονε, Κομανίους μὲν ἐφεπομένους ἔχοντος. καὶ υἱὸν λέγοντος τοῦ προβεβασιλευκότος Διογένους. Αναιρεῖται δὲ κατὰ τὴν Θρᾳκίαν ἀπατώμενος, ἀλλὰ κατέχεται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσεται. Τὸ δὲ ὀρφανοτροφεῖον ἤδη ἐξολακὸς ἀνακαινίζει ὁ διαληφθεὶς βασιλεὺς, προσφορεῖ καὶ οἴκοθεν κτήματα, B τὰ μέν τοι φροντιστήρια καὶ τὸ τῶν παίδων διδασκαλεῖον αὐτὸς προσεπιτίθησιν. Ετέρα κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλὴ, ἧς κατῆρχεν ὁ Ανεμᾶς Μιχαὴλ, ἀλλ' αὐτίκα διαμηνυθέντες παιδεύονται ἁλωθέντες τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς οὐ ξυρῷ, ἀλλὰ δρώπακι.

Η μέντοι τοῦ βασιλέως μήτηρ τὴν βασιλείαν ἅπασαν οἰκονομοῦσα ἦν, ἐφ' ὧν καὶ ὁ κρατῶν ἠνιᾶτο, ὡς ἔχων μόνον τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα· τοῦτο δὲ ἡ μήτηρ γνοῦσα ἑκοῦσα ἐξέστη καὶ εἰς τὴν τοῦ παντεπόπτου μονὴν, ἣν αὐτὴ C ἐδείματο, καταχωρεῖ. πρὸς μέν τοι τὴν κοινωνὸν τοῦ βίου ὁ κρατῶν οὔτε ἀποστόργως εἶχε πρὶν οὔτε παντοίως ταύτῃ προσέκειτο, ἀφροδισίων γὰρ ἡττώμενος οὐ πάνυ τὰ εἰς εὐνὴν ἐτύγχανε δίκαιος. ἐπεὶ δὲ ὁ χρόνος προήκων τῷ αὐτοκράτορι τὰ πυρφόρα βέλη τοῦ ἔρωτος ἤμβλυνε, τότε τῇ Αὐγούστῃ πρόσκειται τέλεον· καὶ πᾶσαν αὐτῇ τὴν ἐξουσίαν ἀνατίθησι. ἡνίκα καὶ μᾶλλον ποδαλγῶν κλινοπετὴς ἦν. αὐτὴ δὲ τῷ μὲν υἱῷ καὶ βασιλεῖ Ιωάννῃ μὴ φιλίως προσκειμένη, τὴν διάθεσιν πᾶσαν ἐπὶ τῇ πρώτῃ θυγατρὶ καὶ τῷ ἐπ' αὐτῆς κηδεστῇ D Βρυεννίῳ ἐκέκτητο. ταύτῃ τοι καὶ τὸ συγκλητικὸν ἅπαν καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον ἐπιτηδείως ὁ Ιωάννης μετήρχετο.

Εἷς μέντοι τῶν πρὸς ἕω διαβάντων Λατίνων ὁ Βαιμοῦνδος συνθήκας μετὰ τοῦ κρατοῦντος ποιήσας, μυρία τε χρήματα λαβὼν, καὶ τῇ Αντιοχείᾳ προσβαλὼν, τῇ πολιορκίᾳ τε ταύτην ἑλὼν τῶν συνθηκῶν ἐπιλανθάνεται, καὶ χεῖρα μᾶλλον αἴρει κατὰ Ρωμαίων. μέλλων δὲ πρὸς ἑσπέραν ἔρχεσθαι καὶ μήπω κατεχέθῃ πτοηθεὶς, θάνατον ἑαυτοῦ καταψεύδεται· κἂν ὕστερον σπένδεται τῷ βασιλεῖ. μετὰ δὲ ταῦτα νοσεῖ ὁ κρατῶν τοσοῦτον, ὡς ἐκλε-

λοιπέναι δοκεῖν. προσκομίζεται αὐτῷ τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκτύπωμα τοῦ κατὰ τὴν Χαλκῆν ἀνεστηλωμένου, ὅπερ ἦν ἐν πέπλῳ τινὶ πρὸ τῆς εἰκόνος ἀπῃωρημένον, ὑφαπλοῦται τῇ κλίνῃ, καὶ ὁ κάμνων ἀνέρρωται. ἐπὶ τούτῳ φόβος ὑποσείει οὐ μόνον τὸ δημοτικόν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν τέλει· φήμη γὰρ αὐτοὺς κατεκράτει ὡς ὁ κρατῶν κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέγα τεθνήξεται σάββατον. ἀλλ᾽ ἡ τοιαύτη φήμη καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ βασιλέως κατέσεισε ψυχήν. ψευδὴς δὲ ὅμως ἠλέγχετο. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἔκτοτε περὶ Φιλιππούπολιν διέτριβεν, ἔαρ ὅλον καὶ θέρος, τὸ δὲ αἴτιον ἡ μετὰ τῶν Μανιχαίων διάλεξις, οὓς Παυλικιανοὺς ἡ δημώδης ὀνομάζει φωνή. Πολὺ δὲ τὸ γένος τούτων ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ κατῴκισται, τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Τζιμισκῆ ἐκ τῆς ἑῴας καταγαγόντος αὐτό, κἀν ταύτῃ ἐγκατοικήσαντος· οἷς δὴ καὶ διαλεγόμενος πολλοὺς πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μετήνεγκε.

Κατ᾽ ἐκεῖνο καὶ πολλοὶ γεγόνασιν ἐμπρησμοί, κατὰ δὲ τὸ ἔαρ ἔπνευσεν ἄνεμος τοσοῦτον βίαιος, ὡς καὶ ἄλλα μὲν συμβῆναι συμπτώματα, καταπεσεῖν δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ κατὰ τὸ πλακωτὸν κίονι ἱδρυμένην στήλην, καὶ πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε παρατυχόντων ἀνελεῖν, καὶ ὄμβρον δὲ ῥαγδαῖον ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τοσοῦτον καταρραγῆναι, ὡς καὶ οἰκίας καταπεσεῖν, ἀνθρώπους τε καὶ ζῷα ἀποπνιγῆναι· ἐν τούτοις ἐπιδρομὴν Τούρκων κατὰ Ῥωμαίων. ὁ δὲ κρατῶν μὴ ἰσχύων δι᾽ ἑαυτοῦ ἐκστρατεῦσαι ἅτε κλινοπετὴς ὤν, στρατὸν ἐκπέμπει οὗ ἀρχηγὸς ὁ Καμύτζης Εὐστάθιος ὃς δὴ καὶ προσβαλὼν τοῖς Τούρκοις αἰχμάλωτος ἄγεται καὶ τὸν στρατὸν ἀπόλλυσι. οὐκέτι οὖν ἀνέχεται ὁ κρατῶν ἀλλ᾽ ἐκεῖσε καταλαμβάνει, καὶ τοὺς Τούρκους ὡσεὶ καπνὸν διαλύει. καὶ οἱ τὸν Καμύτζην κατέχοντες αὐτόμολοι σὺν αὐτῷ προσέρχονται τῷ βασιλεῖ.

Μετὰ ταῦτα ὁ τῶν Τούρκων ἄρχων σπένδεται τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ καθ᾽ ἕνα οἴκαδε ἄπεισι. ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα τῆς νόσου ηὔξανε, κοινῇ γνώμῃ τῶν ἰατρῶν σίδηρον κατὰ στομάχου φλογέντα δέχεται· ἐπεὶ δὲ ὁ ἀὴρ ὁ ἐν ἀνακτόροις ἀὴρ οὐκ εὔκρατος ἐδόκει, ἅτε νοτιώτερος ὤν, εἰς τὰ τῶν Μαγγάνων ἀποκεκόμισται ἀνάκτορα τοῦ χρεὼν ὡς ἔοικε καθέλκοντος. τὸ γὰρ ἐν ἀκεσωδύνοις πεσεῖται. περὶ αὐτοῦ γεγράφθαι φασὶν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοί. θνήσκει οὖν ἐκεῖσε τῆς βασιλείας διάδοχον καταλιπὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Κομνηνὸν Ἰωάννην.

A esse videretur. Quapropter ad ipsum allata est effigies Seruatoris nostri ad Chalcem erecti, quæ in peplo quodam ante imaginem ipsam suspensa conspicitur. Hæc quum in ægrotantis lectum expansa fuisset, vires omnino recuperauit. Ea res non modo plebem, sed ipsos etiam proceres atque magistratus metu quodam perculit. Nam vulgo rumor obtinebat, futurum vt Imperator illo ipso magno sabbato naturæ debitum persolueret: qui quidem ad Imperatorem delatus, non parum eius animum cruciauerat, quamquam euentus ipse falsum fuisse docuit. Ab hoc morbo iuxta Philippopolim vernum æstiuumque tempus exegit Imperator, ob vnam hanc caussam, quod cum Manichæis B de religione dissereret, quos vulgus hominum Paulicianos appellat. Ea natio sane perampla in hisce finibus habitabat, ex Oriente per Ioannem Zimischem huc translata, & in colonias quasi quasdam deducta. Cum his ergo disputans Alexius, multos ad rectam de religione sententiam reuocabat.

Imperatoris morbus, & curatio.

Alexius Imperator Manichæos in viam reuocat.

Exstitere tum frequentia passim incendia. quumque ver appetiisset, tam vehementes ventorum flatus exorti sunt, vt inter aliorum operum casus atque ruinas, etiam statua columnæ imposita in foro Placoto, sic ab incrustatione dicto, delapsa multos istic forte præsentes opprimeret. Præterea litteris proditum est, ex aere tam impetuosum imbrem die, quo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli memoria celebratur, erupisse: vt ædi- C ficia prosternerentur, & in eis mortales vna cum animantibus aquis obruerentur. Sequutæ sunt Turcorum in prouincias Romanas excursiones, contra quos Imperator quum ducere copias, adfixus lecto, non posset: Eustathium Camytzem exercitibus præfectum aduersus eos mittit. Is conserta cum Turcis manu, non copias modo cæsas amittit, verumetiam ab hoste captiuus abducitur. Eo casu Imperator cognito, teneri non potuit, quin ipsius ad ea loca proficisceretur. Quo facto, instar fumi Turcos dissipauit, tanto eis terrore iniecto: vt etiam ij, qui Camytzem captiuum detinebant, sponte sua cum ipso ad Imperatorem accederent.

Incendia.

Venti.

Imbres.

Excursiones Turcicæ.

Eustathius Camytzes capitur.

Alexius hostiles copias dissipat.

Secundum hæc, princeps Turcorum fœdus cum Imperatore feriit: quo inito, do- D mum vtrinque discessum. Quum autem morbus Imperatoris indies ingrauesceret, de communi medicorum sententia, candens ferrum eius stomacho impressum est. Et quia parum temperatus aer regiæ videretur, vt qui esset australior aliquanto: in Manganorum palatium fuit deportatus, fato illum (ceu credi par est) eo pertrahente. Nam vulgo iactatum illud, In Acesodynis cadet: de ipso perscriptum esse perhibent, qui plurimum eiusmodi oraculis interpretandis valent. Istic ergo diem in terris supremum, Ioanne Comneno filio successore imperij relicto, clausit.

Cauterio vtitur.

Moritur.

Ioannes Comnenus Imperator.

ANNALIVM GLYCÆ FINIS.

CONTINVATIO

GLYCANORVM ANNALIVM,

A IOANNE COMNENO, VSQVE AD IMPERII BYZANTINI EVERSIONEM.

AVCTORE IOANNE LEVNCLAVIO.

Quæ superioribus adiecta, corpus integrum Historiæ Byzantinæ Lectores habent.

ALEXIO Imperatore spiritum extremum ducente, Ioannes Maximus natu filius, adiuuante fratre Isaacio, Sebastocratore, conscio patre, ceu ferebatur, inuita matre, quæ Bryennium generum cum Anna Cæsarissa filia maluisset Imperio potiri, nactus anulum paternum partim eo custodibus ostenso, partim vi portis e cardinibus emotis, magnum palatium ingressus est, seque Imperatore nuncupato, rempublicam administrare cœpit. Confirmato imperio, præcipue cognatorum opera in gubernatione vtebatur, Ioannis Comneni Accubitoris, qui arrogantia sua semet cito deiecit, & Gregorij Taronitæ, viri modesti, præterea Gregorij Camateri, obscuro nati genere, ac Ioannis Axuchi Persæ, quem mirifice diligebat ob consuetudinem diuturnam, & honore Magni Domestici ornabat. Anno primo necdum exacto concitata fuit aduersus Imperatorem seditio, cuius erant principes Bryennius & Anna Cæsarissa. Verum ea mature sopita est, Imperatore seditiosos humaniter castigante.

Seditio.

Turci victi.

Post hæc Turcis in Phrygia victis, Laodiceam recuperatam muniit: alteraque suscepta expeditione, sollerter pellectis ad insidiarum loca præsidiariis, & ab vrbe interclusis, Sozopolim cepit, cum aliis multis opidis, locisque munitis, quæ Turci Romanis ademerant. Scythas etiam, quos Patzinacas vocant, ingenti prœlio vicit, itemque Triballos siue Seruios, quos in potestatem redactos magna ex parte in Nicomediensem Asiæ prouinciam transtulit. Filios habuit quatuor, Alexium, Andronicum, Isaacium, Manuelum. Alexium post coronationem videre per quietem visus est insidentem leoni, quem auribus habenarum vice moderaretur: quum alioqui nihil haberet ad domandam belluam accommodatũ. Hoc viso significabatur, eum titulo tenus absque re potiturum imperio,

Patzinacæ victi.

Filii Ioannis.

Somnium.

A quod etiam mox amissurus esset, vti deinceps accidit. Gessit etiam feliciter aduersus Hunnos bellum Ioannes, qui fines Romanos inuaserant, prætexta caussa spoliatorum mercatorum suorum: quum occulta & verior esset, in Almuzen Stephani regis Hunnorum fratrem profugum declarata humanitas. In hac expeditione multum ab eo fines imperij versus occidentem propagati sunt.

Bellum Hunnicum.

Victis hinc Persarmeniis, & occupata Castamone, cum triumpho Constantinopolim pedes est ingressus, quadriga triumphali nequaquam conscensa, sed imagine Deiparæ in illam collocata, cui velut imperij collegæ
B victorias acceptas ferebat. Mox reuersus in Orientem, Castamonem a Tanismanio receptam, Gangram, Adanam, Tarsum, Bacam munitissimum castellum, Anabarzam vi expugnat: & Cœlesyriam ingressus, Antiocheæ quam honorifice a Raimundo principe suscipitur, ac fœdus tam cum Raimundo, quam Tripolitano comite ferit. Inde penetrans ad Euphratem, Pizam aliasque nonnullas munitiones occupat. Nec multo post Alexium primogenitum, quem ad imperij societatem admiserat, & Andronicum ab eo proximum mors abstulit: Eis non diu superstes
C fuit, læsus in venatione per sagittam suam veneno infectam, quam e pharetra solitarius aper excusserat. Moribundus oratione ad suos habita, Manuelum ex filiis natu minimum, qui tum forte aderat, Isaacio maiori prætulit, & Imperatorem designauit. Quo consilio cunctorum suffragiis approbato, vitam hanc reliquit, imperij XXIV anno supra mensem octauum exacto.

Persarmenii victi.

Mors filiorum Imp.

Manuelus Comnenus Imp.

Successit ei Manuelus, qui mox e castris in vrbem Axuchum magnum Domesticum ablegauit, vt res istic constitueret, occupatoque palatio fratrem Isaacium paternę mortis adhuc ignarum coerceret, ne quid ille turbarum ceu natu maior daret. Egregiam in eo nauauit

nauauit operam Axuchus, Isaacio in Pan- A tocratoris monasterium incluso. Non abs re autem pater illi Manuelum prætulerat. Nam & iracundus erat, & ad supplicia leues ob caussas exigenda pronus: hac ipsa atrocitate cum naturali quodam pauore coniuncta.

Isaacij mores indigni principe.

Vxor Manuelo Imperatori Alemana fuit, ex illustri principum familia: quæ non tam formam corporis, quam animi pulcritudinem curabat. Itaque fucis & adscititiis ornamentis repudiatis, naturalique rubore contenta, virtutum elegantia fulgebat, constantia grauitateque gentilicia prædita. Ei Manuelus coniugij fidem non seruabat, etiam neptis incesta consuetudine cum ignominia singulari abutens. Ceteroquin ab initio munificus erat, ob comitatem aditu facilis, animo fraudis experte: quæ tamen virtutes in ipso perpetuæ non exstiterunt.

Imperatricis Alemanicæ virtus excellens.

Hoc tempore suscepta est ab Alemanis Conradi Cæsaris auspiciis in Palæstinam noua expeditio, quam Manuelus minime quidem palam impediebat, sed occultas tamen struebat Alemanis insidias. Fuerunt in hac expeditione virorum comites etiam feminæ quædam ingentis animi, quæ armatæ insidentes equis Amazonum speciem præbebant. Heic mihi vide, quam flagitiose Manuelus contra datam fidem sese gesserit. In locis opportunis & arctis insidias collocabat, quæ multos interimebant: passim portis ipso annuente clausis, forum Alema- C nis denegabatur: funibus de muro pecuniæ attrahendæ caussa demissis, ea capta, quantum vel panis vel aliarum rerum libebat, præbebatur: nonnumquam auro & argento attracto, de muris semet improbi mortales subducebant, ac nihil omnino commeatus vicissim demittebant: quidam farinæ calcem miscentes, cibum pestiferum efficiebant: Imperatoris iussu de argento minime probo cusa moneta est, quæ venditturis aliquid ex Alemanico exercitu daretur: denique litteris ad Turcos missis Manuelus hortatus est, vt bellum Alemanis facerent. Quod illi quum tentarent, ad Mæandrum a Conrado, diuina quadam vi fluuium traiiciente, tanta ipsorum edita strages est: D vt de cæsorum ossibus excitati crebri altique tumuli, collium instar adsurgerent, qui hodieque cum admiratione transeuntium spectantur. Eo prælio tam feliciter pugnato, citra cuiusquam impedimentum deinceps Alemani sunt progressi.

Côradus Imp. Palæstinam recuperat.

Viragines.

Manueli nequitia, deipsorum Græcorum historiis exposita.

Conradi de Turcis victoria.

Gessit ab illo tempore bellum Manuelus contra regem Siciliæ Rogerium, ablatamque sibi Corcyram recuperauit, & Michaelo Palæologo copiis aduersus Siculos præfecto, de Seruiis Hungarisque victoriam sane illustrem consequutus est. Palæologo non multo post abrogatum imperium, missique contra Siculos Alexius Comnenus Bryennij Cæsaris F. cum Ioanne Duca, itemque Constantinus Angelus, in potestatem hostium venerunt. Tandem sine fructu bello administrato, pax vtrimque facta est. Quum autem Alemana Manueli vxor e viuis excessisset, quam quidem mortuam ille longe acerbissime luxit, procreandæ sobolis masculæ caussa, Petebini Antiocheæ ad Orontem sitæ principis, ex occidentali familia nati, filiam vxorem duxit. Inter alia, quæ gessit, hoc quoque celebratur, quod quum Chliara, Pergamus, Adramytium, vrbes Asiæ minoris, earumque fines a Turcis vndique grauissimis populationibus vexarentur: munitionibus exstructis, quas Noua Castra nuncupauit, earum securitati consuluerit.

Rogerius Siciliæ rex.

Alteræ Manueli nuptiæ.

B Deinceps moto bello contra Hunnos, adfinis sui Stephani, Iazæ regis eorum fratris nomine, quem regno post Iazæ mortem præfici vellet, quum initio parum omnino res succederet: tandem Andronico Contostephano cum magni Ducis titulo præclarisque copiis aduersus illos misso, ingenti victoria potitus est: quum quidem Imperatoris iniussu, qui ob siderum positum paullo inclementiorem, aliud exspectari pugnæ tempus voluerat, manum cum Dionysio duce, viro forti ac strenuo, conseruisset. Vt autem felix hæc expeditio Contostephani fuit, ita parum omnino successit altera, quæ contra Sultanum Ægypti eodem duce, rege Hierosolymorum & Cypri Amerigo socio, suscepta est: non illud quidem Andronici culpa, sed ob perfidiam regis Amerigi, qui etiam astute impediit, quo minus * Tamiathi ad extremum redacti deditio fieret. Consimiliter infelici consilio Manuelus ipse Sultano Iconij bellum fecit, quamquam is exstitisset in Imperatorem longe ingratissimus, a quo per suos ditione spoliatus, humaniter exceptus, & amplissimis muneribus donatus fuerat, inque pristinum imperium restitutus. Cæsæ sunt insignes hoc bello Romanorum a Turcis copiæ, quibusdam in faucibus, quæ Clisura Zybrizæ nuncupantur: Imperator ipse fortissime dimicans, toto corpore vulneribus adfecto, vix incolumis euasit. Sed tamen egregia virtus Ioannis Batatzæ non multo post damnum hoc insigniter resarciuit. Quum enim Atapatus Sultani iussu cum delectis Turcorum CCIↃↃ. CCIↃↃ, & amplius, in fines Romanos ad ipsum vsque mare grassatus immaniter fuisset, iamque Mæandrum fluuium infinita onustus præda traiicere conaretur: Batatzes diuisis copiis, ac partim in insidiis abditis, partim in vlteriorem amnis ripam euadere iussis, eo loci redegit hostes, vt Atapato interfecto, ex tot millibus omnino pauci ad suos salui reuerterentur. Hoc facto Romanorum erecti sunt animi, ac vicissim barbarorum insolentia repressa.

Victoria de Hunnis.

Perfidia regis Amerigi.

** al. Damiatæ.*

Rom. cædes.

Turcorum clades.

Molitiones Manueli contra Fridericum Barbarossam.

Quum autem studiose Manuelus secum potentiam nationum occidentalium, quæ regi Alemanorum parebant, expendisset: veritus ne illi aliquando suum imperium adorirentur, Romæ veteris Papam contra Fridericum regem concitauit, hortatus vt quod Pontifici deberetur imperium, vsurpari ab Alemanico principe nequaquam pateretur. Eodem pacto Venetos, Genuenses, Pisanos, Anconitanos, & reliquos maris accolas sibi conciliabat, sacramento deuinciebat, omnis generis officiis alliciebat, in vrbe denique perhumaniter excipiebat. Quumque Mediolanensium vrbem ac munitiones euersas a Friderico accepisset, opem ac pecunias iis præbuit, quibus muros instaurarent. Montisferrati denique sibi Marchionem adiunxit, eius filio Maria filia sua in matrimonium concessa. Quo factum est, vt quum Fridericus Archiepiscopo Moguntino, cancellario suo, in Italiam misso, Papæ vrbes Italicas adimeret: Montisferratensis Manueli largitionibus impulsus, Conradum filium cum copiis in Moguntinum ablegaret, a quo profligatis Alemanis, etiam ipse Moguntinus inter alios captus est.

Qui monachos Manuelus habuerit.

Quum autem Manuelus sectatores vitæ solitariæ, propter possessiones & mundana negotia, parum religioni cultuique diuino deditos videret: nullas eis vineas, nullos agros, nullas possessiones adsignauit: sed ex fisco tantum pendi iussit, quantum ad victum cultumque corporis satis esset. Videtur nimirum cupiditatem immodicam struendi monasteria improbasse, ac posteris exemplum prodere voluisse, quo pacto templa condenda, & quæ hominibus eiusmodi ratio viuendi sit præscribenda. Tantum autem abfuit, vt eorum institutum probaret, qui solitariam vitam professi, & opibus adfluunt, & multitudine curarum magis distrahuntur, quam ij, qui huius vitæ deliciis occupantur: vt sanctionem Nicephori Phocæ, fortissimi & cordatissimi Imperatoris, olim abolitam, de non augendis monasteriorum latifundiis, quasi postliminio reuocarit. Mortuus est tandem, parum constitutis ordinatisque rebus imperij, quum astrologis fidem habuisset, qui victurum adhuc quatuordecim annos prædixerant. Imperauit annos XXXVIII, tribus mensibus demtis: ad quod imperij spatium, vetustum oraculum alludere videtur:

Phocæ Imp. l. de monach.

Tui prehendet te postrema nominis.

λ & η conficiunt XXXVIII.

Nam in Græco Manueli nomine postrema syllaba tantum numerum complectitnr.

Successit ei natus in purpura filius, nimirum Alexius Comnenus: cuius pueritia reipublicæ perniciosa fuit. Alexius enim Comnenus, Protosebastus & Protouestiarius, mortui Manueli patruelis Imperatrice sibi conciliata, summam in gubernatione potentiam ad se transtulit: Imperatore per ætatem

Alexius Comnenus Imp.

A ad sustinendam eiusmodi molem prorsus inepto, seque tantum venationibus & equitationibus oblectante, quum etiam praue ceteroquin educaretur. Hac impulsus occasione Andronicus, & ipse Manueli patruelis, (nam eodem patre Alexio, Ioannes Manueli, & Isaacius Sebastocrator Andronici pater, nati erant) homo longe vaferrimus pariter & crudelissimus, sub astuto prætextu, quasi rempublicam & Imperatorem vindicare vellet ab insidiis Protosebasti, e Paphlagonia, quo ablegatus a Manuelo fuerat, propius ad vrbem accedit: adiunctisque sibi viris in administratione principibus redactum in potestatem Protosebastum excæcat: imperij procurationem in se transfert: Contostephanum cum quatuor filiis, Basilium Camaterum, & alios illustres viros oculis spoliat: B matrem Imperatoris necat, conficto crimine, quasi ea Belæ regi Hungarorum, quo cum nupta soror Imperatricis erat, prodere Branizobam & Belligradum voluisset. Imperatorem se renuntiat, coronaque redimit: ac tandem consequutus id, quod iamdudum animo sibi destinauerat, Imperatorem Alexium capitis per summam iniuriam damnatum, arcus neruo strangulari iubet. Eius interfecti latus pede tundit, ac parentum ipsius alterum vt periurum & iniurium, alteram vt vulgati corporis mulierculam contumeliose insectatur. Hinc auulsum a corpore caput aliquo abiicitur, truncus in mare plumbo grauatus demergitur. C

Andronici Comneni tyranni imperium, & flagitia.

Fuerat a prima ætate Andronicus insignis scelerum artifex, multasque facinorum suorum caussa perpessus ærumnas erat. Nam initio conspiratione cum Hungaris facta, Manuelum imperio deiicere conatus est: quarum insidiarum conuictus, in magni palatij custodiam datus est. Accessit & alia captiuitatis huius caussa. Quippe Manuelo tres fuere fratres, Alexius, Andronicus, & Isaacius: quorum duo priores ante patrem obierunt. Ex iis Andronicus tres filias suscepit, Mariam, Theodoram, & Eudociam. Eudocia marito defuncto nefaria consuetudine Andronici non clam, sed palam vsa est. Quoties autem reprehendebatur ob incestum D Andronicus, hanc defensionem per iocum vsurpabat: solere subditos principum mores imitari, & aquam ex eodem fonte petitam, eundem saporem referre. Quibus verbis Imperatorem Manuelum perstringebat, qui cum fratris filia rem habebat. Ij sales maximopere Manuelum pungebant, & mulieris cognatos in Andronicum incendebant. Itaque compactus est in vincula, ceu diximus: quumque diu quadam in turri iacuisset, animaduertit meatum in ea quemdam subterraneum, in quẽ semet abdit, obstructo meatus foramine. Quum deinde carcerẽ ingressi custodes hominẽ nusquã reperirent, omnibusq; viis perquisitis cõprehendi non posset: vxor

Andronicus e carcere primum elabitur.

eius in turrem, e qua maritus euaſiſſe putabatur, tamquam fugæ ipſius conſcia, coniicitur. Andronicus e cauerna ſe proripiens, & mulierem inopinato conſpectu territam alloquutus, ex eo tempore diu cum ea vixit in carcere, Ioannemque filium ibidem mater concepit, quem deinceps pater imperij conſortem fecit. Tandem elabitur, cuſtodibus propter mulierem factis negligentioribus. Sed rurſus a milite quodam Nicææ captus, in cuſtodiam priore acerbiorem, duplicibus ferreis compedibus oneratus, coniicitur.

Qui Galizam peruenerit.

Hoc etiam carcere ſemet eripuit, & Galizam, quæ toparchia Roſſorum eſt, ratione quadam huiuſmodi peruenit. Morbum fingit, ac puero peregrino, cuius opera in corporis miniſteriis vtebatur, mandat, vt claues turris clam ſurreptas, militibus ob largiorem potum meridiantibus, cera exprimat. Illarum clauium exemplum Manuelo Andronici filio traditur, vt quamprimum tales fabricarentur, & in amphoras, quibus potus ad prandium ferretur, lineos funes, glomos, & fila tenuia coniiceret. Ita clauſtra noctu aperiuntur, & Andronicus egreſſus in denſo & alto palatij gramine, quo adire nemo ſolebat, ad tertium vſque diem deliteſcit. Inde funibus per mœnia ſe demittit, & in nauiculam coniicit. Depræhenſus a ſpeculatoribus, famuli perſonam ſimulat, ex diuturnis vinculis elapſi: de induſtria barbare loquitur: Græca multa ſe non adſequi fingit. Interuenit & Chryſopolus nauta quidam ex compoſito, datiſque muneribus impetrat a ſpeculatoribus, vt Andronicus tamquam ſeruus fugitiuus ſibi redderetur. Ita ſuas ædes ingreſſus, compedibus ſolutis, equo conſcenſo, Anchialum recta pergit. Quo quum veniſſet, a Pupace familiari viatico ſumto, viæque ducibus, Galizam proficiſcitur.

* h. e. Valachis.

Iam metu ſe liberatum putans, a * Vlachis qui fugam eius ex fama cognouerant, captus ad Imperatorem reducitur. Verum heic quoque induſtria ſingulari rurſus elabitur. Simulato enim ventris profluuio, frequenter ex equo deſcendit, & alui purgandæ cauſſa ſecedit. Hoc dum noctu interdiuque ſæpius facit, cuſtodes hac ratione decipit: ſcipionem, cui velut æger innitebatur, in tenebris humi defigit, chlamyde veſtit, pileum imponit, vt hominem inflexis genibus cacantem repræſentaret. Id ſimulacrum intuentibus cuſtodibus, ipſe denſum quemdam ſaltum ingreſſus aufugit. Vix tandem illi dolo intellecto, confectam viam repetunt, eadem & ipſum fugere arbitrati. Verum is alio prorſus itinere Galizam peruenit. Ibi perhumaniter a præfecto excipitur, quem ita ſibi deuincit, vt & in venatu ei adeſſet, & in Senatu adſideret, eodemque tecto & cibo vteretur.

Hanc patruelis fugam & exſilium ignominiæ ſibi eſſe ratus Imperator, ac longiorem eius abſentiam ſuſpectam habens: (nam ingentem equitatum Scythicum cogere ferebatur, vt Romanorum fines incurſaret) reuocandum Andronicum cenſuit. Itaq; fide data & accepta, hominem arceſſit, & Ciliciæ præficit, adiecto Cypri tributo, ad ſumptus facilius tolerandos. Eo profectus, infeliciter rem contra Toruſem Armenium gerit, præliis aliquot victus. Inde ſepoſitis bellicis occupationibus, totus amore Philippæ inflammatur, Petebini filiæ, cuius ſororem Manuelus Imperator non ita pridem duxerat. Hac fama Imperator attonitus, Andronicum ob inceſtos amores puniturus erat. Is vero Manueli minas veritus, Hieroſolyma ſe confert: & vt homo luxurioſiſſimus, Theodorã Iſaacij Sebaſtocratoris filiam inceſtat, Balduini Franci, qui Palæſtinæ nuper imperarat, viduam.

Amor Philippæ.

Inceſtus cum Theodora.

Altera hac plaga Manuelus accepta, miſſa ad Cœleſyriæ toparchas aurea bulla, mandat vt Andronicum, hominem inceſtum & ſeditioſum, capiant, viſuque priuent. Eæ literæ Theodoræ redduntur, quibus illa lectis, chartam Andronico tradit. Is cognitis inſidiis Theodoram fraude pellectam, vt ſe non longe comitaretur, ſeu volentem, ſeu inuitam ſecum abducit. Quum varias regiones & regulos adiſſet, tandem ad Sultanum, qui Coloniam, Chaldam & finitima loca tenebat, diuertitur: ibique cum Theodora, & duobus ex ea ſuſceptis liberis, Alexio & Irene, ac Ioanne procreato ex coniuge legitima, commoratur: donec ad Manuelum Imperatorem rediit. Is enim Theodoram capere ſtuduit, illiuſque voti per Trapezuntis principem Nicephorum Palæologum compos factus, paullo poſt ipſum etiam Andronicum Theodoræ amore tamquam eſca illectum, & non mediocri liberorum, quos illa ei pepererat, deſiderio flagrantem attraxit. Miſſis enim ad Imperatorem legatis, delictorum veniam & fidem publicam poſtulauit: & vtraque re impetrata, non multo poſt in vrbem reuerſus eſt. Inde Oenæum ablegatur, vt iſtic habitaret, & ex longinquis erroribus ſe recrearet. Eo loco degens, quum Manueli mortem, palatina diſſidia, luſus & equitationes Alexij, audiuiſſet: ad vrbem reuerſus ea deſignauit facinora, quæ ſupra commemorata ſunt, tandemque malis artibus imperium in ſe tranſtulit, Alexio peremto, qui annum ætatis decimum quintum nondum exegerat, trienniumque regnauerat.

Inceſtæ Andronici nuptiæ.

Iſta vero cæde perpetrata, ſponſam Imperatoris Alexij Annam, Francorum regis filiam, matrimonio ſibi iungit: nihil reueritus ſenex effœtus ac vietus, vxorem ſobrini adoleſcentulam, nondum annos XI natam per nefas amplecti. Deinde Nicæam, quæ mortuo Imperatori fidem ſeruarat, totis viribus oppugnat. Erant in ea viri principes, Iſaacius Angelus, qui euerſo Andronico imperium occupauit, & Theodorus Cantacuzenus, cum magna manu militum Andronico infe-

Niceæ obſidio.

ſtorum, & Turcorum quoque nonnullis copiis. Quum autem interfecto Cantacuzeno, animi Nicænorum fracti eſſent, auctore Nicolao pontifice pax facta eſt, & vrbs dedita. Iſaacium Andronicus non incolumem modo ſeruauit, ſed etiam diuina quadam impellente prouidentia collaudauit: quod maledicentiam Cantacuzeni non fuiſſet imitatus. Pruſam & Lopadium de cauſſis iiſdem obſeſſas, per vim cepit, ac immaniſſime in omnem ætatem ſexumque graſſatus eſt.

Poſt hæc, Cyprum quidam Iſaacius, Iſaacij Sebaſtocratoris & fratris Manueli Imperatoris ex filia nepos, auertit: itemque Comnenus Alexius, eiuſdem Manueli ex fratre nepos, regem Siciliæ Gulielmum incitauit, vt Dyrrachium & Theſſalonicam occuparet: quibus ſane captis, ingens a Siculis eſt exercita crudelitas. Hinc & Epidamnus, & Amphipolis, & Moſynopolis in hoſtium poteſtatem venerunt: Andronico per vecordiam & luxum ſuis non ſuccurrente. Hiſce malis indies augeſcentibus, de ſucceſſore ſollicitus eſſe cœpit Andronicus. quamobrem cognito per artes improbas ſucceſſurum ſibi quemdam, cui nomen eſſet Iſaacio: putabat ipſe quidem illum Iſaacium denotari, qui (ceu dictum eſt) Cyprum occupauerat: familiares vero Iſaacium Angelum metuebant, Andronico prorſus aduerſante. Quapropter conſilio proprio Stephanus Hagiochriſtophorites, immaniſſimus Andronici ſcelerum adminiſter, ad interficiendum Iſaacium ſemet accingit: qui tanquam in re deſperata, Stephanum anteuertens, ſua manu conficit. Deinde ad magnam eccleſiam ſe recipiens, populi confluentis opem implorat. Is vero magis ac magis ſemet armans, Iſaacium Angelum Imperatorem proclamat, & ad palatium deducit. Inde miſſi ſatellites, qui Andronicum fugientem perſequerentur. Peruenerat ille cum Anna coniuge, ac ſcorto quodam Chelen, ad Tauroſcythas illinc traiecturus. Sed marinis tempeſtatibus aliquoties in litus eiectus, a perſequutoribus comprehenſus eſt.

Gulielmus Siciliæ rex.

Iſaacius Angelus Imp.

Andronici ſupplicia.

Ad Iſaacium perducto, poſt varias contumelias, dextera præciditur. Poſt aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo camelo impoſitus, per forum triumphi ſpecie traducitur. Tum vero nonnulli clauas in caput eius impingere: alij ſtercore nares eius fœdare: alij ſpongias excrementis hominum pecudumque repletas in faciem eius exprimere: alij verbis obſcœnis parentes ipſius inſectari: quidam verubus latera pungere: ſcortum denique quoddam impudens ollam feruenti aqua plenam in faciem eius effudit. Hoc modo deductus in theatrum, pedibus fune colligatis ſuſpenditur. Interim ipſe clamabat, Domine miſerere: item, Quid calamum contritum infringitis? Nec adhuc contentus erat vulgi furor, Andronico ſuſpenſo. Nam lacerata tunicula, virilia eius vexata ſunt: & quidam longum enſem per fauces eius ad inteſtina vſque traiecit. Duo quoq; Latini generis, enſes ambabus manibus in nates eius adegerunt, vt periculum facerent, vter eſſet acutior. Poſt tot ærumnas ægre vitam abrupit, dextera cum dolore ad os admota: vt multi putarent, eum calidum ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc deſtillantem, exſugere. Imperauit annos duos, quum antea quoque rerum potitus eſſet vnius anni ſpatio, ſine purpura & diademate. Poſt eius mortem filij quoque, Ioannes & Manuelus, cæcati perierunt.

Hinc Iſaacius in profligandos Siculos intentus, qui iam Conſtantinopoli etiam imminebant, copiis ſuis Alexium Branam ducem præficit. Is bello feliciter adminiſtrato, pręter ſpem omnium Siculos delet, vrbeſque captas recuperat. Periere Siculorum in bello ſupra CCIƆƆ, in carceribus autem frigore ac fame ad quatuor millia. Duces etiam capti ſunt, Richardus & Balduinus, vna cum Alexio Comneno, belli auctore, cui mox oculi ſunt effoſſi. Secundum hæc infeliciter tentata Cyprus, & ſequuti motus * Vlachorum nationis: aduerſus quos nihil recte geſtum a Ioanne patruo Imperatoris, nec a Ioanne Cãtacuzeno. Miſſus autẽ ad debellandos eos Alexius Branas, imperio adfectato, Cõſtantinopolim reuerſus obſedit. Verum non multo poſt, irrito conatu, cæſus eſt per Conradum Marchionem Montisferratenſem: cui Cæſaris honorẽ Imperator detulerat, viro valde ſtrenuo & forti, maximis largitionibus ex Italia Cõſtantinopolim euocato, vt Theodoram Imperatoris ſororem matrimonio ſibi iungeret. Eiuſdẽ ſupra quoque facta eſt mentio, quod Moguntinum prælio victum ceperit. Mortem obiit immaturam, per fraudem a Chaſio quodam occiſus in Palæſtina, vbi præclarum virtutis & prudentiæ ſpecimen, Ioppe (quam nunc Acconen vocant) & aliis opidis expugnatis, magno cum terrore Sarracenorum ediderat. Durante adhuc bello contra Vlachos, Theodorus Mangaphas, quem Morotheodorum deinceps vocarunt, occupata patria ſua Philadelphia, fruſtra imperium adfectauit, in perpetuos carceres deinceps incluſus.

Siculorum clades.

* qui nunc Valachi dicuntur.

Conradus Montisferratenſis, vir egregius.

Fridericus quoque rex Alemanorũ expeditionẽ ſuſcepit, ad eripiendam Saracenis Ægyptiis Palæſtinã. Hoc eius iter Iſaacius contra fidẽ datam impedire conabatur, ſed quum nihil efficere ſe videret, tandem liberum Alemanis tranſitum conceſſit. Enituit tum erga peregrinos inſignis Laodicẽſium hoſpitalitas. quapropter iis Alemani fauſtiſſima quæque ſunt a Deo pręcati, & Fridericus ipſe manibus oculiſque ſublatis in cælum, genibus humi flexis, orauit, vt quidquid vitæ prodeſſet, quidquid animis ſalutem adferret, a Deo gubernatore huius vniuerſitatis impetrarent. Adiecit hoc quoque, ſi reliquæ Prouinciæ Romanorum tam benigne Chriſti milites

Expeditio Friderici Barbaroſſæ in Palæſtinam. Hoſpitalitas Laodicenſium.

excepissent, se illis & opes secum allatas perlubenter fuisse daturos; commeatu pacate accepto, & fines Romanos iampridem fuisse transituros, hastis nullius Christiani sanguine contaminatis. Quum autem Fridericus ingressus agrum Iconiensis Sultani, qui & ipse pacatum ei transitum concesserat, contra fidem datam violaretur, duobus præliis Turcos, ad Philomelium, & Cingularium sic prostrauit, vt & celebris & formidabilis apud orientales nationes euaderet: præsertim posteaquam non longo temporis interiecto spatio consimilibus eosdem cladibus apud ipsum Iconium adfecisset, quod ei se mox dedidit. Vrbe potiti Alemani, tectis suburbanis contenti, & commeatu saltem ablato, citra maleficium discesserunt. Hinc ab Armeniis honorifice susceptus, Antiochiam ire in animo habebat: augescente indies viri gloria, & nomine illustrato, tum ob prudentiam, tum propter inuictum exercitum, ita vt nullus hostis cum eo congredi auderet. Quum autem ad fluuium quemdam peruenisset, vorticibus aquarum suffocatur, vir honesta & perpetua memoria dignus, & iudicio prudentum vel in tali obitu felix: non eo tantum, quod nobili ortus genere, auitum imperium in multas gentes obtinuit: sed ob illud potius, quod vltra omnes omnium gentium Christianarum principes Christi desiderio flagrans, patria, deliciis regiis, tranquillitate, beata domi superbaque cum carissimis vita despectis, cum Christianis Palæstinæ incolis ærumnas tolerare maluit. Patre mortuo, filius Laodiceam in Cœlesyria, Berytum, aliasque ciuitates Syriæ subegit, ac pluribus pro Christi nomine laboribus exhaustis, extremum ad Acconem, quam obsidebat, vitæ diem clausit. Exercitus reliquus nauibus suorum Tyri conscensis, incolumis ad suos rediit.

Turcia Friderico cæsi.

Friderici mors, & elogium e Niceta Græco promtum.

Nec Alemani duntaxat hoc tempore Saracenis, qui Palæstinam occuparant, arma intulerunt: sed etiam Francorum * Anglorumque reges magnis classibus Tyrum appulerunt. Quumque Saracenos nec ipsi vrbe sancta pellere possent, infectis rebus domum reuerterunt. In itinere tamen Anglus Cyprum occupauit, capto Isaacio Comneno Tyranno, de quo supra diximus: insulamque pro sua Hierosolymitano regi donauit, vt ibi amisso regno habitaret. Cæterum non crebræ tantum seditiones multorum, qui adfectabant imperium, Isaacium exercebant: sed etiam Vlachorum natio progressa, munitas vrbes inuadebat. Anchialum enim vastabat, Varnam subigebant, Triaditzam siue Sardicam delebant, Stumpio ciues eiiciebãt. Tandem in expeditione contra Vlachos, magnifico cum apparatu suscepta, quum venationi esset intentus Isaacius: ab Alexio fratre, de quo non tantum nihil mali suspicabatur, sed etiam summam sibi caritatem obseruantiamque policebatur: & oculis, & imperio spoliatus est. Imperauit annos IX, menses VIII, nondum anno XL natus, quum regnum amitteret.

Francus & Anglus in Palæstinam abeunt.
* al. Inglorum.

Cyprum Anglus occupat, & alteri donat.

Alexius Imperator in castris designatus, omisso contra Vlachos bello, Constantinopolim redit: vbi quum inauguratus esset, quoddam memorabile contigit. Templo enim egressus, quum conscensurus esset equum Arabicum: sessorem ille non voluit admittere, sed oculis sanguine suffusis, auribus erectis, crebro solum pulsans, & anterioribus vngulis cum fremitu sublatis, indicium præbuit, quasi Alexium tergo recipere dedignaretur. Vbi vero post multos poppysmos & ceruicis palpationes placatus, crebros illos gyros & calcitrationes omissurus videbatur: Imperator in eum insiliit, & habenas præhendit. Nihilominus ille ferocit, nec prius importune saltare desistit, quam gemmata corona capite Imperatoris excussa, & ex parte comminuta, ipsum quoque deiecisset. Alio equo adducto, fracta corona inauspicatum omen visa est imperij cladium non expertis, & imminentis ruinæ, noxæque hostilis. Post hæc Imperator Angeli cognomento, siue vt humiliore, siue vt abolendo cum fratre, repudiato: Comnenus appellari voluit. Tota eius vita mollis fuit, & perpetuo secors ingenium. Omnia de Imperatricis sententia fere gerebantur, cuius & virilis erat animus, & prouidẽtia singularis: sed impudica plane vita, quæ sane infamia maritum quoque dehonestabat.

Alexius Comnenus Imp.

Omen infelicis imperii.

Mutatio nominis.

Hoc tempore rex Alemanorum * Ammerigus, Friderici filius, paterno principatu suscepto, Sicilia, & Italia subactis, Græcos lacessebat: quamquam ab aduersario suo, Papa Romæ veteris, ab instituto retraheretur. Postulabat autem sibi per legatos restitui Romanas prouincias ab Epidamno Thessalonicam vsque, tamquam belli iure nuper a Siciliæ rege subactas, cui nunc ipse successisset. Addebat offensas paternas, quod Imperator Manuelus Papam Romæ veteris contra Fridericum concitasset & armasset. Itaque denuntiabat, Romanis aut pacem maxima pecunia redimendam, aut bellum statim tolerandum. Quæ autem pecunia pacis nomine quotannis pendi deberet, auri centenariis quinquaginta principio æstimata, postremum ad centenarios XVI redacta est: quos vt Alexius exsolueret, Imperatorum sepulcris spoliatis, ad LXX centenarios argenti, & auri nonnihil corrasit. Verum ante, quam pecunia mitteretur, Alemaniæ rex naturæ debitum persoluit: quum grauissime in Siculos, qui seditionem concitarant, animaduertisset. Factionis quidem principem & regem delectum corona iussit ahenea redimiri, quæ quum haberet quatuor foramina, per ea totidem clauis capiti eius est adfixa. Quod vbi factum fuisset: Habes, ait Ammericus, coronam quam venatus es. nemo tibi hãc inuidet.

* al. Henricus Friderici F.

Qui seditionis auctor punitus.

Ille vero mox oborta vertigine, humi prolapsus, exspirauit. Capta Sicilia, cum ceteris Irene Isaacii Imperatoris filia captiua est abducta, & desponsa fratri regis Alemaniæ Philippo, amisso priore coniuge, qui post obitum Tancredi patris Siciliæ regnum obtinuerat.

Molitiones Isaaci excæcati.

Sequutæ sunt deinceps grauissimæ Constantinopolis clades. Nam Isaacius pridem Imperator cum Latinis arcana consilia de vlciscendis iniuriis, & euertendo fratre Alexio conferebat, litteris ad Irenen filiam missis, Philippi Alemanorum regis coniugem, quibus eam ad opem sibi ferendam instigabat, atque inde litteras recipiebat, quibus quid agendum esset, monebatur. Deinde filius quoque ipsius Alexius, custodia eductus, libere quo libuit ambulauit. quapropter de consilio paterno, Pisani cuiusdam ope, perductus in Siciliam, sorori indicatur: quæ iusto præsidio misso, fratrem amplexa, maritum Philippum orat, vt patri suo pro virili opem ferat, & fratrem quoque iuuet, exsulem & extorrem.

Acciderunt & alia mala. nam quum Venetis mercatoribus ex auaritia ministrorum Imperatoris & cognatorum adimerentur prisca quædam priuilegia, Pisanique ipsis præferrentur: a Græcis paullatim abalienati, se vicissim eis per occasionem ægre facturos ostendebant. Itaque Dux eorum Ericus Dandulus, vir prudens, ac prouectæ admodum ætatis, de auxiliis aliorum adsciscendis cogitat, quos norat a Græcis dissidere. Quumque tempus ipsum nobiles quosdam toparchas, qui Palæstinam visere cupiebant, sponte obtulisset: societatem & fœdus contra Græcos coit. Erant ij, Montisferrati Marchio Bonifacius, Flandriæ Comes Balduinus, Comes S. Pauli Ericus, Pleæ Comes * Doloicus, & alij complures audaces bellatores. Classe per integrum triennium fabricata, Alexius Isaacij Angeli F. litteris veteris Romæ pontificis, & Alemaniæ regis instructus, cum aliis se coniungit, & pecuniarum aceruis ipsorum animos expleturum se policetur, si paternum imperium sibi restituerent. Idem sacramento promittit auxilium contra Saracenos, Latinorumque religionem amplexus, priuilegiorum papalium renouationem, & Græcorum institutorum mutationem policetur. Hoc modo factum, vt Byzantium obsideretur, Alexius frustra tentatis armis Debeltum profugeret, post VIII imperij annum Isaacio & eius filio Alexio imperium deferretur, Latini rapinis, incendiis, ferro in Byzantinos captos crudelissime grassarentur.

Dandulus Venetorum Dux.

* *Lodoicus.*

Byzantii obsessio.

Alexius Ducas Murzuflus Imp.

Inter magnas autem seditiones vrbanæ plebis, imperio rursum Angelis erepto, Alexius Ducas, cognomento Murzuflus siue superciliosus, Nicolaum Canabum Imperatorem a populo designatum capit, itemque redacto in potestatem suam Alexio Isacij F. sibi vindicat imperium. Quum bis Alexio venenum propinasset, quod ille tum ætatis robore, tum antidotis clam sumtis vicerat: laqueo tandem ei guttur elidit, mense imperij sexto, die octauo. Verum ne Murzuflus quidem vltra duos menses & XVI dies imperio potitus est, expugnata rursum a Latinis vrbe: qui ea capta, de suorum procerum numero Balduinum Flandriæ Comitem communibus suffragiis Imperatorem designarunt, agentem annum ætatis XXXII, virum pium, modestum, adeo pudicum, vt mulierem inuerecunde non adspiceret, quamdiu a coniuge aberat, & bis qualibet hebdomade vesperi proclamari iuberet, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.

Balduinus Flander Imp.

Murzufli pœnæ.

Murzuflum hoc imperante Alexius Isaacij frater, quem Constantinopoli relicto imperio profugisse diximus, dolo comprehensum luminibus orbauit: neque multo post excæcationem idem Murzuflus in Latinorum manus delatus, Byzantium reducitur, & ob Dominum Imperatoremque suum Alexium Isaacij F. laqueo strangulatum, in iudicium vocatus, capitis damnatur, nouoque supplicij genere adficitur. Nam in altissimam columnam perductus, inde præcipitatur: & aliquamdiu in pedes descendens, deinde in caput subuersus, & humi allisus, miserabiliter interiit.

Balduinus a Vlachis capitur.

Adrianopolim quum obsideret Balduinus, Ioannes Vlachorum princeps Latinis in insidias pellectis, egregia potitus est victoria, cæso Lodoico Pleæ comite, Balduino capto, Dandulo & Herrico Balduini fratre propter acceptam cladem fuga sibi consulentibus. Hinc factum Constantinopoli decretum, quo Latini promulgarunt, se nemini popularium suorum inaugurationem regni concessuros, nisi morte Balduini prius explorata. Quumque hoc modo annum vnum & menses quatuor rempublicam sine Imperatore administrassent, audito eius interitu, Herricum fratrem Imperatorem declarant. Est autem Balduinus ab Ioanne Myso crudelissime necatus, quum pedibus & manibus amputatis, reliquum truncum in Vallem profundam abiici iuberet, vbi tertio demum die volucrum esca miserabiliter exspirauit.

Herricus Imp.

Herricus imperio potitus, quum ex suis Orestiade relictis, Scytharum & Vlachorum exercitus denuo egredi audisset: non hostium multitudine territus, nec superiorum bellorum cladibus consternatus, exire non dubitauit, vt & suos conseruaret, & Græcorum reliquiis subueniret. Igitur Adrianopolim profectus, quum Vlachos Latinorum conspectu, audaciam vsitatam & rei militaris habitum etiam post illas strages retinentium, territos vidisset: vsque ad Crenum & Boream eos est persequutus. Inde per Agathopolim, Anchialum vsque progressus, ibique castris positis, & multis rebus gestis, vnde pe-

Herricus Vlachos fugat.

cunias, homines, pecudum greges, & armenta cepit, saluus Constantinopolim rediit.

Theodorus Lascaris Imp.

Interea vero, dum Constantinopoli regnant Latini, Theodorus Lascaris, Alexij Comneni Imperatoris gener, in Asia sibi vsurpat imperium, quam occupare Latini propter Vlachorum bella non poterant. Quum autem Alexius Theodori socer ex Europa in Asiam profugisset, ad Iathatinem Sultanum, Attaliæ principem sese contulit, vt eius ope genero pulso, rerum ipse potiretur. Sed irritus hic conatus fuit, Iathatine manu Theodori fortiter præliantis interemto. Quum annis XVIII Theodorus imperasset, naturæ debitum persoluit: Ioanne Duca, qui filiam eius Irenen in matrimonio habebat, successore designato.

Ioannes Ducas Imp.

Robertus Imp.

Herrico autem Imperatore mortuo, Robertus imperio potitus est, eius ex Iolanta sorore nepos: qui frustra Ioannem oppugnauit, traiectis in Asiam copiis Lascarum duorum caussa, qui se Ioanni putabant omnino præferendos esse. Paullatim vero potentia Ioannis creuit, in Europam Thraciamque Roberto parentem traiicientis: vnde factum, vt e Bulgaria legati ad eum mitterentur, tam pacis expetendæ caussa, quam vt Imperatoris filio Theodoro, Helenæ Asanis iunioris, Bulgarorum principis, filiæ nuptias offerrent. Ea legatio rata fuit, & congressi circa Chersonesum Imperator & Asan, Helenam Asanis F. decem annos natam, Imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Lascari iuniori, despondent. Is deinceps mortuo patri, qui XXXIII annis regnauit, in imperio suffectus est: neque diu rerum potitus, Ioanne filio, sex annos nato, hærede relicto, viuendi finem fecit.

Theodorus Lascaris iunior Imp.

Michaelus autem Palæologus, qui iamdudum etiam viuo Theodoro res nouas molitus fuerat, in se rerum summa translata, Ioannem oculis spoliat. Recuperauit idem Constantinopolim, cui tum quartus ex Flandris Imperator præerat, Balduinus secundus, Roberti iam mortui frater. Itaque rursus imperij forma quædam per Michaelum est constituta, Latinis prorsus ex Græcorum ditione pulsis, præter exiles reliquias, in Peloponneso adhuc hærentes. Quumque non tutum, nec paci accommodatum esse videretur Michaelo, turbam opificum & mercatorum ex Venetis, Pisanisque constantem, quæ pulsis Latinis remanserat, intra vrbem vna cum Genuensibus, perpetuis ipsorum hostibus, degere: Galatam Genuensibus adsignauit, e regione sitam, mercium immunitate concessa, quam antea quoque promiserat, vrbe nondum potitus, si per eos in illa recuperanda iuuaretur. Mittebantur his magistratus domo certis temporibus, qui ius dicerent, suisque præessent. Ac Veneti quidem suum appellabant Baliuum siue curatorem, Pisani Consulem, Genuenses Potestatem.

Michaelus Palæologus Imp.

Constantinopolis recuperatio.

Balduinus Flander, periculo Constantinopolitano liberatus & elapsus, in Italiam quum peruenisset: cum rege Neapolitano Carolo, Gallorum regis fratre, qui Conradinum Sueuum legitimum eius hæredem regni trucidarat, adfinitatem iunxit: illius filia filio suo desponsa, sperans eius opibus se Constantinopolim recuperaturum. Sed ea cupiditas atque conatus irritus omnino fuit. Imperante Palæologo, XXV die Maij, anni ↃↃↃ CIↃ IↃ CCLXXV, sub horam ante meridiem tertiam, luna solem obscurauit, fuitque tota eclipsis punctorum fere XII. Tantæ autem sub eius medium ortæ sunt tenebræ, vt multæ stellæ apparerent: quæ nimirum maximas Romanorum calamitates, a Turcis imminentes, portendebant. Secundum hæc Imperator Andronico filio Annam Pannoniam despondet, simulque ipsum insignibus imperij ornat, quum promisisset dato iureiurando, se pie veneraturum ecclesiam, & priuilegia ipsius inuiolata conseruaturum: patri autem nunquam insidiaturum.

Eclipsis solis.

Quum autem Carolus rex Neapolis magnos apparatus faceret in gratiam Balduini Flandri, Palæologus domestica in illum bella commouit, magna pecunia finitimis, Siculo rege ac Venetis, ad bellum illi faciendum concitatis. Præterea legatos ad Papam mittit, de ineunda veteris & nouæ Romæ ecclesiarum concordia, modo is Caroli expeditionem auerteret. Ea legatione a Papa benigne audita, concordiæ rationes initæ sunt, cuius hæc fuere capita: Primum, vt in sacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor Patriarchis mentio fieret. Alterum, vt liceret cuiuis Romam veterem, quæ curia maior & perfectior esset, appellare. Tertium, vt illi principatus in omnibus deferretur. Huic concordiæ principio Byzantini aduersabantur, sed paullatim mitius sensere, postea quam Ioanni Beco Chartophylaci fuissent exhibiti Blemmydæ Nicephori libri, qui de iisdem aduersus Latinos controuersiis Ioanne Duca imperante consultus, multa scripserat. Hoc modo factum, vt Becus, qui dudum acerrime Latinis aduersabatur, mutata sententia, victoriam faceret ambiguam, patriarchicoque solio conscenso, ad intimam Imperatoris amicitiam admitteretur.

Qui Carolum Imperator represserit.

Palæologi cum Papa concordia.

Becus qui Patriarcha factus.

Mortuo autem Michaelo, Andronicus filius in imperio successit: quo regnante, Turcorum principes, Carmanus Alisurius, Sarchanes, Calames, Cerasus, Atman, (qui & Otomanus) Amuriique filij, prouincias Asiaticas Græcis ademtas, inter se partiti sunt. Aduersus hos arcessiti sunt ex Hispania Catelani Ronzerio Duce, magnis promissis præmiis, si Turcos a Græcorum finibus auerterent. Quum autem re contra Turcos feliciter gesta, non numerarentur eis stipendia, de quibus conuenerat: conuersis in ipsos

Andronicus Palæologus Imp.

Catelanorum res in Asia & Græcia gestæ.

Græcos armis, Asiam depopulati, rursus in Europam traiecerunt. Quumque Calliupoli occupata, Ronzerium Cæsaris honore prius ab Imperatore ornatum, ad postulanda stipendia sua Orestiadem, vbi Michaelus Andronici F. Imperator designatus id temporis agebat, ablegassent: iussu Michaeli Ronzerius ad ipsam regiam Græcis a militibus est interemtus. Qua cæde nuntiata, Catelani sese bello parare, Græcorum bona diripere, Thraciam peruagari, Michaelum aperto prœlio ad Aprum (opidi hoc in Thracia nomen est) sternere, victoria freti Macedoniam inuadere, superatisque montibus & conuallibus, quæ Tempe nuncupantur, in Thessaliam irruere. Quum autem minime lacessendos Thessali Catelanos statuerent, datis pecuniis & viæ ducibus impetrant, vt eorum finibus excederent.

Igitur in Bœotiam delati, ab Athenarum Thebarumque Duce transitum per eius fines pacatum petunt. Ille cum fastu & derisu Catelanis eorumque postulatis spretis, per autumnum & hiemem vires suas ad ver vsque colligit. Itaque Catelani veris initio non procul a Cephiso flumine castris positis, hostem opperiebantur. Erant eorum equites CIↃ CIↃ CIↃ IↃ, peditum CIↃ CIↃ CIↃ CIC. Dum hostium aduentum exspectant, omnem illam terram arant, vbi pugnare decreuerant: deinde obducto vallo, & actis flumine fossis, totam planitiem sic irrigant, vt stagnaret. Vere medio regionis princeps cum magnis copiis aderat, equitum IↃↃ CIↃ CCCC, peditum amplius IↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ ducens. Et erat ipsius opinio arrogantiaque longe maior. Sperabat enim, se Catelanis victis, omnia Byzantium vsque suam in potestatem redacturum. Quumque planiciem inter suos & hostes interiectam, multo gramine virentem conspexisset, nihil eorum quæ acta erant, suspicatus: cum equitibus in eos fertur, extra campum in procinctu stantes. Sed priusquam Attici mediam ad planiciem peruenirent, equi veluti vinculis impediti, madefacta terra ad gressum audaciorem subsidente, partim vna cum equitibus in luto volutantur, partim iis excussis temere in campo feruntur, partim pedibus demersis ordine adstabant. Quibus rebus animati Catelani, telis hostes circumuentos internecione delent, & cum equitatu fugientes Thebas ac Athenas vsque persequuti, vrbes ipsas cum opibus, vxoribus, & liberis hostium ex improuiso capiunt.

Catelanorum stratagema.

Clades Atheniensium ducis.

Thebis & Athenis Catelani potiuntur.

Ceterum mortuo filio Michaelo, Andronicus nepotem ex eo suum, Andronicum iuniorem, longe sibi carissimum, Imperatorem designauit. Is vero dominandi libidine ductus, auum longo tempore variis ærumnis exercere non desiit: donec ei tandem imperium extorqueret. Quo facto, custodiebatur in Palatio senior Andronicus præque senio perpetuisque molestiis & lacrymis amisso visu, quorumdam aulicorum intemperia postremum habitu monastico induitur, mutatoque nomine, deinceps Antonij appellationem accipit. Posteaquam ad se transtulisset imperium Andronicus iunior, intellecto, Nicæam ab Orchane Turco, Bithyniæ principe, obsideri: traiectis in Asiam copiis, hostem adortus, insigni clade adficitur, maxima suorum parte amissa. Eodem Andronico imperante, Seruiorum quoque natio Cralem (hoc est, regem) suum, qui diutissime regnarat, ab administratione remouet. Deinde filio patri substituto, senem in carcere suffocat: inuito fortassis illo, sed tamen conniuente ac tacente.

Andronicus iunior, auo detruso Imper.

Crales a suis necatur.

Senior autem Andronicus anno ætatis LXXIIII, mortuus est: qui ab initio imperij eius quinquagesimus erat. Iunior annos XLV viuendo non expleuit, mortuus anno post occupatam Constantinopolim, & ereptum auo imperium vigesimo. Quum autem moreretur, reliquit Ioannem filium natum annos XII: tutoremque adsignauit ei, Cantacuzenum, virum opulentum, & magna potentia subnixum: vt puerum tutaretur, & curaret ad eam vsque ætatem, quæ regno gubernando idonea foret. Vbi vero Andronicus excessisset e viuis, non multo post, vrgentibus & postulantibus Græcis Cantacuzenus tutor ad regnum allectus est, puero tamen nulla iniuria adfecto. Quumque sibi adfinem illum Cantacuzenus fecisset, vt imbellem contemtui habuit: spem omnem in Græcis quantum ad regnum retinendum attinebat, ponens. Deinceps autem, quum regno pupillum spoliasset, Orchanique filiam vxorem dedisset: eum & amicissimum, & familiarissimum in posterum expertus est. Orchani, qui XXII annos regnauerat, Suleimanus filius cum Amurate fratre successit: quorum ille mox contra Cantacuzenum arma mouit. Verum non multo post vtrimque pax facta est, & fœdus initum, vt coniunctis copiis bellum Bulgaris inferretur. Quod quum aliquamdiu Suleimanus gessisset, nec opidis etiam Thraciæ, quæ Græcorum iuris erant, abstinuisset, mortuus, heredem regni bellique fratrem Amuratem relinquit. Præerat tum Bulgaris Susmanus Alexandri F. qui legatis ad Amuratem missis, pacem ac fœdus impetrauit: data ei filia in matrimonium, quam excellenti forma præditam habebat.

Ioan Cantacuz. Imp.

Ceterum Ioannes Palæologus Andronici iunioris F. vbi adoleuisset, imperio recuperato, Cantacuzenum expulit, monastica veste induit, mutatoque nomine Matthæum appellari iussit. Erant Cantacuzeno filij duo, quorum natu maiorem pater imperio destinabat, minorem Manuelum Mizithræ siue Spartæ ducem fecit. Maior, patre a gubernaculis summoto, ceu diximus, ad Rhodi

Ioannes Palæologus Imp.

principem, quem magnum Magiſtrum vocant, profugit: vbi quum fruſtra ſe recuperationem imperij ſperare cerneret, ad fratrem in Peloponneſum, profectus, deinceps priuatus vixit. Ioannis Palæologi Imperatoris filio Andronico, Suſmani filia vxor data eſt, cuius ſororem habebat Amurates. Andronici fratres erant Demetrius, Manuelus, & Theodorus, qui Amuratis caſtra ſequebatur. Quum autem in Aſia per abſentiam Amuratis mota fuiſſet ſeditio, eiuſque compeſcendæ cauſſa copias illuc traieciſſet, ſumto ſecum Ioanne Imperatore: vtriuſque filius, Sauzes & Andronicus, communicatis conſiliis eripere parentibus imperium decreuerunt. Quapropter in Europam illi reuerſi, filios in poteſtatem redactos excæcarunt, Ioanne feruidum acetum ſuis oculis infundente.

Supplicia filiorum rebellium.

Secundum hæc territus Ioannes Turcorum ſucceſſibus, auxiliorum impetrandorum cauſſa profectus eſt Venetias: vbi quum nihil effeciſſet, in Galliam & Angliam abiit, ſpe itidem irrita, quod Carolus ſextus rex tumultibus ſuorum diſtineretur. Itaque reuerſum Venetias, dimittere mercatores Veneti per ſummam inſolentiam noluerunt, niſi pecuniam creditam ituro ad Galliæ regem, vna cum vſuris reſtituiſſet. Hac de cauſſa quum ad filium Andronicum, quem Conſtantinopoli per abſentiam ſuam præfefecerat, ſuos ablegaſſet, nec ab eo quidquam extorquere poſſet: Venetiis hærere diutius coactus fuiſſet, ni Manuelus alter filius, qui Theſſalonicam adminiſtrabat, e ſua præfectura coactis numis, Venetias ad patrem veniſſet, eumque liberaſſet. quo quidem ille facto patrem arctiſſime ſibi deuinxit, Andronico deinceps grauiſſime ſuccenſentem.

Imp. Conſtantinop. in Italiam & Galliam proficiſcitur.

Manueli pietas in patrem.

Amurates illato Triballis, eorumque principi, cui Lazaro nomen erat, bello: præter exſpectationem hoc modo eſt interemtus. Stabant vtrimque acies in procinctu, iamiam conſerturæ manus, quum Miloſus quidam Cabilouicius, Lazari miles, re cum principe ſuo communicata, velut transfuga ſe ad Amuratem confert. Admiſſus in conſpectum Amuratis, facinus longe pulcerrimum aggreditur. Nam eo fortiter interfecto, quum euadere ad ſuos non poſſet, animoſe pugnans occubuit. Ita periit Amurates, quum annos LVII regno præfuiſſet, ac bella XXXVII tam in Aſia, quam Europa, feliciſſime geſſiſſet. Succeſſorem Baiazetum F. habuit.

Amuratis interitus.

Ad eum ſe contulit Andronicus Ioannis F. cui feruens acetum in oculos infuſum fuiſſe diximus, (irrito tamen conatu, nam viſum hoc tempore recuperauerat) vna cum Ioanne filio: petentes auxilium, vt imperio Byzantino potiretur. Quum equitum CIϽ CIϽ CIϽ CIϽ impetraſſent, Byzantium contenderunt. Ioannes autem Imperator, & Manuelus filius, audito Andronici aduentu, arcem Aureæ (quam vocant) ingreſſi obſidioni tolerandæ ſe parabant. Verum Andronicus arcem pactionibus in deditionem accepit, & ambos in carcerem turris ligneum valde arctum compegit: in quo triennium egere, fruſtra monente Baiazeto, vt interficerentur. Anno quarto, carceris præfecto perſuaſerunt, alimenta captiuis miniſtranti, vt ferrum clam ipſis ſuppeditaret. Quo facto, euaſerunt ad Baiazetum, pro reſtitutione tributum maximum policentes. Exploratis Byzantiorum animis, Manuelus eis Imperator datus eſt auctoritate Baiazeti, qui triginta millia numum aureorum ſingulos in annos Turco penderet: Andronico & Ioanne F. in aulam Baiazeti deportatis, vbi victum haberent. Adiuuante Manuelo, Baiazetus Philadelphia Lydiæ munita vrbe, quæ ſola Græci adhuc iuris erat in Aſia, potitus eſt.

Filii contra patrem expeditio.

Andronicus Ioannis F. Palæologus Imp.

Manuelus Ioannis F. Palæologus Imp.

Quum autem promiſſa Baiazeto Manuelus non præſtaret, ac in aulam Turci venire detrectaret: inchoata eſt obſidio Conſtantinopolis, quæ totum decennium durauit, & vrbs omnino capta fuiſſet, ni Tamberlanes Scytha bello Turcis illato, Baiazetum ipſum cepiſſet. Hac obſidione durante, Manuelus vrbe Ioanni Andronici F. commiſſa, qui a Baiazeto ad ipſum defecerat, auxiliorum cauſſa in Italiam ad Venetos & Mediolani Ducem profectus eſt. Inde Galliam ingreſſus, regem Gallorum Carolum phreneſi laborantem offendit, nec potuit a quoquam Galliæ Ducum ea impetrare, quorum cauſſa venerat. Quapropter ita conſulentibus optimatibus, qui illic erant, tam diu exſpectandum ſtatuit, donec rex conualeſceret. Quum autem morbus in longum protraheretur, manere diutius non fuit auſus: ideoque tranſita Germania Pannoniaque, domum rediit.

Decennalis obſidio Byzantii.

Manuelus in Italiam & Galliam abiit.

Mortuo Baiazeto, quum Machometus filius poſt fratres ad imperium perueniſſet, perpetuamque cum Græcis pacem feciſſet: Manuelus Imperator in Pelopõneſum profectus, Iſthmum muro cinxit, vt vniuerſa regio tuta foret. Erant Manuelo filij, Ioannes, Andronicus, Theodorus, Conſtantinus, Demetrius, Thomas. Ioannem primogenitum, qui reliquis præſtare videbatur, in ſocietatem imperij admiſit. Eidem vxorem ex Italia dedit, Montisferrati principis filiam, indole quidem præclara præditam, ſed illiberali forma: quam ob cauſſam illa parum ei cordi erat, nec cohabitanti, nec matrimonij legem ſeruanti. Ea vero ſe marito inuiſam animaduertens, nauim conſcendit, & ad propinquos ſuos ſe recepit. Andronicus elephantiaſi corruptus, non diu vixit. Theodorus a patre miſſus eſt ad Theodorum purpurigenam patruum, vt educatus a patruo, eidem in Peloponneſi principatu ſuccederet, quod quidem deinceps factum eſt. Cum hoc nupta fuit quædam ex Malateſtarum Mar-

Muro Iſthmus cingitur.

Ioannes Manueli F. vxorem male tractat.

chionum familia, præstans omnino forma reliquisque dotibus mulier.

Mortuo Machometo, quem in se Græci perbenignum & amicum experti sunt, anno imperij XII primogenitus Amurates regnum Turcicum in se transtulit. Hoc imperium suum auspicato, Græci seque resque suas plane perditum iuerunt. Arcessebant enim e Lemno Mustapham, qui Baiazeti se filium perhibebat, quamquam Machometus paullo ante (ceu dictum est) mortuus, suppositium esse dixisset, & ab Græcis impetrasset, vt carcere clausus adseruaretur. Quum autem præ ventorum vehementia Mustaphas e Lemno in Hellespontum transportari non posset, ac in Europa rex constitui: triremibus intercipiebant Amuratis in Europam traiectum. Propontide ac Hellesponto interclusis. Interim ipsi Calliupolim nauigant, Chersonesi vrbem opulentam, vt ibi cum adueniente Mustapha in colloquium venirent, quem vbi regem Europæ fecissent, petierunt vt Calliupolim sibi restitueret, idque facile obtinuerunt. Tum vero Duces Amuratis, in Europa relicti a Machometo patre, Baiazetum vnum ex optimatum numero Byzantium ad Manuelum ablegant, qui rogaret, ne initum cum Machometo fœdus violaretur: simulque duodecim primatum filios obsides, aureorum ducentena millia, regionem denique maximam Calliupoli vicinam, quamcumque Græci postulassent, offerret: si Mustapham Byzantius Imperator desereret, ac neutris suppetias ferret: sed ipsos potius sineret infestis armis concurrere.

Amurates Machometi filius.

Qui seipsos Græci perdiderint.

Quibus intellectis, Ioannes Manueli F. iuuenis imperij cupidus, arbitrabatur initio res suas melius habituras, si inimicitias inter se illi gererent, discordiaque mutua res suas perderent. præterea non parum sibi conducturum putabat, si ambo sua opera indiguissent. Quod si etiam regnum inter se partirentur, facilius vtrumque posse opprimi statuebat ab se, qui tamen neutri reapse par esset. Deinceps vero longe aliam sequutus est sententiam, totus Mustaphæ partibus addictus. Pater autem Ioannis Manuelus Imperator diuersum a filio sentiebat, fœderum religionem statuens violandam non esse. Vicit tamen filius, decretaque sunt Mustaphæ auxilia. Mox obsessa Calliupolis & expugnata, quam vbi Græci repeterent, Mustaphas dicere, Turcis hoc ingratum fore, regno necdum parto: simulque rogare, tantum aliquantisper expectarent. Deinceps Adrianopolis occupata, Turcici regni sedes in Europa: quo facto, passim ad eum copiæ Turcorum, ceu Baiazeti filium, defecerunt. Redacta in potestatem Europa, cum Azapidis Turcorum peditibus, aliisque copiis Europæis, & Zunaite Smyrnæ principe in Asiam traiecit, vt ea quoque potiretur. Simul ad Græcos legatis missis petiit, ne quid absente se innouarent: se Amurate victo, Calliupolim redditurum. Misit & suos Amurates, qui amplissima quæque policerentur, si suas partes sequi vellent. Quum autem in amicitia Mustaphæ persisterent, infectaque re legatos Amuratis ab se dimitterent: in castra illi reuersi, rumorem didebant, Græcos ad Amuratem traductos esse: simulque Mustaphæ militibus extrema quæque minitabantur, tamquam in Asia plane perituris, reditu in Europam intercluso. Hæc fama quum in castris Mustaphæ volaret, ac necdum legati, quos ipse miserat, præsto essent: nutare Turcorum animi cœperunt, statimque Zunaites ad paternam ditionem profugit, ceteris quoque Ducibus & copiis dilabentibus. Eo facto, Mustaphas ad mare profugit, vt saluti suæ consuleret, ac in Europam se contulit.

Ioannis Manueli F. mala consilia.

Legatorum astutia.

Quum hæc in Asia gererentur, Imperator Byzantius in Peloponneso mulierem quamdam, sacerdotis filiam, alieno prorsus tempore deperibat: negligens interim præclaram occasionem excludendi Amuratis a traiectu in Europam. Is vbi suis, opera Genuensis cuiusdam naucleri traiectis, Mustapham acerrime persequutus cepisset, ac strangulasset: Græcis infensus, Constantinopolim obsedit, quamquam irrito conatu, tam fortiter illis resistentibus, vt obsidionem soluere cogeretur. Quum autem ne tum quidem Græcis pacem concedere vellet, Mustapham illi, tredecim annos natum, Amuratis fratrem arcessunt, eique se regnum conciliaturos policentur, vt Amurati negotium facesserent. Verum is quoque deductus a Græcis in Asiam, a nutricio suo, cui a patre Machometo educandus fuerat traditus, Amurati proditus interficitur.

Imp. Græci secordia.

Secundum hæc missis rursus ad Amuratem legatis, præsertim viris illustribus, Notara & Caroluca, tandem Græci pacem impetrarunt. Ea durante, Genuenses a Ioanne Manueli F. irritati, bellum Constantinopoli fecerunt, eamque obsidione cinctam oppugnarunt: quam vbi capere non possent, Galata (quæ Genuensium vrbs erat, e regione Byzantij, Peræ quoque nomen habens) munita, in Italiam redierunt. Nihilominus inter Galatenses & Byzantios bellum gerebatur, donec tandem multis Genuensibus a Ioanne Leontare duce captis, in concordiam reditum fuit.

Bellum cum Genuensibus.

Eo bello finito, Ioannes Manueli F. legatos ad Eugenium Romanum pontificem mittit, petituros vt concilium indiceretur, quo Græcorum & Latinorum controuersiæ componerentur. Tentabat hoc modo animos Occidentalium, an redituri cum Græcis in concordiam viderentur. Hi legati ad Germanos profecti sunt, qui Basileæ congregati, contra Eugenium concilium celebrabant, eoque reiecto, Felicem Sabaudiæ Ducem, virum spectatæ probitatis, Pontif. Max. crea-

Ad Eugenium IV Græci Imp. Ioannis legatio.

Concilium Basiliense.

uerant. Igitur ambo Pontifices instructis triremibus, Ioannem Byzantium Imperatorem arcessebant. Nam vterque sub se concilium celebrari, & religionis controuersiam, quæ cum Græcis intercedebat, finiri volebat. Quum ab vtroque triremes adessent, Imperator benignis verbis concilij Basiliensis legationem dimittebat: cum Romanis, Venetis, Italiaque reliqua se iam ante colloquutum dicens, qui omnes se Romam proficisci iubeant. Itaque sumtis secum Byzantiis sacerdotibus, & Græcorum sapientissimis doctissimisque viris, in Italiam nauigabat.

Ioannis Palæologi profectio in Italiam.

Quum Venetias appulisset, inde Ferrariam contendit, vbi degere pontificem Eugenium acceperat. Ad eum vbi venisset, precibus fatigabatur, vt Pontificem iuuaret in contentione, quæ cum Germanis inciderat. Hinc Florentiam profecti sunt, quo cum Græci venissent, multa diu egere cum Pontifice, vt religionis diuersæ negotium feliciter transigeretur. Id vbi deductum ad exitum fuisset, scriptis & obtestationibus sacris sanxerunt, se deinceps vnanimes in eadem religione futuros. Quo facto, pontifex allegit in Cardinalium ordinem duos ex Græcis viros nobilissimos, eosque sibi familiaritate iunxit: Bessarionem Trapezuntium Nicææ, ac Isidorum Sarmatiæ siue Russiæ antistites. Horum enim opera plurimum adiutus erat in concordia cum Græcis ineunda. Bessario tanta præditus erat ingenij vi, vt Græcorum præstantissimos non æquaret modo, sed etiam superaret. Iudicio qualibet in re multum valebat. Græcarum Latinarumque litterarum tanta excelluit peritia, vt eruditionis palmam inter omnes facile caperet. Nicolaus, qui Eugenio successit, maximi virum fecit, & singulariter coluit. Quapropter Bononiæ ab eo præfectus est, vt eam pontificio nomine gubernaret. Quum autem vrbs ea seditionibus variis agitaretur: diuinam Bessario prudentiam virtutemque suam in tumultibus illis demonstrauit. Isidorum non minus sapientem, & amantem patriæ, nimirum Byzantij, captum a Turcis esse constat deinceps, Machometo secundo vrbem expugnante, pro cuius salute tum fortiter Isidorus præliabatur. Eugenius hunc virum, quum eius auctoritas apud Græcos haberetur maxima, Cardinalium in numerum retulit: quod eum putaret rebus suis plurimum in concordia cum Græcis constituenda commodaturum, vti sane accidit.

Concordia Græcorum & Rom.

Bessarion & Isidorus Cardinales Græci.

Quum autem Græcus Imperator præsidium ad retinendum Byzantium a Pontifice peteret: ita respondit ille, vt polliceretur, in posterum sibi Græcorum imperium curæ fore: neque cessaturum se diceret in Germanis Vngarisque concitandis, vt arma contra Turcos ex vsu Græcorum caperent. His actis, Imperator Byzantium reuertitur. Redeuntes autem domum Græci, non amplius iis, A quæ in Italia pacta conuentaque fuisse diximus, stare voluerunt. Quapropter motus Romanus Pontifex, doctos quosdam viros Byzantium misit, vt cum Græcis in colloquium venirent: qui synhodum in Italia coactam, eiusque decreta non admittebant. Marcus enim antistes Ephesi, & Scholarius Græcorum doctissimus, vt antea, sic ne tum quidem Latinis adsentiri volebant. Vbi ad colloquium & disputationem ventum esset, nihil efficere Romani potuerunt: sed infecta re domum reuersi sunt. Hac re motus pontifex, auxilia Græcis promissa non misit: quos & ipsos a Pontifice auersos, concordiæ cum illo initæ pœnitebat. Quamobrem missis ad Amuratem legatis, Ioannes Imperator B pacem orabat, & impetrabat.

Tumultus cōtra initam concordiam.

Quia verò Caluinianus Interpres Leunclauius ex suę sectæ placitis sensum auctoris nostri inuertit, placet hîc loci huius interpretationem retexere atque integritati suæ iuxta Glycæ orthodoxi mentem restituere. *Illud præterea scire debes legem primam Hebræis in Exodo scriptam esse in hunc modum :* Non habebis Deos alios præter me. Non facies tibi idolum neque similitudinem rerum quæcumque sunt, siue in cæ-

lo ſupra, ſiue infra in terra. *Non eſt hîc eiuſdem vocis inepta iteratio, neque enim idem ſonant τὸ, τε εἴδωλον, καὶ τὸ ὁμοίωμα: ſimilitudo enim eſt cuiuſcumque ſimilitudo, ſiue terreſtris animalis, ſiue marini, ſiue volatilis. Simulacrum verò, ſiue idolum,* (quod vulgatus Interpres vertit ſculptile) *de Origenis ſententia, conceptum eſt menti figmentum reapſe non ſubſiſtens: quemadmodum apud Ægyptios cultus olim Cynocephalus, & apud Græcos iactatus Hippocentaurus.*

Pag. 163. Prometheum, Orpheum, Æſculapium Medicum, ac Legiſlatorem Lycurgum, tanquam coætanos ad tempora Baraci & Deboræ refert, cùm tamen variis diſtinctíſque vixerint temporibus: ſed Glycæ ἀνιστορησίας καὶ παραχρονισμοὺς, vt iam monui, emendare, aut refellere non eſt mei inſtituti. nec idem ſincerè refert, quæ de trecentis Gedeonis ad pugnam paratis commilitonibus referunt ſacræ paginæ. Pag. 165. pro ἐκπηρῶσαι, F. ἐκτυφλῶσαι, & in fine minùs rectè Leunclauius reddit γυναικῶν ὡσαύτως παραπλήσιον ἀριθμὸν, mulierum maiorem quoque numerum LXX. Interpretes habent adfuiſſe ſpectaculo illi ἐπὶ τὸ δῶμα ὡσεὶ τρισχιλίους ἄνδρας καὶ γυναῖκας θεωροῦντας. Pag. 167. poſt κόρακος omiſſum eſt participium δεχόμενος. pro Ναζαραῖος, F. Ναζωραῖος.

Ad finem pag. 168. & ad initium ſequentis ſpectant quæ ſequuntur ex V. & F. deſcripta: ἄξιον δὲ καὶ ταῦτα νῦν ἱστορεῖν ἐπιμνησθῆναι φιλομαθείας χάριν τῆς σῆς, ἐκ τῆς Ἰουδὴθ. Ὁ Ναβουχοδονόσορ διὰ τὸ μὴ ἐπικουρῆσαι αὐτῷ πάντας ὅτε ἐπολέμει μετὰ τοῦ Ἀρφαξὰδ, ἐπέστειλε τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ Ὀλοφέρνην κατὰ πάσης τῆς γῆς, εἰπὼν πρὸς αὐτόν. τάδε λέγει βασιλεὺς ὁ μέγας ὁ κύριος πάσης τῆς γῆς. ἐφ' ὧ καὶ κατὰ ταύτην τὴν κέλευσιν ἀπαίροντι τῷ Ὀλοφέρνῃ, κατὰ Ἰουδαίων, ἔφη καὶ τάδε ὁ Ἀμμανίτης Ἀχιώρ· εἰ μὲν ἔστιν ἀγνόημα ἐν τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ ἁμαρτάνουσιν εἰς τὸν θεὸν αὐτῶν ἀναβησώμεθα· καὶ ἐκπολεμήσωμεν αὐτούς· εἰ δὲ μή γε παρελθέτω ὁ κύριός μου. καὶ ὁ Ὀλοφέρνης πρὸς Ἀχιώρ· καὶ τίς ὁ θεὸς, εἰ μὴ Ναβουχοδονόσορ; οὗτος ἀποστελεῖ τὸ κράτος αὐτοῦ, καὶ ἐξολεθρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. ἐφ' ὧ καὶ ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, σοφῶς τῷ ὄντι καὶ εὐμεθόδως παρὰ γυναικὸς τῆς Ἰουδὴθ· πάντα τε τὰ ἐκείνου παρὰ Ἰουδαίων ἐσκυλεύθησαν. Τότε δὴ τότε καὶ Ἀχιὼρ πιστεύσας τῷ θεῷ καὶ περιτέμνεται.

Pag. eadem ſub finem non videtur aſſecutus Leunclauius mentem Glycæ, neque conſuluiſſe ſacrum Eſtheræ textum: verba enim illa κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ δωδεκάτου μηνὸς, quæ ad verbum κατασφάττειν pertinent (dies enim Iudæorum cædi deſtinatus erat 14. Adar duodecimi menſis) coniunxit cum ſequentibus μανθάνει ταῦτα ἡ βασιλὶς Ἐσθὴρ, reddidítque in hunc modum: *Hanc rem vbi Eſthera regina cognouiſſet ad 14. menſis 12. completo,* &c. Idem quoque quæ ſupra narrantur de Noemi, eiuſque nuribus, non ſatis commodè expreſſit, & quæ ad Rutham pertinent, non tolerando errore, ſeu potius ἀβλεψίᾳ, atque inconſiderantia ſingulari, tribuit Orphanæ, quam ſcimus in patriam remeaſſe, ſola Rutha Noemam ſocrum ſuam Bethleemũ vſque comitante, nuptiáſque cum Booſo contrahente. ſeq. verò paginæ initio idem aberrauit in ſententiæ illius interpretatione ἀκηδιῶν γὰρ νυκτὸς, εἰς ἀνάγνωσιν ἦλθεν. ἐφ' ᾧ καὶ ἐμνήσθη ὧν ἐποίησεν εἰς αὐτὸν ὁ Μαρδοχαῖος. Reſpexit enim Glycas ad illa verba capitis ſexti: καὶ εἶπε τῷ διακόνῳ αὐτοῦ εἰσφέρειν γράμματα μνημόσυνα τῶν ἡμερῶν ἀναγινώσκειν αὐτῷ. εὗρε δὲ τὰ γράμματα τὰ γραφέντα περὶ Μαρδοχαίου, quæ vulgatus Interpres ſic reddidit: *Noctem illam duxit Rex inſomnem, iuſſítque ſibi afferri Hiſtorias & Annales priorum temporum. Quæ cùm illo præſente legerentur ventum eſt ad illum locum, vbi ſcriptum erat, quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagathan & Thares Eunuchorum Regem Aſſuerum iugulare cupientium,* &c. Pag. eadem ab imperito Typothetâ neglecta, quæ ſequuntur corrige: ἐπορθούμην, ᾐχμαλωτίσθην, διὰ φόβου ἀκαλύπτῳ. In F. Μεσαίῳ pro Ἐνεμεσαίῳ leges, & pro ὠφελούμενος, ἀφελόμενος non ſat commodè.

Pag. 171. Καθά φησιν, ὁ σοφὸς τῷ ὄντι Ψελλός. De libro ſuppoſititio apud Hebræos hoc titulo, Precatio Ioſeph filij Iacob, vbi mentio Vrielis Angeli, dicemus in Bibliotheca noſtra vniuerſali: interim quod magis vrget, aduerte poſt τῷ Ἀγγέλῳ

nomen Ῥαφαὴλ deesse in V. codice, quod tamen, sed minus ad sententiam Glycæ nostri accommodatè expressum etiam habetur in F. æquè ac in nostro Claromontano. Pro ἔνθεν V. & F. ἔνθα. Post Ηλεὶ τοῦ ἱερέως, F. ἀναρχία ἦν παρ' αὐτοῦ ἔτη μ'. καὶ ἀλλήλων ἐπολεμισάμενοι .... Pag. 174. αὐτὸ lege ἐξαιρεῖ κατὰ τοὺς Εβραίους, εἰς ἄρχοντα, & τὸ ἅγιον ἔλαιον. Pag. 176. ex F. οὐκ ἠθέλησε παρὰ θεοῦ τὸ κατ' αὐτοῦ ἀναπαθεῖς. lege paullò post ἀπεκρίθη.

Pag. 177. Memphibosetum filium Saülis, eiúsque in regni parte successorem grauissimo errore statuunt Glycas, atque ipsius Interpres Leunclauius. LXX. editio Romana vocat Ἰεβοσθὲ Isboseth, quem codex noster ex quo Græcum textum edidimus, vocat Μεμφοσθὲ, F. Μεμφιβοσθὲ, ex quo Memphibosetum suum, qui Ionathanis filius fuit vtroque pede claudus, concinnauit Leunclauius. Richabum quoque & Baneam exhibuit, qui in LXX. interpretatione dicuntur. Ῥηχὰβ καὶ Βαανὰ in F. Ῥιχὰς in nostro Ῥιχὰμ καὶ Βανέας. pro καὶ δῆθεν lege ὡς δῆθεν. Post Ἰεβουσαίοις F. ἐπιπωσάμενος, βασιλείαν ἑαυτοῦ ποιεῖται τὰ Ἱεροσόλυμα. πρῶτος μὲν οὖν Δαβὶδ, ὡς Ἰώσηππος ἱστορεῖ τοὺς Ἰεβουσαίους ἐκεῖθεν ἐκβαλών..... Pag. 178. post κατὰ πατρὸς, F. & V. καὶ πρῶτον μὲν πείθει αὐτὸν ὁ Αχιτόφελ εἰς τὰς παλλακὰς εἰσελθεῖν τοῦ πατρὸς... Pro ἀλλ' ὢ δ', F. ἀλλ' ὢ Δαβιδικῆς ψυχῆς. Pag. 179. οἶδε, F. ἴδε· τοὺς μέντοι F. & V. τὰς, vt referatur ad δίκας. τῶν γὰρ V. & F. ζῶν γὰρ ἔμελλεν τὶς τῶν ἐναντίων pro ἐναντίον.

Pag. 180. Δειπνοκλήτορας C. & F. at V. δειπνοκλητῆρας. χιλιάμβοιν, F. χιλιόμβοιν. seq. in fine, post ἐκαλεῖτο, F. ἐν οἷς οὐδεὶς εἰσήρχετο. Paullò ante in textum Græcum Latinámque versionem grauis error incubuit, cùm ab Israëliticorum ex Ægypto migratione trecenti tantùm ac triginta, τλ', numerentur anni vsque ad extructam Deo à Salomone Hierosolymis sacram ædem. Extat enim luce meridiana clarius testimonium libri 3. Regum capite sexto: *Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël*, & quæ sequuntur. Imo nec desunt inter Chronologos, qui longè etiam plures numerandos esse contendant, & pro 480. velint legendum esse in sacris codicibus 580. Qua de re vberius, qui doctrinam temporum arte ac methodo pertractant. Pag. 182. pro αἰσθηταῖς quæ supina fuit ἐπανορθωτοῦ negligentia, lege αἰσθηταὶ εὐωδίαι. Quæ verò de Psalmis Dauidicis numero plusquam trecentis, cùm amissi fuissent, ab Esdra post captiuitatem collectis, & ab Ezechia ad numerum centum ac quinquaginta reuocatis asserit, partim suspectæ fidei sunt, partim omnino falsa, vt quæ post captiuitatis tempora vixisse Ezechiam, atque Esdra Hebraicæ linguæ peritissimo iuniorem fuisse supponant, neque vlla in iis haberi debet ratio κἂν σοφωτάτου Ψελλοῦ: si tamen illa fuit celeberrimi illius Doctoris opinio.

Pag. 183. Lege τὰ θειώδη αὐτέχθη πυρσά. Deinde βοτάναις. tum δοθῆναί σε ἐπὶ θρόνου. seq. post ποιήσασθαι adde ὁ δὲ νίψασθαι τούτοις..... De Homeri ætate, & an 160. intercesserint ab excidio Troiano ad Templi Salomonici constructionem, viderint Chronologi. Certè ab errore vindicari nequit Leunclauius, qui ex illo aduerbio ὅθεν καὶ ἐπαρθεὶς..... in eam venit sententiam vt crederet, Ieroboamum arrepta ex verbis Dei ad Salomonem occasione elatum aduersus Dominum Principémque suum rebellasse, populúmque ab eo abducere molitum esse, cùm ea potius ex Ahiæ Silonitis Prophetica ad Ieroboamum in agro oratione originẽ traxisse certum sit. Pag. 185. ἀπὸ μὲν ὧν ἔγραφε, & paulò post ψευδωνύμοις λατρεύσας θεοῖς. 186. χεδάζεται, F. σχεδιάζεται: deinde, ἀπὸ γὰρ τοῦ Εφραὶμ υἱοῦ Ἰωσὴφ ὁ Ἱεροβοὰμ κατήγετο. τοῦτον δὲ τὸν λαὸν ᾐχμαλώτευσεν ὁ πρὸ τοῦ Σενναχηρεὶμ κρατῶν τῶν Ἀσσυρίων Σαλμανασάρ. ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ δίκαιος Τωβήτ. ἀφ' ὧν πολλοὺς ἔργον φόνου πεποίηκεν ὁ Σενναχηρείμ. τοῦ θεοῦ ἀφ' ὧν, F. αἴθ' ὧν. 187. Ἰαδὼν, F. Γαδών. Ἀσὰ, F. Ἀασὰ, deinde Βαασά. Pro εὐηθὲς, F. εὐθύ. Pag. 188. Ezechiel seu Iezecielus falsò locum Elisæi occupat, nec illud, vt pleraque alia παροράματα, vidit, aut admonuit Interpres. pro θεὸς scribe θεῖος. Pag. 189. pro ὁ, scribe ὑ. Ῥέμα, Ῥιμμά. 190. ταύτης non τούτης. 191. ἵνα μή τι πάθη ἐπίφοβον. 192. κατέλυσεν, F. κατέ-

λῦσιν. ἀῤῥωςία scribe non ἀῤῥοσία. παραλλομένοις, F. παρβαλλομένοις, Leunclauius pag. 193. Omissorum librum vocat, qui vulgo Paralipomenon dicitur, & familiari quibusdam Nouatoribus sermone seniorem pro Sacerdote aut Presbytero vsurpat. Pro πέ, Clar. & πέ F. legendum est ρπέ χιλιάδες, vt videtur in suo codice obseruasse, aut è sacro textu IV. Reg. 19. emendasse Interpres, qui vertit 185. millia.

Pag. 195. Legendum ἄςραπ: pro ἐκληδονίζετο & κληδόνα reperitur in F. ἐκληδωνίζετο & κληδῶνα per vocalem longam, de quarum vocum significatione & origine ἀπὸ τῦ κλείω celebro, non ἀπὸ τῦ καλῶ voco, plura Lexicographi. πῆσιν, F. πήσεσιν.

Pag. 196. Post ἐνεργείαις, F. ὃς ἐπειδὴ ἅπαξ λάβη ψυχὴν εὐάγωγον εἰς ἀπώλειαν πάντα τρόπον αὐτῇ καταχρώμενος οὐκ ἀνίησιν. Paullò post pro ἐπιφανεῖς lege ἐπιφανὴς, & pro πάντα ὑποπίπτει, F. πάντων. tum τῆδε οὐρᾷ οἷς πηδαλίῳ τὴν πλῆσιν. Pag. 197. εἰδώλοις scribe, & ὁρίοις. seq. qui Byzus hîc Thraciæ Rex Byzantij conditor, dicitur aliis Byzas. Ex ista verò pericope, aliísque quibusdam, Lector discet, non esse integrum Georgij Syncelli Chronicon, suisque omnibus partibus absolutum, quod è codice MS. Bibliothecæ Regiæ à R. P. Iacobo Goaro Ord. Præd. Typis Regiis excusum prodiit, sed quædam adhuc in eo desiderari, ex aliis, si quæ fortè occurrant, vberioribus membranis supplenda. Aduertat autem Lector fœdè allucinatum nostrum Glycam fuisse, dum Iechoniam Regem cum eius successore Sedecia reclamantibus sacris paginis confudit. Neque enim Sedecias in Babylonem deductus, vllo postea in honore consenuit, sed Ioachim Ioakimi filius, qui etiam dictus est Iechonias, de quo hæc sacer scriptor cap. vltimo libri quarti Regum, Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἀποικίας τῦ Ιωαχὶμ βασιλέως Ιούδα...... Factum est verò in anno 37. transmigrationis Ioachim Regis Iuda mense 12. die 27. mensis, subleuauit Euilmerodach Rex Babylonis caput Ioachim Regis Iuda de carcere: & locutus est, &c.

Pag. 200. Pro φωνὴν, lege φωνὴ ἄνωθεν, & pro ἀπολείαν, ἀπώλειαν. seq. αἰτεῖ, F. κελεύει: pro διηρήται lege διήρηται· & pro ἀπήλεξεν, ἀπήλεγξεν. Quæ verò ibidem narrantur de expeditione Darij Medi in Babylonios, & de captiuitate Danielis non consonant sacris paginis, nec quæ subiiciuntur de Cyro eundem Danielem permittente concludi in eadem cum septem leonibus fouea. Tanti est ipsos adire fontes, nec in hauriendis lacunis hærere. Pag. 202. pro Καμβύχης, F. Καμβύσης. Colossenses à Colosso Soli erecto dictos fuisse Rhodios quidam suspicati sunt, quibus noster hîc subscribit Glycas. Quis sit Artabanes, quem inter Darium τὸν Υςάσπου & Artaxerxem τὸν Μακρόχειρα collocat, ignoro, nisi forte διώνυμος fuerit Xerxes Darij filius, & Artaxerxis pater. Quod autem addit sub hoc Artaxerxe claros fuisse Sophoclem, Heracletum, Anaxagoram, Pythagoram, Thucydidem, Euripidem, Herodotum, Empedoclem, Diogenem, Hippocratem, Platonem, Aristotelem, in plerisque saltem aberrat, vt fusiùs demonstrabit Bibliotheca nostra Vniuersalis, ex quâ nuper excerpsimus Bibliothecam Chronologicam scriptorum Ecclesiasticorum simul ac prophanorum.

Pag. 203. lege ὁ καθ' ἕνα & τὴν ἐγχειρωσιν atque obserua Ματθαῖον dici à Glycâ, & à Leunclauio Matthiam, qui in Græcis Maccabæorum codicibus vocatur Ματταθίας & in Latina versione Matathias.

NOTÆ ATQVE EMENDATIONES

AD TERTIAM PARTEM ANNALIVM

MICHAELIS GLYCÆ.

IOANNES Meursius, Batauus, vir de Republica literaria, in Græcis præsertim scriptoribus in publicum efferendis, optimè meritus, Lugduni Batauorum anno 1618. Theodori Metochitæ Historiæ Romanæ à Iulio Cæsare ad Constantinum Magnum librum singularem primus vulgauit, & in linguam Latinam transtulit, Notásque breuissimas adiecit, cum Præloquio de Theodoro ipso Metochita, cuius res gestas prosequitur, ac Nicephori Gregoræ in eumdem Næniâ, siue Oratione funebri. Verùm vir doctus opinione sua falsus est, multósque in fraudem induxit, siue à Græculo quodam delusus, qui ipsi hoc Glycæ nostri fragmentum, aut R. P. Andreæ Schotto, à quo accepisse fatetur, tanquam à Theodoro Metochita concinnatum venditauerit, siue possessoris nomen, quod titulus Θεοδώρου Μετοχίτου præferebat, in veri Authoris, quæ vt ferè fit in MS. fortè deerat, appellationem transierit, siue quacumque alia de causa. Nil itaque aliud est liber ille singularis Historiæ Romanæ, quam Michaëlis Glycæ liber Tertius, isque non omnino integer, à pag. scilicet 204. Editionis huius Regiæ vsque ad 245. qua Galerij Maximiani infelix obitus describitur. Ne quid porro opellæ nostræ desit, editionem Ioannis Meursij cum cæteris MSS. codicibus, quibus hactenus vsi sumus diligenter conferemus, eiúsque Notas atque Emendationes attexemus iis maiusculis literis IM. designatas.

Pag. 204. Ἐπὶ ἔτη τξδ'. IM. Romam ait sub consulibus fuisse annis CCCLXIV. Constantinus Manasses CCCCLXIV. Chronicon Alexandrinum habet annos CCCXCIII. Theodoro nostro (corrige sis Lector, & loco Theodori Glycam repone) Cedrenus astipulatur, & de CCCLXIV. item auctor est. Florus IↃ. numerat ad Augustum vsque. Propior vero est sententia Manassis, quam firmant Fasti Capitolini, à quibus putantur ad Iulij vsque Monarchiam à primis Consulibus anni CCCCLX. scilicet vt ego putare soleo, ab anno V. C. 245. quo Primi Consulatum iniere L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus, vsque ad annum eiusdem Romæ 705. quo C. Iulius Cæsar à Marco Lepido Vrbi Præfecto creatus Dictator post vndecimum diem Dictatura se abdicauit, cùm in annum sequentem Consul fuisset renuntiatus. Eadem pagina scribe Ρωμαίοις pro Ρωμαίοις. In codice IM. διστάτωρ perperam pro δικτάτωρ. Ibidem ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ. Leunclauius in suo MS. legisse videtur ιβ'. adeóque vertit annis XII. vnde Ioannes Meursius hanc notam adscripsit. Glycas annos XII. Cedrenus numerat annos IV. menses VII. à quibus non abeunt Fasti Siculi. Sed pro Metochita nostro (ὑποβολιμαίῳ, quem mirum est ex mutua comparatione versionis Leunclauianæ non agnouisse Glycam fuisse ipsissimum) Fasti Captolini faciunt, qui disertè annos ei XVIII. tribuunt. Verùm falsò. Quot enim numeraueris à Prima illa Dictatura anno V. C. 705. inita, vsque ad Idus Martias anni 709. nondum finiti, quibus in Senatu multis vulneribus confossus periit, tot Monarcham extitisse rectè pronuntiaueris. Ibidem καὶ νόμους Ρωμαίοις ἔδωκε καὶ τὰς Ινδίκτους καὶ τὰ βίσεκτα ἔφερε IM. Hæc in secundum Augusti annum refert Cedrenus. Τούτου (Αὐγούστου) τῷ δευτέρῳ ἔτει αἱ ἴνδικτοι ἐπενοήθησαν καὶ τὸ βίσεξτον.

βίοτ ξτον. καὶ νόμους ἐξέθετο πολιτικούς. Rursum minimè sibi constans, in Theodosio Magno imputat anno Augusti xv. & originem nominis ascribit à victoria apud Actium. Καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτοι ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιέ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. Καλεῖται δὲ ἰνδικτιὼν τουτέστιν ἰνακτιὼν, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Idipsum firmat Constantinus Porphyrogenneta Themate Occidentali VIII. vbi Hesychium auctorem laudat. Sed est ineptissimus error. Nam anni ordinationem à Iulio institutam scimus ex Dione lib. XLIII. Suetonio in eo cap. XL. Censorino de Die Natali cap. XX. aliisque. Huic verò, similibúsque Meursianis Obseruationibus ac Notis, si pares adtexere, & aduersaria omnia mea Historica, plenásque arculas, in chartam effundere voluissem, ingentia volumina confici ac coaceruari oportuerat. Sed de his iam satis, quas omittere volui, licèt ab instituto meo longiùs abeuntes; ne quis earum fortè desiderio Methochitianæ Historiæ librum, alioquin imposterum prorsus inutilem futurum, comparare aut requirere laborer.

Pag. 205. Σεκστίλιος IM. Εκστίλιος. Ἀντώνιον IM. Ἀντωνῖνον. ἔστησε δὲ καὶ στήλας χαλκᾶς ἀνθρώπου καὶ ὄνου IM. Suetonius Octauio cap. XCVI. apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: Eutychus homini, bestiæ Nicon erat nomen. Vtriusque simulacrum æneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit. Habes idem apud Plutarchum in Antonio, Glycam & Zonaram] Eadem pag. pro Ἱπποδρομίῳ IM. προδρομίῳ, pro quo corrigit ἱπποδρόμῳ & διαρκέσασαν pro διαρκέσαν.

Ibidem ἔτεσι διακοσίοις ἐνενήκοντα. Ita Glycas quoque inquit IM. & Eusebius Chron. lib. I. numerat CCXCV.] Pro ἀρχιερέως & συμπληρωθῆναι IM. ἀρχιερέως & ἐκπληρωθῆναι. & pro χειρωθῆναι, χέεσθαι.

Pag. 206. σοφός δέ τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ IM. Hunc Mecænatem fuisse narrant Cedrenus, Manasses, Zonaras.] Ibidem σοφὸς δέ τις Ἀλεξανδρεὺς IM. Meminit huius Suetonius in Claudio tanquam Tiberio formando præpositi. Verba sunt Augusti ex Epistola quadam, cap. IV. Tiberium adolescentem ego verò, dum tu aberis, quotidie inuitabo ad cœnam, ne solus cœnet cum suis Sulpitio & Athenodoro. Immo & ipsius Augusti etiam præceptorem fuisse discimus ex Luciani Macrobiis. Ἀπολλόδωρος δὲ, ὁ Περγαμηνὸς, ῥήτωρ θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε ταυτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Vbi obserua Tarsensem dici, qui Alexandrinus nostro Metochitæ, (immo potius Glycæ) Cedreno, Manassæ qui eamdem Historiam recitant, vt & Zonaras: qui tamen de patria eum non indigitat. Hæc Meursius. Quid verò, si duo fuerint Athenodori, Tarsensis alter veteribus notus, & Alexandrinus iste à Græculis recentioribus in conspectum hominum deductus? Ibidem. ὥστε Ῥωμαῖος ἀνὴρ τὸν βίον ἐκλιπεῖν μέλλων. IM. Suetonius cap. LIX. Nonnulli patrum testamento cauerunt, vt ab heredibus suis prælato victimæ titulo in Capitolium ducerentur, votúmque pro se solueretur, quòd superstitem Augustum reliquissent] πηλίνην ἔφησε τὴν πόλιν εὑρὼν, IM. Suetonius cap. XXVIII. παρέκτου. Idem cap. XCIX. rem eandem narrat.

Pag. 207. μβ. IM. legit in suo codice φρακτῷ δευτέρῳ & obseruat Græcos posterioris æui dicere, φρακτὸς pro τεσσαρακοστὸς, idque se docuisse pridem in suo Glossario Græco-barbaro. Ibidem: τελειτίζουσα δὲ προσαγάγεται τῷ ναῷ. IM. Nicephorus Hist. Eccles. lib. 2. cap. VII. Vt verò infans (Maria) à lacte materno iam abhorruit, & mammam attingere noluit, promissionem mater adimplet: & in templum ascendens, iuxta votum, eam Deo consecrat, tertium iam tum ætatis agentem annum. Et Euodius in Epistola apud eundem Nicephorum libro II. cap. III. Trimula quum esset (Maria) in templum est præsentata.] Quod autem hic & alibi sæpe in partes aduocat Glycam nostrum, tanquam Metochitæ suo consonantem, hoc mirabilem hominis ἀβλεψίαν demonstrat. Ibidem: ὡσεὶ δέκα

Glycæ Annal.

γίνεται καὶ τεσσάρων ἐνιαυτῶν. σκέπτονται περὶ τούτου οἱ Ἀρχιερεῖς. IM. Cedrenus Γενομένης δὲ αὐτῆς ἐτῶν ιδ', καὶ δοκούντων, cum reliquis quæ leges apud eundem Chronographum editionis Regiæ pag. 186. Pro πάνταγρον lege πάνταγνον. ἔκθαμβος οὖν ἐπὶ τῷ ῥήματι γεγονυῖα IM. locus hic mutilus ac præcesserint adhuc alia, quæ petenda ex Historia sacra apud D. Lucam capite 1.]

Pag. 208. Τὸν κύριον μετὰ .... συνήθης ἔξοδος, F. ἐξοδία. Γρηγορίου, F. & M. ὁ θεολόγος. ὅπως ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ἑτέρῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ διεπλάττετο. Tum εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν seq. scribe διετοῦς. Παναρίῳ IM. τῶν Παναρίων ἀναλίσκειν. Pag. 210. τεκοῦσαι lege τεκοῦσα seq. Quis sit auctor λεπτῆς Γενέσεως Paruæ Geneseos, quam citant præter Glycam, Cedrenus & Zonaras, ignoratur, quoue sæculo è tenebris emerserit: nam antiquioribus fuit prorsus incognita. Qua verò ratione Christus Dominus Mosaïcæ fuerit Legi subiectus, disputant Theologi, sacrarúmque literarum Interpretes.

Pag. 211. Post vltimum vocabulum ὑποκείμενον, in F. quædam habentur, quæ in C. V. IM. & Leunclauiano codicibus desiderantur. Ea sunt de S. Iosepho: καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. τέθεικεν οὖν ἐνταῦθα τὸ ἕως οὗ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι πρὸ τῶν ὠδίνων ἀνέπαφος ἦν ἡ παρθένος ἐν ἀληθείᾳ· τὸ γὰρ μετὰ ταῦτα ἡμῖν κατέλιπε συλλογίζεσθαι. ὅτι τὴν οὕτω γενομένην μητέρα καὶ καινῶν ὠδίνων καὶ ξένων λοχευμάτων καταξιωθεῖσαν· οὐκ ἂν οὐδὲ μετὰ ταῦτα δίκαιος ὢν ἐκεῖνος ὑπέμεινε γνῶναι λοιπόν· καὶ οὕτω μὲν ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος, ἐπὶ τῷδε τῷ εὐαγγελικῷ καὶ θείῳ ῥητῷ. οἱ δὲ τοῦ καταράτου Μανέντος κληρονόμοι Παυλικιανοὶ μηδέν τοι τοῦτο ἐννοῆσαι δυνηθέντες, καὶ τοῦτο παρήχθησαν, ὡς προείρηται εἰπεῖν ἐπὶ τῇ ἀσπίλῳ καὶ παναμώμῳ τοῦ Κυρίου μητρὶ, ὅτι μετὰ τὸν σωτήριον τόκον ἑτέρους υἱοὺς ἔσχεν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ. μετὰ μέντοι, & quæ sequuntur initio pag. 212. ᾔδειν & ἀρχιερωσύνης scribe.

Pag. 213. ἀπόρους δὲ πάντας, F. & IM. πάντη. Post μαθηταῖς τοῦ Χριστοῦ, in F. sequuntur, quæ absunt ab editione Meursiana, Leunclauij versione, & codicibus V. & C. ὁ μέντοι καλοσκέπαστος ὁ Μεταφραστὴς ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ συγγραφέντι μαρτυρίῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Βαρθολομαίου καὶ Βαρνάβα φησὶ ταῦτα· ἄρτι δὲ τὸν παράλυτον ὁ Σωτὴρ ἰασάμενος κατὰ τὴν προβατικὴν εἶχε θεατὴν τοῦ θαύματος τὸν Βαρνάβαν· δι' ὃ καὶ πρὸς τὰ βάθη τῆς καρδίας ἀποβλεψάμενος, καὶ λόγου μετέδωκε, καὶ παρρησίας τῆς πρὸς αὐτὸν, ὁ τοίνυν Βαρνάβας τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου, ὃς Μάρκος ἐπελέγετο, καταλαβὼν, θείαν δὲ τούτου ταύτην εἶχεν ὁ λόγος φησὶ πρὸς αὐτήν· ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, ὃν ἐπεθύμουν ἰδεῖν οἱ πατέρες ἡμῶν ἰδοὺ παραγέγονε. καὶ ἅμα καταλιποῦσα πάντα κατέλαβε τὸν ναὸν, καὶ τῷ Χριστῷ προσπεσοῦσα πρὸς τὸν οἶκον αὐτῆς εἰσελθεῖν αὐτὸν παρεκάλει, καὶ δὴ καὶ ἀφίκετο. Καὶ ἔστιν οὗτος ἐν ᾧ τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν ἐπετέλεσε. λόγος δὲ ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς καταβέβηκεν, ὡς κεράμιον βαστάζων τοῦ ὕδατος, ᾧ κατακολουθεῖν ὁ Χριστὸς τοὺς μαθητὰς ἐπέτρεψε, Μάρκος ἦν ὁ σοφὸς, ὁ τῆς Μαρίας ταύτης υἱός· ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ οἴκῳ καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν ἀνῆλθον ὑποστρέψαντες οἱ Ἀπόστολοι μετὰ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν, ἐν οἷς ἦν καὶ Βαρνάβας, καὶ Μάρκος. Ἐπιφάνιος δέ τις, & reliqua, vt in editis, vbi περὶ τὸν δεῖνα lege πρὸς τὸν δεῖνα, & Παύλου μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα rectiùs quàm quod exhibet Meursianus Metochita μετὰ τὸ παθεῖν forte in MSS. scriptum erat θανεῖν quod ipse in παθεῖν vertit, reddidítque, postquam passus esset pater: neque enim legimus vspiam Zebedæum pro Christo martyrium subiisse. τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, ὑπάγετε πρὸς τὸν δεῖνα, Ἰωάννην ἐδήλου τὸν Θεολόγον. ἐκεῖ .....

Pag. 214. pro ἐπάνω στήσεται Παύλου Meursius in suo MS. Pseudo-Metochitâ legerat ἐπαγνωστήσεται sed emendauit in Notis scribendúmque monuit, vt ex nostris MSS. edidimus. Idem excudendum curauit κατὰ τὸν ἴδιον τόπον, vertitque pro suo quisque loco, cum κόπον legendum esse doceant verba sequentia Παύλου δὲ πλεῖον οὐδεὶς ἐκοπίασε. Scribe paullò pòst γραμματεῖς quod vna syllaba decurtauit cæcutiens Typothetà. Simonem Leprosum patrem fuisse Lazari, & à lepra fuisse à Christo sanatum Glycas asserit, & in eorum concedere videtur opinionem, qui

tres omnino, eásque à se inuicem diuersas, statuunt mulieres, quæ Dominum inunxerint: sed hæc ac similia firmare aut refellere pluribus non est animus.

Pag. 215. μεταλαμβάνοντες καὶ τοῖς ἄλλοις, Ita MS. noster codex & F. at Leunclauius ac Meursius: Μεταλαμβάνει πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ὁ Ιούδας καὶ πωικαδτα particeps etiam vna cum aliis factus est Iudas & ad Iudæos inde abiit, &c. ἤδει lege ἤδει. pro ἀλεκτρυὼν M. ἀλέκτωρ. δυσωπῆσαι legendum. Pag. 218. ἠνοίξατο V. & F. ἠνίξατο. tum παρακατιὼν & ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων ἡμέρα, ἡ καὶ ἁγία παρά...... deinde sub finem lege: εἰς δὲ πραιτώριον οὐ παραγενόμενοι. Pag. 219. εἴ γε δὲ μᾶλλον εὔλογον ὕστατα κατέχειν. tum διϊσχυρίζονται & ὧδε Απολλοφάνην ex V. F. & M. μὴ καταδεχόμενον τὰ Χριστιανῶν δὲ τάδε φησὶ κατὰ ῥῆμα πρὸς αὐτὸν, εἶπε δὲ αὐτῷ τῷ Απολλοφάνη. Τί λέγεις...... Obseruat verò in Notulis suis Meursius in Dionysij exemplaribus numero Duali esse ἀμφοτέρω & φρόντε καὶ συνεστῶτε. ἀληθὼς, scribe ἀληθῶς. Pag. 220. μήποτε δὲ αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, αὐτῶν. IM. Censeo transponendas voces, legendúmque μήποτε αὐτῶν ἀντὶ τοῦ, αὐτοῦ flagitat, & apud Matthæum, quem allegat cap. XXVII. versu LIII. αὐτοῦ legitur non αὐτῶν: Itaque dicit αὐτῶν legendum esse videri, non αὐτοῦ quemadmodum editur.

Pag. 221. Glycas noster annos ab Orbis conditu ad Incarnationem Verbi numerat quinquies mille ac quingentos, cùm alij ex Græcis aut plures aut etiam pauciores adsignent. Vide quæ præ cæteris de hoc argumento disputauit Petauius noster libris de Doctrina Temporum. οἱ δὲ Ιουδαῖοι ἵνα μὴ μένῃ. Neque Leunclauius neque Meursius videntur sat accuratè vertisse: Hic quidem: At Iudæi, ne in cruce corpora manerent diem Sabbati, quando præparatio esset, magnúsque omnino dies Sabbati apud ipsos haberetur, rogare Pilatum: Ille verò; Cæterum Iudæi, ne in cruce corpora per Sabbatum manerent, quãdo tum præparationis dies erat omnino celebris atque magna exorato precibus Pilato &c. sic enim vertendum: Iudæi verò cùm esset sexta feria præparationi dicata (quæ etiam dicebatur προσάββατον) ne die Sabbati, qui apud ipsos magnus habebatur, corpora in cruce manerent, rogarunt Pilatum &c. Pro φιλόθεον Ιερεμίαν legunt V. & IM. τὸν φίλον αὐτοῖς Ιερεμίαν βορβόρου λάκκῳ ἐνέβαλον. εἰσάγοντα lege εἰσάγεται. παραδίδοται V. & IM. παραδοῦναι. Pag. 223. Λουχᾶν scribe Λουκᾶν. Pag. 224. χαμόθεν. Post ἐμφανισθησόμενος ὑπὲρ ἡμῶν adde ex V. F. & editione Meursianâ: Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Παύλῳ λέγοντι οὐ γὰρ, εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν· ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.

Pag. 226. εὑρίσκει IM. εὑρίσκεται γὰρ ἕκαστος τῶν Αποστόλων. Moneo autem vulgatum Interpretem commodius textum Apostoli Pauli reddidisse cap. 14. I. ad Corinthios: Gratias ago Deo meo quòd omnium vestrum linguis loquor; quàm Leunclauium qui sic interpretatur: Ago Deo meo gratias, quòd magis quàm quisquam vestrum linguas teneo peregrinas πάντων ὑμῶν γλώσσαις λαλῶ. Pag. 227. ἀδιστάκτων IM. ἀδιστάκτως. ποῦ ὑπάγεις IM. ἀπάγεις. Pag. 228. post εὑρίσκεται F. & IM. διέρχονται δὲ ὁμοίως καὶ τὰ τῆς βασιλείας Γαΐου ἔτη δ' καὶ Κλαυδίου δὲ ὁμοίως διέρχονται ἔτη ὡσεὶ ιδ' τοῦτον ὁ Νέρων. ἐμφρόνοις F. & M. ἔμφρονας.

Pag. 230. ἔνδοξον IM. τὴν ἐν ἀρχῇ πάντως οἰκονομίας ὧν οἱ Απόστολοι μόνοι κατηξιώθησαν. κατὰ δύο λοιπὸν ὑπερέχουσι τῶν Προφητῶν οἱ Απόστολοι, καὶ κατὰ δὲ σωματικῶς...... Σωαμίτιδος F. & IM. Σωμανίτιδος. Απελιανοὶ IM. Απελλιανοὶ, vnde Apelliani meliùs Latinè dicentur quàm Appelliani. Quæ sequuntur pag. seq. de Magdalenæ cum Galeno Pergameno Medicorum Principe prorsus fabulosa sunt, licet aliunde id probari potuerit debuerítque, quàm ex libro ad Pisonem, πρὸς Πίσωνα qui apud aliquos controuertitur an inter genuinos Galeni libros accenseri debeat. ὡσεὶ ρν' ἔτη, scribe, inquit Ioannes Meursius in Notis, ὡσεὶ ρπ', nam à Christi natiuitate ad imperium Commodi vsque anni putantur præterpropter CLXXX. Verùm obseruatione illa carere potuimus: cum enim dicat Glycas ἀπὸ γὰρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χρι-

σου ἕως αὐτῆς τῆς βασιλείας Κομόδου, & ipſe vertat; Nam à Domino Ieſu Chriſto vſque ad Commodum Imperatorem anni fere centum quinquaginta habentur, nihil omnino mutandum in textu videbatur, cùm à baptizato vel paſſo Domino IESV-CHRISTO ad Commodi primordia reperiatur aſſignatus à Glycâ noſtro annorum interlapſorum numerus.

Pag. 232. poſt ἀκρότης adde: πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸν τοῦ θείου ἐκείνου ὕμνου παρ' ἀγγέλων προεξάρξαντα θεόληπτον γεγονότα, ἐξιστάμενον, καὶ ὅλως ἐκδημοῦντα, πρὸς τὴν ὑμνῳδίαν μεταποιούμενον: & poſt Ἱεροθέῳ: καὶ δῆλον ἐξ ὧν αὐτὸς ἔγραφε πρὸς Τιμόθεον· ἡνίκα γάρ φησι καὶ ἡμεῖς ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ σώματος συνεληλύθαμεν. καὶ οὕτω μὲν ὁ διαληφθεὶς θεῖος Διονύσιος. Γλῶν εἰ καὶ τῆς φύσεως νόμοις· ἠνοίγετο, ſcribe ἠνοίγετο. Pag. 284. δυσθυμήσας ὁ βασιλεὺς adde ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐξεκένωτο. ἐν ξενωπῷ IM. ἐν ξενοπόλει τῆς Ῥώμης. Antequam verò ad ſequentia progrediar, monendos eſſe Lectores exiſtimo, in pluribus aberrare Glycam noſtrum, quæ ad Romanos Imperatores ac Conſtantinopolitanos pertinent: quæ ſi ad amuſſim atque examen Chronologicum reuocare voluiſſem, plures implere paginas & ingens Notarum volumen conſarcinare mihi opus fuiſſet. Cùm aliquid dubij occurrerit, ad ſcriptores συγχρόνους ſatius erit recurrere, quàm turbidos recentiorum arenteſque riuulos conſectari. His præmiſſis reliqua pertexam, memor propoſiti, ac breuitati, quantum licebit, ſtudebo: ne ſimilis nonnullis efficiar, qui annotandi nullum finem faciunt, ac triuialia quæque in cumulum congerendi.

Pag. 236. ſcribe ἐπέραστον ne nomen proprium eſſe arbitieris, cum Leunclauio & quibuſdam aliis. Seq. παῖς, ὅτι Νέρωνα ..... ἐπιμεσώθη, IM. διεσώθη, ſed hæc ac ſimilia ſi quæ occurrant leuiſſima ſunt vt διεῤῥύη pro περιεῤῥύη χειρός. Pro τῶν θυρῶν lege θυρεῶν & pro ὄρθρια, vt Meurſius monuit ὄρθια: & ad verba iſta, ἐπὶ τῶν δύο μερῶν, annotauit: Nam duplex vrbs erat; & vna pars ἡ ἄνω πόλις, altera ἡ κάτω dicebatur. Ioſephus de Bello Iudaico libro VI. cap. XIII. αὐτὴ μὲν de vrbe Hieroſolyma loquitur, eiúſque ſitu, ἐπὶ δύο λόφων ἀντιπροσώπως ἔκτιστο. μέσῃ φάραγγι διῃρημένων, εἰς ἣν ἐπάλληλοι κατέληγον αἱ οἰκίαι. τῶν δὲ λόφων, ὁ μὲν τὴν ἄνω πόλιν ἔχων, ὑψηλότερος πολλῷ, καὶ τὸ μῆκος ἰθύτερος ἦν. ἅτερος δὲ ὁ καλούμενος ἄκρα, καὶ τὴν κάτω πόλιν ὑφεστὼς, ἀμφίκυρτος.]

Pag. 238. συῤῥηγμὸν etiam habent F. & M. περὶ ὧν τοῦ πολέμου F. παρὰ τοῦ πολέμου.. βλέπειν τὰ βασίλεια ſcribe βλέποντα βασιλέα. Quæ autem anſulis concluſa ſunt pag. ſeq. & in noſtro MS. habentur, deſiderantur in V. F. M. μηδὲν δὲ ἀδελφὸν M. ἀδελφοῦ· καὶ πόσον M. ὁποῖον τὸ τέλος. φενακίζειν, V. φενακιστὴν αὐτὸν, κελεύει πυρὰν ἀναφθῆναι. Poſt ἐγχείρημα in F. & IM. τοῦτο τέλος οὐ δέχεται. μελαίντερω, ſcribe μελαντέρῳ. Cur verò Leunclauius Meurſiúſque κώνωπας reddiderint pulices, nobis latet, cùm κώνωψ omnium Lexicographorum conſenſu culicem ſignificet, atque ipſa κωνωπείου dictione etiam Latinis familiari ſignificetur velum ad arcendos culices. ſed quid facias? quandoque bonus dormitat Homerus. Deinde quid concuſſæ ſeu quaſſatæ arundines ad fugandos pulices? Falſum quoque eſt quod omnes codices & vterque Interpres habent Traianum imperaſſe dumtaxat annis nouem cum ſeptem menſibus: ſcribendum fuerat annis nouemdecim, vt alibi fuſius docuimus, cum menſibus ſex & diebus 15. ab anno Chriſti ſcilicet 98. ad 117. Idem quoque vidit Meurſius, & Conſtantinum Manaſſem pariter errantem reprehendit. Neque omittenda eiuſdem Meurſij obſeruatio tum ad hæc verba: τοὺς ὄφεις καὶ τοὺς σκορπίους ἐκ τῆς πόλεως ἐφυγάδευσε, Nicephorus Hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. XI. Eius ætate Apollonius quoque Tyaneus vixit, quem Hiſtoriæ produnt Româ Byzantium veniſſe, atque ibi dæmoniacis quibuſdam præſtigiis atque incantationibus magnam vim ſerpentum & ſcorpionum fugaſſe, & præterea ferociſſimos quoſque equos frænaſſe. Idem tradit Heſychius Mileſius in Originibus Conſtantinopolitanis, quem notis idem illuſtrauit; tum ad alia quæ ſequuntur ἀφ' οὗ ἐπιμεκλήθη τῆς ἐξουσίας

ὁ Θεολόγος: de Ioannis Theologi è Pathmo reuocatione Chronicon Alexandrinum in Olympiade CCXIX κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὁ βασιλεὺς Νερούας ἀνεκαλέσατο τὸν Απόστολον Ιωάννην ἀπὸ Πάτμου τῆς νήσου.)

Pag. 240. ὁ γὰρ Διάλογος μέγας Γρηγόριος IM. Cur Gregorius sit Διάλογος cognominatus, tradit Cedrenus. ἐν δὲ τῇ πρεσβυτέρᾳ Ρώμῃ Αποστολικὸς ἀνὴρ καὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου συνώνυμος, ὃς καὶ διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα θεῖα ποιήματα Διάλογος ἐκλήθη. Idem ad ea verba, ὧν ἕνεκα σωτηρίας ἔτυχε ista præmisit: Traiano Imperatori salutem impetratam precibus Gregorij Dialogi tradiderunt è Græcis Theologis quidam. Ioannes Damascenus in his est, sermone περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων. Locus iste est: Δέον τοίνυν τῶν ἄλλων ἱστοριῶν ἐπιμνησθῆναι πρὸς τούτοις. Γρηγόριος οὖν ὁ Διάλογος ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης ἐπίσκοπος, ἀνὴρ, ὡς ἴσασι πάντες, ἐν ἁγιωσύνῃ καὶ γνώσει ἐξάκουστος, ᾧ φασὶ λειτουργοῦντι οὐράνιος συνελειτούργει καὶ θεῖος Αγγελος. οὗτός ποτε ἀνὰ τὴν λίθινον πορείαν ποιούμενος, καὶ στὰς ἐξεπίτηδες, εὐχὴν κεκμηκυῖαν πρὸς τὸν φιλόψυχον κύριον ὑπὲρ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν Τραιανοῦ τοῦ βασιλέως πεποίηκεν. ὃς παραυτίκα φωνῆς θεόθεν ἐνεχθείσης αὐτῷ ἐπακήκοε, τάδε φησάσης· τῆς εὐχῆς σου, φησὶν ἐπήκουσα, καὶ συγγνώμην Τραιανῷ δίδωμι. σὺ δὲ μηκέτι προσθῇς ὑπὲρ ἀσεβῶν εὐχὰς προσενεγκεῖν μοι. Meminit quoque Euchologium Græcorum cap. XIX. vbi ita Sacerdos orat: ὡς ἔλυσας τῆς μάστιγος Τραιανὸν δι' ἐκτενοῦς ἐντεύξεως τοῦ δούλου σου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου, ἐπάκουσον καὶ ἡμῶν δεομένων σου.

Ibidem post ὁ μέντοι Τραιανὸς adde μετὰ τοῦ συγκαταπλεῖσθαι, legit F. συγκάμπτεσθαι ξένοις καὶ παραμυθεῖσθαι φίλους ἀνεξικάκως ἀπασῶν ἔφερε λοιδορίαν δεῖν ἀξιοῦσθαι τοῦ Θεοῦ λέγων τὸν βασιλέα, καὶ πάσης ἀνέχεσθαι ὕβρεως) Αδριανὸς ἔτη κδ'. Ita etiam Cedrenus & Manasses. Zonaras annos XIX. Rectius Fasti annos numerant XXI. cum quibus facit Spartianus in eius vita: Imperauit annis XXI. mensibus XI. Idem Meursius ad hæc verba: Καθίστησι δὲ τῶν ἔργων ἐπιστάτην τὸν Ακύλαν ἐκεῖνον: Vide Epiphanium lib. περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, & Euthymium Præfatione in Psalmos.)

Pag. 241. παραιτεῖσθαι F. & M. παύσασθαι. μηχανώμενος M. μηχανευόμενος. Ευσεβὴς ἔτη κβ'. IM. Antonino Pio annos XXII. tribuit etiam Manasses, Fasti XXIII. Cedrenus & Zonaras XXIV. Chronicon Alexandrinum XXI.) Imperauit omnino annis XXII. cum dimidio, ab anno 138. ad annum 161. Qui dicitur Græcis quibusdam, ac nominatim Glycæ nostro, Σέβηρος, aliis dicetur Οὐῆρος, & vulgo Lucius Verus. scribe postea ἐντεθραμμένος & post ὅτι πολλῆς adde, ποτὲ πεισάντων αὐτὸν ποτὲ πολεμίων, ἐπὶ χρημάτων ἐσπάνιζεν εἰς τὸ συλλέξαι στρατὸν, τὸν κόσμον ὥς φασι τὸν βασίλειον εἰς ἀγορὰν προέθετο, κηρύξας ἀνυποστόλως τὸν βουλόμενον ἐξωνεῖσθαι λίθους μαργάρους, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Γίνεται ταῦτα, συνῆκτο χρήματα, σκορπίζει ταῦτα τῷ στρατῷ· ὁρμᾷ κατὰ τῶν ἐναντίων. ἐμποδών, σκυλεύει. νικητὴς ὑποστρέφει. τίθησι λοιπὸν χρήματα τῇ ἀγορᾷ. τίνος ἕνεκεν; ὥστε καὶ πάλιν τὸν θέλοντα τὰ ἐξωνηθέντα διδόναι, καὶ τὸ τίμημα λαβεῖν.

Pag. 242. μετὰ τοῦτον Σεβῆρος, IM. Hic omittit Didium Iulianum qui Imperium septem menses tenuit: sed librarij culpam censeo inquit: quod verò subiicit neque Glycam Didij huius meminisse, mirari profectò desinet qui nouerit vnum eundemque esse Glycam cum suo illo Theodoro Metochita. De Zeuxippi balneo notum ex Historia CP. Suida, Codino &c. φιάλη F. & M. φιαλῷ. τοῦ μαρτυρίου στέφανον coronam testimonij interpretatur Leunclauius, aptiùs verò vt quidem videtur coronam martyrij Meursius.

Pag. 243. Post καὶ μῆνας β' ex F. & IM. ἐφ' οὗ Σαραπίων τις μαθηματικὸς ὢν, ὃς ὑπέδειξεν Αντωνίνῳ Μακρῖνόν τινα τὸν μετ' οὐ πολὺ διαδεξόμενον αὐτὸν ἐπὶ συγκλήτου. Καὶ ὁ Αντωνῖνος παριδὼν, ἄλλον ἀντὶ Μακρίνου φονευθῆναι ἐκέλευσε. Μετὰ δὲ Αντωνῖνον .... Post ποιῆσαι, ὡς δὲ λέγουσι καί τινας τῶν ἰατρῶν ὑποβάλλει διφυῆ αὐτὸν δι' ἐντομῆς ἐμπροσθίου ποιῆσαι.

Pag. 244. Presbyteros & Diaconos, in Seniores & ministros malo exemplo vertit Leunclauius, quos Meursius, quamuis & ipse Caluini sectator, sed in plerisque modestior ac priscorum rituum obseruantior, rectè atque ex veteri Ecclesiæ more

Presbyteros & Diaconos appellauit. Επίσκοπος in F. & M. πρόεδρος, & pro μόνον ἔσαι legunt ἔσω ὀρθόδοξος : ἄσμοὶ F. & M. ἀτμοί τινες. Κιντίλος M. Κιντίλιος. Pag. 245. Μοψυεστίας lege Μοψουεστίας. Θρῆνα τοῦ Χειστοῦ adde ex F. περὶ τοῦ παθεῖν, vel ex editione Meursij, περὶ τοῦ πάθους ἄφθαρτον. φενάδας lege ψηνάδας. προφασισάμενοι, M. ἀποφασάμενοι.

Γίνωσκε δὲ ἀγαπητέ, & quæ sequuntur hac & proxima paginâ, absunt ab editione libri huius, seu τμήματος tertij, quam sub falso Theodori Metochitæ nomine procurauit Ioannes Meursius, & Latinam adiecit interpretationem à Leunclauiana aliquot dumtaxat verbis atque adstrictiori dicendi charactere diuersam. De Ioanne Scylitze, Georgio Syncello Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani, de Theophane Confessore Agri Abbate, quem Leunclauius minus rectè vocauit ruri degentis cœtus præfectum, similibúsque Historicis ac Chronologis, plura docuimus in Delineatione Apparatus Historiæ Byzantinæ Parte Secundâ: & de Nicephoro Generali Logotheta τοῦ ἀπὸ γενικῶν, eiúsque genero Michaele Rangabeno, Parte Prima. Pag. 246. Post Μαξιμιανοῦ in F. δηλονότι καὶ Μαξιμίνου τοῦ αὐτοῦ non expressa υἱοῦ dictione, quam in suo codice reperit Leunclauius, & nos in Claromontano, in quo post κατήρξατο reperitur sequens Imperatorum à Constantino Magno vsque ad Ioannem Commenum, sub quo eiúsque filio Emanuele florebat Glycas, deductorum Catalogus, cui in Fontisebraldensi præfigitur iste titulus: Σύνοψις ὡς ἐν πίνακι τῶν βασιλέων; in Vallicellano verò teste V. C. Lucâ Holstenio, Βασιλεῖς Κωνσταντινουπόλεως ἐντεῦθεν ἐξήκασι τὴν ἀρχήν. Nos describemus ex nostro.

ΟΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ, ΟΙ ΤΙΝΕΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

Ο μέγας Κωνσταντῖνος ἔτη λβ'. μῆνας ια'.
Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κν'.
Ο Ιουλιανὸς ἔτη β'. μῆνας ἑπτά.
Ο Ιοβιανὸς ἔτος ἕν.
Ο Οὐαλεντινιανὸς ἔτη ιβ'.
Οὐάλης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ'.
Γρατιανὸς ἔτη τρία.
Ο μέγας Θεοδόσιος ἔτη ιζ'.
Αρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιϛ'.
Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ἔτη μβ'.
Μαρκιανὸς ἔτη ϛ'.
Λέων ὁ μέγας ἔτη ιζ'.
Λέων ὁ υἱὸς τοῦ Ζήνωνος ἔτος ἕν.
Ζήνων ὁ καὶ Ισαύρων σὺν τῷ Βασιλισκῷ ἔτη ιζ'.
Αναστάσιος ὁ Δυρραχηνὸς ἔτη κζ'.
Ιουστῖνος ὁ γέρων ἔτη θ'. ὁ καὶ ὁ Θρᾷξ λεγόμενος.
Ιουστινιανὸς ὁ μέγας ἔτη λθ'.
Ιουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἔτη ιϛ'.
Ο Τιβέριος ὁ Θρᾷξ ἔτη δ'.
Ο Μαυρίκιος ἔτη εἴκοσι.
Φωκᾶς ὁ καππαδόκης ἔτη η'.
Ο Ηράκλειος ἔτη λ'.
Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτος ἕν.
Ηρακλεώνας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μῆνας ϛ'.

Κώνςας ὁ υἱὸς Κωνςαντίνου ἔτη κζ'.
Κωνςαντῖνος ὁ Πωγωνάτος ἔτη ιζ'.
Ιουςινιανὸς ὁ Ρινότμητος ἔτη ιϐ'.
Λεόντιος ἔτη τρία.
Οψίμαρος ὁ Τιϐέριος ἔτη ζ'.
Ιουςινιανὸς πάλιν ὁ Ρινότμητος ἔτη ς'.
Φιλιππικὸς ἔτη δύο.
Αρτέμιος ἔτη δύο.
Θεοδόσιος τῶν κάτω ἔτη δύο.
Λέων Ισαυρος ὁ κώνων ὁ καὶ εἰκονομάχος ἔτη κγ'.
Κωνςαντῖνος ὁ Κοπρώνυμος ἔτη λδ'.
Λέων ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ε'.
Κωνςαντῖνος καὶ Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔτη ιε'.
Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γλυικῶν ἔτη θ'. σὺν Σταυρακίῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ μῆνας β'.
Μιχαὴλ ὁ Ραγγαϐὲ ἔτη δ'. μῆνας θ'.
Λέων ὁ Αρμένιος ἔτη ζ'. καὶ ἥμισυ.
Μιχαὴλ ὁ Τραυλὸς ἔτη η'. μῆνας θ'.
Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιϐ'. μῆνας γ'.
Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ μέθυσος σὺν Θεοδώρᾳ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἔτη ιδ'. καὶ μόνος ὁ Μιχαὴλ ἔτη ια'.
Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἔτη θ'.
Λέων ὁ Φιλόσοφος ἔτη κς'.
Αλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μῆνας ιγ'.
Ο Κώνςας ὁ υἱὸς τοῦ Φιλοσόφου ἔτη ε'.
Ρωμανὸς ὁ Λακαπινὸς ἔτη κς'.
Κωνςαντῖνος πάλιν τοῦ Φιλοσόφου ἔτη ιδ'.
Ρωμανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ'.
Ο Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς ἔτη ς'.
Ιωάννης ὁ Τζιμισκὴς ἔτη ς'.
Βασίλειος ὁ Πορφυρογέννητος ἔτη ν'.
Κώνςας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ'.
Ρωμανὸς ὁ Αργυρόπουλος ἔτη ιε'. S.
Μιχαὴλ ὁ Παφλαγὼν ἔτη ζ'.
Η Ζωὴ σὺν τῷ Μιχαὴλ τῷ καλαφάτῃ μῆνας δ'.
Κωνςαντῖνος ὁ Μονομάχος σὺν τῇ Ζωῇ ἔτη ιϐ'. S.
Θεόδωρος ὁ ἀδελφὸς τῆς Ζωῆς ἔτος ἕν.
Μιχαὴλ γέρων ὁ ςρατιωτικὸς ἔτος ἕν.
Ισάκιος ὁ Κομνηνὸς ἔτη β'.
Κωνςαντῖνος ὁ Δοῦκας ἔτη ζ'. S.
Εὐδοκία σὺν τῷ Μιχαὴλ υἱῷ αὐτῆς μῆνας ζ'.
Καὶ μετὰ Ρωμανοῦ τοῦ Διογένους ἡ Εὐδοκία ἔτη γ'. μῆνας η'.
Μιχαὴλ ὁ Παραπινάκης ἔτη ς'. S.
Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης ἔτη γ'.
Αλέξιος ὁ Κομνηνὸς ἔτη λζ'.
Ιωάννης ὁ Κομνηνὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κδ'. καὶ ἥμισυ.

NOTÆ ATQVE EMENDATIONES
AD QVARTAM PARTEM ANNALIVM
MICHAELIS GLYCÆ.

QVÆ de Constantino Magno narrat pag. 247. pleraque suspecta sunt, fabulisque permixta. Pag. 248. συνεβούλευσαν legendum. Γείσκος etiam reperitur in MSS. V. & F. pro quo subrogandus Κείσαος, vt omnis loquitur antiquitas. Vxor quoque Constantini falsò asseritur Maximina, filia Diocletiani, ac mater filiorum trium, scilicet Constantini Iunioris, Constantis, ac Constantij, qui post patrem imperarunt: adeò fabulosis narrationibus scatent Græculi recentiores, dum ab Eusebio, Socrate, Sozomeno, Theodorito, priscísque scriptoribus longiùs aberrant. Pro θυγατέρος lege θυγατρός. Post Ελένης, in F. additur, ἐπὶ τῷ Ιουδαίων μέρει προσχειμένης, agnouitque in suo Leunclauius, qui vertit, quæ tum adhuc obnixè Iudæorum partibus adhærebat: licet Veterum nullus id mihi asseruisse videatur. ἀπελθεῖν adde ἐπὶ τὰ ἑσπέρια.

Pag. 249. μεγάλη, F. μεγαλωτάτη αὕτη. ποιῆς θέμα τι, F. θεμάτιον. διαμεῖναι, F. διαβῆναι. De Valente Astronomo aliâs. ἐξέστησαν τούτῳ, F. τούτων. Pag. 250. ὁ δὲ τοιοῦτος λίθος, & quæ sequuntur, absunt quidem à versione Leunclauij, sed eadem reperiuntur in F. Post ποιήσας restitue omissam vocem Καίσαρας: neque facilè assentiare iis, quæ narrat de Constante Cæsare Constantinopoli relicto, cùm nondum exstructa foret, & de Licinio Nicomediam misso, quem falsò vocat Constantini generum. Post ἀδελφῷ excidere verba ista, καὶ ὃς πόλεμον ἠπείλησε τῷ ἀδελφῷ διὰ γραμμάτων. ἐξίστασιν, F. ἐξιστῶσιν αὐτόν. Pag. 251. ἔκραζον vertit crocitabant, siue clangebant, strepebant, vociferabantur. Miror autem Glycam è Syriaca lingua allusionem quæsiuisse, cùm Latina esset in promptu cuiuis Romano. Cras enim crastinúsque dies omnibus notus. Sed hæc obiter: rem nostram propiùs spectat interrogatio Ethnicorum: τί βοῶσιν αὗται, κακόγηρε; sic enim interpungendum est ex F. Quid illæ sic perstrepunt, ô infortunate Senecio? Minus enim rectè in nostro codice κακόγηρε iungitur cum εἰπὲ, sícque interpretatus est Leunclauius: Syrorum ô improbe, lingua &c. Etsi enim alia desint, vox ista contumeliosa parum sanè congruit modestiæ sanctissimi Antistitis, nec vni dumtaxat Ethnico respondit à pluribus interrogatus παρὰ τῶν Ελλήνων ἐρωτηθείς. Quæ subdit de Constantino Romæ per annos 12. vel vt habet F. ιγ'. 14. imperante, Constantinopoli verò per annos 20. refelluntur facile ex iis, quæ de Encæniis nouæ Romæ ij. Maij anni Christianæ Epochæ 330. & obitu Constantini anno 337. alibi docuimus. καὶ ὁ μὲν μοναχὸς Ἀλέξανδρος. Pro ἀπέθανε lege ἀπέθανον δὲ τοῦτο, vt in F. & L. συνέχεσθαι iidem codices συνδέχεσθαι.

Pag. 252. lege δι' ἣν εἶχον δυσωδίαν. Errat Glycas dum Arij fœdissimam mortem sub Constantio collocat: & Flauianum eodem imperante Antiochenum fuisse Antistitem docet. Post Ιουλιανοῦ adde κτιζόμενον. an verò Antiochiæ cum Gallo fratre, aut potius Cæsareæ, Lectoris officio functus fuerit perditus ille apostata, non multùm interest. φώτισμα reddit Leunclauius illustrationem diuinam, cùm Christiano more baptismum dicere debuisset, omittítque ista ex Metaphraste fuisse desumpta; verba enim ista ὡς ὁ Μεταφράστης ἱστορεῖ, non tantùm in nostro, sed & in

& in F. leguntur. Idem interpres Leunclauius parum idoneè pag. ſeq. τὴν πεντηκοστὴν vocat Quinquageſimæ feſtum, cùm vſu receptum ſit apud omnes Chriſtianos nomen Pentecoſtes. Poſt μικροῦ adde, ἐνήσκητο δὲ ταῖς βίβλοις ἱεραῖς· ἀλλ' ἄνδρες ὕστερον αὐτόν. Παυέα, δι' lege Παυεάδι, ὃν ἡ. Pag. 254. poſt βασιλείας adde ἐν Κιλικίᾳ ἐτελεύτησεν. Pag. 255. ιδ'. F. habet ιγ'. τυφλαῖς F. τυφλοῖς, tum ſcribe μήτηρ.

Pag. 256. ἐξεχείζετο, F. ἐνεχειρίσθη; & pro Γαλλακίδος legit Πλακίδος & Ωνόειον, qui melius dicendus fuerat Ονώειος. Quæ de Arſenio Glycas refert, qui humaniorum literarum cauſabatur obliuionem, ex quo ſacris altaris miniſteriis fuiſſet per conſecrationem admotus, ſic enim intelligenda ſunt verba illa, διὰ τὸ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι κατὰ τὸν νοῦν ποιήσασθαι, Leunclauius in profanum ſenſum, vel inſcitia antiquitatis, vel nouatorum ſtudio conuertit: quod ſe diſciplinas illas orbiculares ex eo tempore, quo muneri ſuo præfectus fuiſſet, neglexiſſe diceret. Quid enim ſic χειροτονεῖν norunt Theologi Catholici; ne in re non dubia teſtibus vtar non neceſſariis.

Idem Leunclauius διὰ σπαθαρίου ἀποκτεῖναι vertit gladiolo interficere, ac ſi τὸ σπαθάριον diminutiuum eſſet ἀπὸ τῆς σπάθης legimus quidem σπαθίον apud Theophanem alioſque, & ſpatham ſiue vt alij codices præferunt, *ſpathium*, apud Auguſtinum in Pſalm. 149. pro framea, & ſpatham apud Vegetium, Apuleium, ſimiléſque. σπαθάριον autem nondum mihi occurrit. Itaque διὰ σπαθαρίου per ſpatharium, id eſt, ſatellitem, armigerum, ſiue armorum portatorem, vt explicant Gloſſæ, vertendum erat. Id omnino euincunt, cùm Iulius Metaphraſtes in vita Arſenij, σπαθάριον οὖν ἵνα τὸν ὑπηρετούμενον ἔχων, tum Mauricius Imp. Cedrenus, Conſtantinus Porphyrogenneta è Græcis, è Latinis verò Adelmus & Alcuinus à Meurſio citati in Gloſſario Græcobarbaro, quibus & alij haud ægrè potuiſſent à nobis adiungi: quod factum ſcimus à V. C. Carolo Annibale Fabroto in Gloſſario ſiue Interpretatione obſcurorum verborum Cedreni.

Pag. 258. ἡμέρας ζ'. F. habet ἐπὶ μῆνας ζ'. menſes ſeptem, non dies tantùm. ἐκ, lege ἐν τοῖς ἐρχομένοις ſeq. εἰς Γοντίους, F. Ποτίους. Falſas autem eſſe Innocentij Papæ pro Chryſoſtomo ad Arcadium literas, eiuſdémque Imperatoris Arcadij ad Innocentium reſponſionem, atque ab imperito quodam fabulatore ſuppoſitas, docet omnis Temporum illorum hiſtoria, quam per ſingulos annos in Chronicis noſtris Hiſtorico & Chronico digeſſimus. Lege autem ἐξέωσας, ἀναγνῶτέ μου, & τούτων ἀκούσας Αρκάδιος. ſeq. quoque ὑμετέραν πραότητα, προεξέβαλεν, & καὶ πολὺ μέρος αὐτῆς. Pag. 261. Leunclauius vertit ξηροκοιτίαν, aridis tantùm cibis deguſtatis cubationem: quid ſi ad χαμευνίας potiùs reſpexerit, aut duram in aſſere, ſtorea, matta, aut nuda humo cubandi rationem.

Pag. 263. τῆς μεγάλης μάρτυρος, F. μεγαλομάρτυρος, & pro Σιμεὼν, habet Συμεών. ſeq. lege ἡ θεία ἐσθής. Poſt χωραρχαι βάρβαροι deſinit alter è Claromontanis Glycæ MSS. codicibus, quo plurimùm vſi ſumus; ſed nonnulla habet de ſeptem Synodis Vniuerſalibus ſuo deinceps loco non omittenda. Interim monebimus in codice F. non 18. ſed 17. Leoni ſeniori annos tribui, eius verò ex filia nepoti Zenonis filio Leoni, non annos duos, ſed vnum dumtaxat adſignari.

Pag. 265. παρελυόμενος, lege παραλυόμενος, & pro τῷ βασιλ, τοῦ βασιλέως μέρει. ἐτῶν ϛ'. καὶ η'. lege ϟ'. καὶ η'. hoc eſt 98. De voce κόνδιξ, & de Ciſterna Moceſia, ac ſimilibus, plura potuiſſem ediſſerere: verùm conſultò abſtinui, ne eadem quæ in aliis arguere ſoleo, & ipſe peccem. Pag. 266. F. βασιλεύσας οὖν δ'. Μελίγερ corruptè pro Γελίμερ. ῥομφαίαν ſcribe ῥομφαίας. Pag. 267. οἱ τοῦ Πρασίνου δήμου. Pag. 268. notanda verba φιλοβένετος, νουμία, ξύλος, βησάλων, σωλαία, Αὐγουστιῶν, θανατικὸν, & ſimilia quæ ad Gloſſaria potiùs pertinent, quibus omiſſis, ὥστε κεντηνάρια π', legit Leunclauius, alij codices habent ρρ''. Errat quoque idem Interpres cùm Euthymium Patriarcham pro Eutychio ſubſtituit, & εἰσοδεῦσαι, ſic enim ſcribendum,

vertit templum ingreſſus. De eodem ſimiliter querimur, ac meritò, quòd nota Chriſtianis omnibus Aſcenſionis & Pentecoſtes feſta in Adſumtionem & Quinquageſimam transformarit, Deum ſermonem pro Verbo vſurparit, &c.

Pag. 269. pro ξυλόξυλος, F. legit ξυλόλουξος, & pro διὰ τὰ πλύσματα, πλώματα: & ſeq. Βυζαντίδα, pro Βυζαντίδην. De Metaxa & Metaxariis memini me dicere plura in Notis ad Theophanis Byzantij Photiana Excerpta. Pag. 271. lege πνευματομάχου. Pro χκ'. F. & Claromontanus habent χλ'. Pag. 272. σπε'. C. codex ρο'. Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου ἐκγόνου C. idem legit υἱοῦ Λέοντος, τοῦ υἱοῦ Κοπρωνύμου, quod eodem recidit: ac pro τη'. exhibet τξζ'. Patres qui ſeptimæ Synodo interfuerint. Pag. 273. ἡ πολύτιμος στολαία, F. πολυτίμητος στολεά. τὰ μηναιοστάγια, F. τὸ ναιοστολόγιον. Pag. 275. ἐν τῷ Εὐτρόπῳ, F. τοῦ Εὐτροπίου. καὶ τούτου γενόντος, F. γεγονότος. Idem quoque habet ἐνδύσας vt V.

Pag. 276. Βάρβαρον pro Σάρβαρον mendosè exhibet F. & Leunclauius Salbarum. περιπεσὼν, F. περιπεθείς. μετὰ τοῦτο, F. μετὰ δὲ τοῦτον. Interpres in fine minus rectè reddit ψαλλόμενος Pſalmos concinens, & ἀναστὰς ſurgens: Altera die canendo clamabat alta voce Miſeremini mei, ac vitæ redditus narrabat, &c. Quid verò ſit, τὸ τῆς πορνείας τελώνιον, ad quod ab Angelis delatus eſt ille ſcortator, atque inde à Dæmonibus deductus ad orcum, ab aliis ſagacioribus libenter didicerim.

Pag. 277. in F. deſunt poſt Ἀστάρτην iſta verba, ἤγουν τὴν σελήνην, veluti interpretationis vice inſerta. εἶχε δὲ καὶ ἐπίληψιν ex F. & ἐῤῥανίσατο pro ἠράνιζε. De Mahometis abominandi deliriis, Aſtarte Luna, Venere ἢ Ἀφροδίτῃ, ac ſimilibus plura alij, quæ non eſt opus noſtris notis inſerere, aut priuatis obſeruationibus illuſtrare.

Pag. 282. παρὰ γνώμην ſcribe. Quæro, vbi ſit Philonis illius Philoſophi, quam Glycas citat, Hiſtoria Eccleſiaſtica: de Auctore nonnihil diximus pag. 49. Delineationis Apparatus Hiſtoriæ Byzantinæ. Pag. 284. λαβρῷ πυρετῷ F. λαύρῳ, vbi etiam Καβαλία καὶ Καβαλλινοί. Pag. 285. poſt Κωνσταντῖνος in F. additur σὺν τῇ αὐτοῦ μητρὶ Εἰρήνῃ ἔτη ιϐ'. ὑφ' οὗ. Πατρίκιος ἀπὸ γυμνικῶν, F. ἀπὸ γυμνικοῦ. Pag. 286. in qua citantur Ioannis Zonaræ Annales, & Hiſtoriæ Ioannis Scylitzæ præſcribitur exordium, poſt δορατοτέρωτος γεγονὼς, addit F. κρατήσας μῆνας δύο.

Pag. 287. Θεοδότῳ, F. Θεοδώρῳ. idem poſt διερωτᾷ addit τε αὐτὸ καὶ μανθάνει τίνι προσήκει τὸ παλάτιον, καὶ ὁποῖα τὰ τούτου γνωρίσματα. ὁ δὲ τοῦ Λέων ὁ Ἀρμένιος πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ παρὰ Μιχαὴλ πέμπεται πρὸς τῆς ἔω στρατηγὸς ὁ Ἀρμένιος. Εἶτα μετέρχεται τὸ στρατιωτικόν. αἰτοῖρα κατὰ Μιχαὴλ· τείχινον .... Pag. 288. ex F. κατὰ Λέοντος μελετᾷ τὴν ἐπιβουλὴν ταύτην· ἐν τῷ κατέχοντι αὐτὸν ἀποκαλύψας παππῷα ταύτῃ τοι καὶ νυκτὸς εἰσάγεται σὺν τοῖς ψαλμῳδοῦσι στρατιώτας ἐνόπλους. καὶ ὁ μὲν Μιχαὴλ .... Pag. 289. ἔξημον, F. ἔξημον πλοῖον. Poſt Φρενῶν ἔχων, F. Δένδρεις καλούμενον. ἐξεράπλοισι, F. ἐξεράπλοισι τῷ Μεθοδίῳ. Pag. 290. lege ζώθαπτος.

Pag. 291. F. pleniùs iſta exhibet quàm alij codices: Μιχαὴλ ὁ Μεθυστὴς σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ Θεοδώρᾳ ἔτη ιδ' καὶ μόνος ἔτη ια'. Pag. 292. δριμύτατον, F. δριμυτάτην· συνήπτ· ἀγγελίας, F. ἀγγελίαν ἐπάγγεις μοι· ἐνασχούμενος, F. ἐνασχολούμενος. Pag. 294. θεραπείας ἄξιοι, F. δεξιοί. In eodem pro Βασίλειον & Βασίλειος ſæpe occurrit Βασιλέα & Βασιλεύς. Seq. καὶ τούτῳ F. τοῦτον τὰ κατ' αὐτὸν πεπραχότας. Pag. 296. ἀναφεὶς, F. ἀναφανείς. dein lege ἀρχιστρατήγῳ. Pro Λαυσακοῦ, F. Λαύσακος. Σανταβαρηνὸς, F. Σαβαταρηνός. Pag. 297. Λέων, Λέων, F. Λέον, Λέον. τὸ δοκεῖν, F. τῷ δοκεῖν. Ιζκηρος, F. Ιγγηρος. Tum κατὰ βασιλέως ξίφος. Pag. 298. φρικώδεις, F. φοβεραί. ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου. κἀν ὁ σοφώτατος μοναχὸς Μάρκος καὶ τῆς τοιαύτης μονῆς οἰκονόμος, ὁ καὶ τὸ τετραῴδιον πληρώσας τοῦ μεγάλου Κοσμᾶ habentur in F. quæ deſunt in Vallicellano & in verſione Leunclauij.

Pag. 299. τὰς ἀκτῖνας ἐπ' ἀνατολὰς ἀφιεὶς, F. contrario omnino ſenſu ἀπ' ἀνατολῆς ἀφεὶς. Tum Nicolaum appellat Patriarcham, cuius nomen alij ſilent.

Pag. 300. Post καὶ ὑβριστής, multa continet MS. F. quæ desiderantur in V. & interpretatione Leunclauij. sunt autem eiusmodi à nobis non prætermittenda quanquam pene omnia reperiantur in Cedreno Ioannis Scylitzæ exscriptore pag. 606. editionis Regiæ. Κοιλιακῷ δὲ νοσήματι συλληφθεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπὶ χρόνον τῷ τοιούτῳ πάθει κατεργασθεὶς, καὶ εἰς ἐσχάτην ἀδυναμίαν ἐληλακὼς, μόλις ἐδυνήθη ἐν τῷ τῆς ἐσχατείας καιρῷ τὴν συνήθη ποιήσασθαι δημηγορίαν. συναθροισμένης γὰρ τῆς συγκλήτου τοιούτων ἤρξατο πρὸς αὐτοὺς λόγων· τὸ μὲν ἐμὸν σαρκίον, ὦ φίλοι, νόσῳ ἐκτρυχωθὲν ἀπέρρευσε· καὶ ἡ ἰσχὺς ἐπιλέλοιπε. καὶ τάχα οὐκέτι μεθ' ὑμῶν βιοτεύσω. μίαν τοίνυν καὶ τελευταίαν ὑμᾶς αἰτῶ τὴν δὲ τὴν χάριν, ἀπομνημονεύσαι, ἣν εἴχετε πρὸς ὑμᾶς χρηστὴν διάθεσιν, καὶ ἀντὶ ταύτης εὔνοιαν, τῇ ἐμῇ συζύγῳ διατηρῆσαι, καὶ τῷ υἱῷ. καὶ εὐθὺς ἡ σύγκλητος δακρυρρόουσα καὶ μετ' ὀλοφυρμῶν ὑπέσχετο, εὔνοιάν τε διατηρῆσαι εἴς τε τὴν δέσποιναν καὶ τὸν ἡμέτερον δεσπότην καὶ βασιλέα τὸν σὸν υἱὸν, ὥστε εἰ δεήσοι, μυριάκις ἔμπροσθεν αὐτῶν ἀποθανεῖν. ταῦτα εἰποῦσα ἡ σύγκλητος, καὶ τελευταῖον ἀποδοῦσα ἀσπασμὸν τῷ βασιλεῖ. ἀπηλλάγη τοῦ βίου κατὰ τὴν ιαʹ τοῦ Μαΐου μηνὸς Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἀδελφῷ τὰ τῆς βασιλείας παραδοὺς σκῆπτρα. ὃν ἰδὼν ὥς φασι κατὰ τὴν τελευταίαν ἀτυχίαν εἰπεῖν λέγεται· ἴδε ὁ κακὸς καιρὸς μετὰ τοὺς ιγʹ. μῆνας. παραδοὺς τοίνυν ὡς εἴρηται τὸ τῆς βασιλείας κράτος καὶ πολλὰ παρακαλέσας τὸν αὐτοῦ υἱὸν Κωνσταντῖνον παιδοτροφῆσαι καὶ ἐπιμελείας ἀξιοῦν προσηκούσης. τελευταῖον δὲ καὶ διάδοχον αὐτοῦ καταλιπεῖν ἐτελεύτησε. Sequitur titulus περὶ τῆς βασιλείας Ἀλεξάνδρου, literis miniatulis, vt cæteri, exaratus, post quem hæc quoque habentur.

Κρατεῖ οὖν Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Λέοντος ἀδελφὸς μῆνας ιγʹ. συμβασιλεύοντος αὐτῷ καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Λέοντος παιδός. καὶ τηνικαῦτα Νικόλαον Πατριάρχην ἐκ Γαλακρηνῶν ἐκπέμψας ἤγαγε, καὶ τοῦ θρόνου καταγαγὼν τὸν Εὐθύμιον ἀνήγαγε τὸ δεύτερον Νικόλαον. καὶ ἅμα αὐτῷ καθεσθεὶς ἐν τῇ Μαναύρᾳ σελεντίου γινομένου τὴν Εὐθυμίου καθαίρεσιν ἐπηγήσατο, ὃν οἱ προσκείμενοι καὶ Νικολάῳ κληρικοὶ ἅμα τῇ καθαιρέσει ὥσπερ ἄγριοι ἐκπηδῶντες θῆρες ἔπληττον κονδύλοις, ἐνέτριβον, ἐκολάφιζον, τὴν ἱεροπρεπῆ ἀπέτιλλον γενειάν, ἐπὶ τραχήλου ὤθουν, καὶ ἄλλας αὐτοπίστους ποινὰς τούτῳ ἐπέφερον. ὁ δὲ ἱερὸς Εὐθύμιος πράως πάντα καὶ ἡσύχως ἐπέφερεν. οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, καὶ πάλαι βίον ἀβρόδιαιτον ἔχων, καὶ διακεχυμένον, καὶ πρὸς μόνα ἐπτοημένον τὰ κυνηγέσια, καὶ τὰς ἄλλας ἀκολάστους καὶ ἐκδεδιῃτημένας τῶν πράξεων, καὶ μηδὲν βασιλέως ἔργον εἰδὼς διαπράττεσθαι, ἀλλὰ τρυφαῖς καὶ ἀσελγείαις σχολάζειν ἠγαπηκὼς, ἐπεὶ τῆς βασιλείας καὶ τῶν ὅλων ἐγένετο ἐγκρατὴς, οὐδὲν ἄξιον λόγου ἢ ἐνόησατο, ἢ κατεπράξατο. εἶχε δὲ καὶ πρὸ τῆς βασιλείας συμπαίστορας αὐτῷ, καὶ τῶν ἀκολάστων πράξεων κοινωνοὺς, καὶ θεράποντας, Γαβριηλόπουλον, καὶ Βασιλίτζην. οὓς καὶ εἰς Πατρικιότητος τιμὴν ἀνεβίβασεν. ἐβούλετο δὲ τὸν Βασιλίτζην εἰς τὸν βασίλειον θρόνον ἀναγαγεῖν, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν οἰκεῖον ἀνεψιὸν εὐνουχῆσαι. καὶ ἐγένετο ἂν, εἰ μὴ θεὸς τοῦτο διεκώλυσεν· ἐφάνη δὲ καὶ κομήτης ἐκδύσεως, ὃν ξιφίαν καλοῦσιν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοί. τοῦτον δὲ ἔλεγον αἱμάτων χύσιν προσημαίνειν ἐν τῇ βασιλίδι. Quæ de Cometa Xiphiâ modò exscripsimus, reperiuntur quidem in codice Vallicellano, & in versione Leunclauij, sed alieno loco, imperante scilicet Alexandri nepote Constantino. Addit & sequentia MS. F. quæ tibi exhibemus.

Ὁ δὲ βασιλεὺς πλάνοις καὶ γόησιν ἐκδεδωκὼς ἑαυτὸν, καὶ πυνθανόμενος περὶ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας εἰ μακροχρόνιος ἔσεται, ὑπέσχοντο μακρόβιον ἔσεσθαι, εἰ ὁ ἐν τῷ ἱππικῷ ἑστηκὼς σύαγρος ὁ χαλκοῦς αἰδοῖα καὶ ὀδόντας μὴ ἔχων προσλάβοι παρ' αὐτοῦ. στοιχεῖον γὰρ αὐτοῦ εἶναι τοῦτον προέφασαν. Λέοντι γὰρ ἀντιμάχεται τῷ αὐτοῦ φασὶν ἀδελφῷ. οἷς πεισθεὶς ὁ τῆς ἀληθείας χωρίδιος τὰ λείποντα μέρη τῷ χοίρῳ προσανανέωσε. τῇ ἕκτῃ δὲ τοῦ Ἰουνίου μηνὸς λουσάμενος ὁ Ἀλέξανδρος καὶ ἀριστήσας καὶ οἰνωθεὶς μετὰ τοὺς ὕπνους κατῆλθε σφαιρίζων. πόνου δέ τινος γενηθέντος ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτοῦ ἀπὸ τῆς τῶν βρωμάτων ἀπληστίας καὶ τῆς μέθης ἀνελθὼν ἐν τῷ παλατίῳ, αἵματος αὐτοῦ πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν, καὶ τῶν αἰδοίων ῥυέντος μετὰ μίαν ἡμέραν ἐτελεύτησεν. ἐπιτρόπους καταλιπὼν, τὸν Πατριάρχην Νικόλαον, τὸν μάγιστρον Στέφανον, τὸν Βασιλίτζην, καὶ τὸν Γαβριηλόπουλον, τὴν βασιλείαν παραδοὺς Κωνσταντίνῳ τῷ οἰκείῳ ἀνεψιῷ.

Κρατεῖ οὖν ὁ τοῦ Λέοντος υἱὸς Κωνσταντῖνος ἔτη εʹ. οὗτος ὁ Κωνσταντῖνος ἱππικὸν ἐκτελέσας, nam quæ in editis leguntur à verbis hisce καὶ τηνικαῦτα, vsque ad ὁ μάταιος, absunt à F. suo antea loco inserta. Pro ἑαυτὸν, lege ἑαυτῷ καθίστησι. & post στέφεται, scribe

ex F. ἐπίβοπος τῦ βασιλέως Κωνςαντίνου. χώματα F. χάσματα γῆς. Quum verò legis ἐν τῷ θέματι τῶν Θρακησίων, reddi à Leunclauio, *in regione Thracensium*, caue Thraciam hîc suspiceris, alia enim te docebit omnia Constantinus hic noster Imperator ὁ Πορφυρογέννητης dictus lib. de Thematibus tertio, eiusque editores, cum Plinianis in Solinum Exercitationibus. Post τῆς ἱσαμένης restit uc ςήλης & seq. pro κυμήτλω in F. legitur κοσμήτλω, & pro αἰέμεινε, ἐνέμεινε, atque ἐσεῖται non εἰςεῖται.

Pag. 302. Ο μέντοι ὑὸς αὐτῦ τῦ Λέοντος Κωνςαντῖνος ὁ Πορφυρογέννητος, in F. pleniùs quàm in editis. Ηρακλέους & προνομίῳ legit. Quod verò ad vocem σημαντὴρ attinet, quam Leunclauius in Patronum Ecclesiæ vertit, ego verò aliàs Patroni statuam, vexillum, aut quid simile suspicabar, doctior modò effectus arbitror signum esse ac nolæ quam campanam dicimus bacillum seu malleolum, quo vel lignum, vel æs, aliúdve metallum ad conuocandos in Templum fideles percuti solet. Qua de re consulendi Leo Allatius Dissertatione de recentioribus Græcorum Templis, & R. P. Iacobus Goar ὁ μακαρείτης in Posterioribus ad Cedrenum Notis, vbi Guillelmum Xylandrum aduertit nullam σημαντῆρος significationem agnouisse. Quod & ipsi mirati sumus. Leunclauius verò patronum reddiderat, sed cum Græcus textus adhuc esset ineditus, quid ipse significare voluisset, paucis erat perspectum.

Pro κύναρα, quam vocem forte corruptam ex κώναρα, præter Vallicellanum habet etiam codex F. Cedrenus legit κώνων καρποὺς, καὶ θάσια, καὶ πιςάκια, ἔτι δὲ φοινίκων καὶ ςαφίδων καὶ ἰσχάδων τὰ λιπαρώτερα. Atque hæc dictio in posterum addenda erit Glossariis Græcobarbaris, deest enim in Meursiano, aliísque.

Pag. 303. pro ἀσέμναις πράξεις, F. exhibet ἀσέμνοις: multáque subministrat quæ absunt à Vallicellano & Leunclauij versione post ὡς ἔοικεν οὗτοι ἐργῆς. sunt autem huiusmodi quorum primam partem quæ ad manum S. Ioannis Baptistæ CP. delatam attinet reperies pag. 690. Historiæ Cedreni editionis Regiæ.

Ηδη δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ἡ τιμία χεὶρ τῦ Προδρόμου εἰς τὴν Μεγαλόπολιν ἐξ Αντιοχείας ἀποκλαπεῖσα παρά τινος διακόνου Ιωβ τοὔνομα, ἣν καταλαβούσης τὴν Χαλκηδόνα, ὁ βασιλεὺς τὴν βασιλικὴν ἐκπέμψας τριήρη, καὶ τῆς συγκλήτου ὅσον ἐπίσημον ἐξελθόντος καὶ τῦ Πατριάρχου Πολυεύκτου σὺν πάντι τῷ κλήρῳ μετὰ κηρῶν καὶ θυμιαμάτων εἰς τὰ βασίλεια ἤγαγεν, ἐπὶ δὲ τῦ πρεσβεβασιλευκότος Ρωμανοῦ τῦ Λακαπηνοῦ γέγονε χειμὼν ἀφόρητος ὡς κρυςαλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ρκ'. ἐπηκολούθησε δὲ τῷ χειμῶνι καὶ ὁ μέγας λιμὸς τοὺς πώποτε γενομένους ὑπερβαλλόμενος καὶ θάνατος ἀπὸ τούτου ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας τοὺς τεθνεῶτας ἐκκομίζειν, τῦ βασιλέως πολλὴν πρόνοιαν ποιησαμένου κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τῦ χειμῶνος καὶ τῦ λιμοῦ δι' εὐποιιῶν καὶ ἄλλων βοηθημάτων παντοδαπῶν. μεταςάντος τῦ Κωνςαντίνου καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν διαβαίνοντος κατάςασιν, Ρωμανὸς ὁ τούτου υἱὸς ἐγκρατὴς τῆς βασιλείας γίνεται.

Pag. 304. προσεκαλέσατο, F. μετεκαλέσατο. Βόνου, F. Βώνου. seq. λείαν pro λεῖαν: & κδ' pro ιδ'. post ὑπὸ τῶν τῆς ἀνατολῆς adde ex F. ςρατευμάτων ἀπάντων παρακεκινημένων ὑπὸ τῦ Τζιμισκῆ βασιλεὺς ἀναγορεύεται ὁ Φωκᾶς.

Pag. 306. ἐμπεπλησμένον, Plenum sanguine, pro quo F. habet ἐμπεπιλημένον; sicque legit Interpres, qui vertit, condensatum. Verùm si Græcum textum legas attentiùs, statim apparebit Leunclauij allucinatio, qui duas res omnino distinctas in vnam compegit, nimirum Laterem, in quo descripta erat forma Christi ἀχειρόπευκτος, Hierapoli repertum, & cincinnos sancti Ioannis sanguine imbutos, Ait enim Laterem illum condensatum fuisse ex Ioannis Baptistæ capillis atque sanguine. Λαοδικέα, F. Λαοδίκεια. seq. pro διαγεῖν scribe διαγεῖς ναούς. Pag. 308. omissa est Indictio XIII. & qui Αβαλαίτης dicitur apud Cedrenum est Βαλαίτιος, nisi fortè prima vocalis negligentia librarij exciderit, nam in versione Xylandri legetur, Abalantius. προσενετίμησε F. habet πρόεδρον ἐτίμησε. Idem Ανάβαρζαν & Ποιδαδόν. Eadem verò pagina somnolentus Corrector quædam corrupit, quæ restituo, nimirum, ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς ὤμους, τὸ ἁπαλὸν, τὰ τῦ ἐμφυλίου πολέμου, ἅμα τῇ τελευτῇ, δι' ἀδελφοί: & seq. τὸ τῆς λίμνης τῦ Ορροβοῦ ὕδωρ ὑπὸ γῆς.

Pag. 311. κρατήσας ἔτη δύο, lege ex F. γ'. & versionem Leunclauij corrige. Paullo post trium annorum expressa fit mentio ἐν τρισὶ γὰρ ἔτεσι. seq. Κοζινᾶ F. & ἐξήρχετο pro ἐξηχεῖτο. scribe quoque ὀλοφυρμῷ. Pag. 313. ἔμμονα, F. ἔμμονον. Idem τριακονταφύλλου & Χαλεπίου. seq. ἐπεῖγεν, F. ἐπῆγεν. Pag. 316. ὡς εἰς κληρονόμον. tum Κρατεῖ ζῶν σὺν τῇ Ζωῇ Μιχαὴλ ὁ λεγόμενος Καλαφάτης μῆνας τέσσαρας ὅρκοις &c. Pag. 319. εἰς τρίβαλον, F. τρικαλόν. Κηρουλάρης, F. Κουρουλάρης.

Pag. 320. Μηνὶ Μαρτίῳ, in F. additur θ', quæ est nonæ diei nota. περὶ τὸν Χειρὸν τὴν χαλκῆν, F. τὸν χαλκοῦν. χρήσασθαι, F. διαχρήσασθαι. Ιασίτης, in F. est tantum Ασίτης. ὑφίσται τὰ μέγιστα. ἀστεῖος γὰρ, sic interpunge.

Pag. 321. ἐφορᾶται, F. ἐφωράθη. τριάκοντα ἔτιας, ita etiam in F. sed legendum videtur vnicâ tantùm dictione τριακονταέτιας. ἡ γὰρ τῶν Μαγγάνων μονὴ καὶ οἱ ξενῶνες. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ. Cætera ad finem vsque desunt in Codice Vallicellano, quæ ex Augustano ac Bauarico edidimus comparata cum F. Pro ἐθέλοισιν, F. τέλλοισιν ἀγαγεῖν, & pro αὐτοκρατορείαν, αὐτοκρατόρειαν. προσδέξασθαι Pag. 322. scribe προσδέξασθαι. Pag. 323. ὀλλακεσμένον βίον habent codices Augustanus, Bauaricus, & F. Leunclauius vertit deliciis affluentem, inquit Vangnereckius noster, videtúrque in suo codice legisse ὀλλακισμένον ἀπὸ τοῦ λακίζεσθαι quod est frangi, quasi dicas vitam deliciis fractam: quod si quis malit ὀλλακεσμένον, deriuarim illud à simplici λακέω vel λακέω quod significat sonitum edere, vt sit vita diuitiarum ac possessionum negotiis strepera, quæ quidem sententia magis præpedito quadrat, innuítque præcedens ἀκτημοσύνη. Hæc ille. Λαχούδης, F. Αχχούδης. Pag. 324. ἄχρι καὶ θαλάσσης, F. Θεσσαλονίκης. Μυλαίου legit quoque F. & μετονομασθεῖσα Ξένη.

Pag. 325. προσπορίζεται legendum est: monendusque Lector post Ιωάννης, & ante Ξιφιλῖνος, notam in MSS. reperiri, quâ μοναχὸς passim designatur. seq. ἔτη γ'. μῆνας η'. ἡ μέντοι βασιλὶς θέλουσα. Pag. 327. πρὸς τὴν βασιλίδα ἐκπέμπει Leunclauius vertit ad Imperatricem, rectiùs fortè, ad Regiam vrbem, id est CP. sæpe enim ab hoc nostro aliísque recentioribus Græculis ἡ βασιλὶς appellatur. Delenda verò sunt hæc verba, fortè Helenopolis, quæ vrbs est Bithyniæ: clarus enim erat ille locus multis nominibus. ἐποιμάσθη, F. ἐποιμασθείς.

Pag. 328. initio: ὀπισθόποις λοιπὸν καὶ ἡ τοῦ βασιλέως σημασία χωρεῖ, malè reddit Interpres. Quapropter omnes auxiliares Imperatoris copiæ simul pedem referebant. Legiones eo discessu conspecto &c. nescisse videtur quid σημασία hoc loco significaret: aut certè dicendum legisse συμμαχία non σημασία, vt habent codices Glycæ MSS. Aug. Bauaricus & Fontisebraldensis. Sic enim ista mihi explicanda videntur: Cúmque insuper Regium Imperatoris vexillum retro flexisset, Legiones eo viso &c. à Ioanne Scylitze res ita narratur: ἀφ' οὗ δὴ ταῦτα καὶ τὸ βασιλικὸν σημεῖον ἐπιστρέψας νόσου ἐπιμνησθῆναι περιήγγελλεν. οἱ δὲ πόρρω τὰς φάλαγγας ἔχοντες στρατιῶται. His de causis conuerso regio signo præcepit milites redire. Verùm ij, qui procul phalanges habebant &c. Quid σῆμα, σημάδιον, σημεῖα, σημασία, cæteráque eiusmodi significent in rebus militaribus, docent Suidas, Meursius, aliíque Lexicorum Glossarúmque scriptores. πεζόθεν, F. πεζεύσας αἰέτορε, F. αἰέθορε. ἄλογος γάρ μοι, Augustanus legit ἄφρων.

Pag. 329. vbi Andronici in Diogenem barbarum, ac crudele facinus narratur, variant codices, ὁ Ανδρόνικος νόου μέμνηται habet F. οὐ νόσου Leunclauius: sic enim interpretatus est, nulla morbi quo laborabat ratione habita, at Augustanus ac Bauaricus exhibent νόσου longè aptiùs, ideóque sic concipienda loci illius versio: Diogenem Andronicus secum abduxit, vilíque iumento impositum, acerbam de reditu mentionem iniiciens, per ea loca traxit, in quibus antea vt Deus habebatur. Et verò nostra hæc sententia firmatur auctoritate Ioannis Curopalatæ, ex quo sua haud dubiè mutuatus est noster Glycas: νόσου δὲ εὐθὺς μιμνήσκεται ὁ Ανδρόνικος, καὶ τὰ ἑξῆς statim reditus mentionem facit Andronicus &c. ad Cæsarem com-

misso prœlio, lege, ad Cæsaream: excidit enim è fine vocalis prima incuria Typothetarum.

Pag. 330. ὤνιος ὁ Ἰσαάκιος γίνεται, reddit Leunclauius: Quum Isaacius pretio numerato redemtus fuisset: ego verò vertendum arbitror; cùm tanquam venalis certo pretio addictus fuisset, siue emptioni expositus. Si enim iam redemptus fuerat, cur alius in eius locum Dux copiarum delectus Ioannes Cæsar? καὶ οὕτω τὰ βασίλεια καταλαμβάνει, F. τὴν βασιλίδα. περὶ τὴν Ραιδεστόν, F. παρὰ τὴν Ραιδεστόν. Quid sit φούνδαξ, ex sequenti voce καὶ τὸ μονοπώλιον haud ægrè intelligi potest. Certè funda etiam apud Latinos marsupium crumenámque significat, vt docet Meursius, productis in Glossario Græcobarbaro Macrobij & S. Bonauenturæ testimoniis, quibus & alia adiungi poterant. Gabius interpres Ioannis Curopalatæ reddit Officinam, & paullò post τὸ πρατήριον forum venale. R. P Iacobus Goar explicat φούνδακα mensam siue negotialem argentariam, officinam vsurariam ab Italis fundaco, ἀπὸ τοῦ φούνδου à fundo id est summa pecuniaria voce Græcis Iureconsultis nota dictam. De Pinace verò, seu Pinacio, videamus quid Scylitzes, Zonaras, nosterque Glycas referant: Ac primò quidem Curopalates Μιχαὴλ γάρ τις εἰπὼν, εἰ μὴ προσθείη καὶ τὸν Παραπινάκιον οὐκ ἂν γένοιτο συντόμως γνωριμώτερος, διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πινάκιον τῷ νομίσματι πιπράσκεσθαι. Iisdem ferme verbis vsus est Glycas: ὁ Παραπινάκης λέγεται, διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πίνακι πιπράσκεσθαι τῷ νομίσματι. Ioannes denique Zonaras σίτου γενομένης ἐνδείας ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως τούτου, ὡς μὴ ὅλον Μέδιμνον εἰς νόμισμα ἀποδίδοσθαι, ἀλλὰ παρὰ πινάκιον, ὅ ἐστι Μεδίμνου τὸ τέταρτον. Hinc ergo vel maximè liquet non esse pinacem certum quid minuti nomismatis genus, sed medimni potiùs quadrantem, vt disertis verbis explicuit Zonaras. Quod autem νόμισμα vertit Leunclauius, aureum nummum, vereor vt id ἁπλῶς firmare possit. Eadem pag. ὡσαύτως ἀφωνίασαν. post θείων στιχῶν in MSS. codicibus deest προβαίνουσαν aut aliud simile verbum.

Pag. 331. χρυσούπολιν, habent A. & F. codices, nec vlla ratio versionis Leunclauianæ habenda, quæ Christopolim exhibet. seq. ἐτίμησεν Bauaricus codex ἠξίωσεν. Idem post τοῖς αὐτοῦ addit voculam δούλοις ab Augustano & Fontisebraldensi prætermissam. Nemitzos vocat Anna Commena libro 2. Alexiados ἔθνος βαρβαρικὸν καὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν. Nam in editione Hœschelij absque aduerbio ad superiora tempora respiciente dicitur ὑπήκοον. Contendunt viri docti non esse alios à Teutonibus, qui Sclauonica lingua appellantur Nemitzi. Alexio Commeno Leunclauius septemdecim annos Imperij dumtaxat tribuit, cùm præfuerit annis 37. ab anno æræ Christianæ 1081. ad 1118. Pro καὶ τῷ codices F. A. & B. καινῷ ὀνόματι ἐπιφημισθέντος αὐτοῦ.

Pag. 333. ὑποχείρια, F. ὑπὸ χεῖρα. καινὰ τῶν ὀνομάτων habet etiam F. licet fortè καινὰ aliis magis arrideant. Pro συχνῶς θῆναι lege ex F. & B. συγχωσθῆναι, καὶ ἀποθανεῖν. Quid verò si ἓξ ἡμέρας legas, vbi Leunclauius ex MSS. codicibus vertit illo ipso die ἐξ ἡμέρας. In B. & A. aiunt reperiri ἐξ ἀέρος, sed fortè id accidit ex librariorum inscitia, qui compendiarias literas legere nequiuerunt.

Pag. 334. ἧς κατῆρχε Βασίλειος ὁ λεγόμενος ἰατρὸς, vt habetur in Bauarico ad quam lectionem respexit Interpres.. ἐπανα ..... etiam in MS. F. ac alij plenè ac sine hiatu ἐπανάστασις legunt. De Michaelis Anemæ dicti, & aliorum coniuratione ac supplicio plura Anna Commena libro XII. Alexiadis, vbi quæ de ademptis capillis non nouaculâ, vt ait noster Glycas, sed dropace, hoc est medicamenti quodam genere, quo ad decaluandum caput & depilandum mentum, vtebantur veteres, sic illa exponit: καὶ τὴν ἐν χρῷ κουρὰν τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ πώγωνος ψιλώσας διὰ μέσης πομπεῦσαι τῆς ἀγορᾶς παρεκελεύσατο: vnde refellere licet errorem eius, qui δρόπακα legendum contendebat, & falculam, seu securim, interpretabatur. Eadem pag. κατακρατεῖ codex B. κατοικεῖ.

Pag. 335. πλακωτὸν ab incrustatione dictum forum, vt coniicit Leunclauius, in F. scribitur πλοκωτὸν non dubio errore. Καμύτζης B. Καμίτζης: consentit tamen editis Annæa Historia, quæ Alexij Commeni vitam vberrimè prosequitur, quam noster, quemadmodum & Zonaras, qui in eo pariter finem scribendorum Annalium fecit, breui admodum compendio perstrinxit. Post μετὰ ταῦτα, scribendum τὰ τῆς νόσου ἤυξανε, quæ syllaba ob alterius concursum etiam in F. à Librario prætermissa. Ipse autem, siue propria sponte, siue ex alio antiquiore exemplari expressam clausulam hanc post τὸν Κομνηνὸν Ἰωάννην adiecit literis rubrica instar titulorum insignibus: Ἕως ὧδε τὸ πέρας τῆς κατὰ Χρονικὰ διηγήσεως. Superest itaque vt promissis stemus, & ne quid desiderari amplius possit, Ioannis Meursij nuncupatariam epistolam ad Fœderatos Ordines, & de Theodoro Metochita ad Lectorem Præloquium; tum quæ Ioannes Leunclauius præfatus est, eiúsque Indicem subiiciamus.



ILLVSTRISS. POTENTISSIMISQ. DOMINIS,

ORDINIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

IOANNES MEVRSIVS Dedico, Consecróque.

ILLVSTRISSIMI, AC POTENTISSIMI DOMINI, *Illud mihi quam indignissimum semper visum ingenio liberali, ignauo atque ignobili otio vitam traducere; & præclarè à Philosopho quodam dictum:* Temporis iacturam vnam omnium esse maximam. *Quam diuinam planè sententiam vtinam inertes isti, & ignaui, inutilia terræ pondera, seriò sibi ob oculos ponerent. Nam quis pudor est, opibus omnes inhiare, eásque omninò primas putare; tempori verò nullum sanè pretium ponere. Cùm tamen ereptæ illæ, aut amissæ, reddi aliquando possint; istud autem, vbi elapsum est, nemo restituere sibi, aut redimere, vllo modo vnquam queat, ne si omnibus vniuersi terrarum orbis diuitiis velit. Enimuerò si auaro esse libebat, temporis certè auarum esse oportebat; hæc auaritia est honesta, & laudem habet. Improbè nimis olim Galba;* Nulli rationem otij sui reddendam. *Rectiùs Draconis leges otioso, & ignauo, mortis pœnam irrogabant. Et Soloni item placuit, vti curia Areopagi sedulò inquireret, quo quis modo vitam suam instituеret, toleraretque. Nota etiam Scipionis, viri illius multò maximi, vox præclara, quâ dicebat;* Non se minùs otiosum vnquam esse, quàm cùm etiam otium ageret. *Alexander Macedo, μηδὲν ἀναβαλλόμενος, vt inquiebat, orbem sibi totum subiecit, & cognomen Magni accepit. Iam verò quid est homo ignauus? si verum illi nomen dabimus, helluo, & gurges ætatis suæ: siue, vt Themistocles rectè inquiebat,* Viuum sui ipsius sepulcrum. *Quid ignauo vita, aut mundus? Nil profectò. Quippe & hunc, & istam, pariter nihili facit, perditque ad libitum. Quid deinde anima illi, quidue corpus; quid tot rationis dotes, & ingenij, liberaliter à benigno Deo datæ, ad suum proximique vsum, & sanctificationem nominis diuini? Æstimat hæc? nihil minùs. Immò ne agnoscit quidem; aut, si agnoscit, vili pendit. Illudit Deo, & tantùm non beneficia, adeò malè collocata, facto exprobat. Nam quid aliud est dicendum? non vti donis tam præclaris. Quorum pretium etsi summum, auget tamen illud maiestas dantis Dei, & cum istâ comparata nostra vilitas, atque indignitas. At quàm multa incitamenta, ne ignaui esse possemus, posuit Deus? Spiritus iste, ignauissimo corpori inclusus, agitatione perpetuâ vegetat illud, nescius quietis, etiam nobis dormientibus. Exhortatur suo*

exemplo ad actionem, interdiu, noctu, sine intermissione. Videant terram, quam inhabitant, quamque inutili suo pondere illi premunt, quo se cunque circumtulerint, incitamentum ad laborem apparebit. Videant mare; & illud se perpetuo motu; nunquam fatigatum, exercet. Videant, quod supra caput est, cœlum; circumuoluitur sine quiete. Videant solem, nunquam non in cursu suo est, &, cum etiam ad metam venerit, carceres repetit, semper nouus, semper alacer: illustrans terram, vt luceat ignauis, ostendatque actiones, quibus ipsos occupari æquum esset. Sic nimirum ad laborem, & diligentiam, omnia inuitant. Illud reputans, ex quo rationis capax per ætatem esse cœpi, postquam ad literarum studia animum meum applicuissem, hancque mihi palæstram vitæ bonus Deus assignasse videretur, dandam sanè operam censui, vt me hîc sedulò exercerem; ac legendo, scribendoque, quod Varro ait, vitam procuderem: deinde etiam Academiæ illius vestræ celeberrimæ, ex quo inter Professores eius accenseri cœpi, quantum in me, famam atque honorem tuerer. Quâ in re quàm gnauus fuerim, viris hodiè doctis notum, neque id prædicare meum est. Et nunc etiam testem profero, Theodorum Metochiten, virum doctrinâ, & dignitate, apud Imperatorum suum, cùm fortuna benignior esset, pariter maximum. Historia eius est, quam exhibeo; Cæsares omnes Romanorum à Iulio ad Constantinum Magnum repræsentans. Breuiter tantùm illos perstringit, vt videatur introductionem potiùs istam esse voluisse ad alterum Opus, valdè egregium, de Constantinopolitanis Imperatoribus; quod, à Constantino Magno inchoatum, ad Ioannem Comnenum deducit: qui Imperium suscepit Anno Christi CIↃ. C. XVIII. *Verùm tamen, vt breuitatem compensaret, Theologica etiam multa per digressionem inseruit, de nato, & passo, Seruatore; quæque circa rem vtramque à Theologis antiquis Græcis obseruata: vbi quantum etiam in Theologiâ promouisset, sat ostendit. Vobis autem hunc Auctorem, meâ operâ in lucem editum, & Latinâ lingua loquentem, consecrare mihi visum; qui pronâ in doctos voluntate, studiisque excitandis, ac promouendis, beneuolentiâ inusitatâ, laudem omnem longè supergressi estis. Et me spes non parua tenet, illam vestram benignitatem, quâ virorum literatorum lucubrationes excipere soletis, mihi etiam nullo modo defuturam. Atque hîc finiam,* Illustrissimi, & Potentissimi Domini, *Deum Opt. Max. venerans, vt Vobis, consiliisque vestris, benedicat, ad nominis sui sanctissimi gloriam, & Reipub. vestræ salutem. Lugduni Bat. III. Kal. Augusti Anno* CIↃ. IↃ. C. XVIII.



DE THEODORO METOCHITA PRÆLOQVIVM

AD LECTOREM.

ECCE tibi Theodori Metochitæ Historiam Romanam, benigne Lector. Vixit, floruitque, annis abhinc plus CCC. Magnum autem Auctoris huius ingenium fuit; ac dotes animi, corporisque, singulares. Staturâ erat procerâ admodum, membrisque pulcrè, & proportione iustâ, inter se aptatis; oculorum deinde hilaritate per quam insigni: ita vt omnium in se oculos facilè traheret. Facundiâ porrò naturali, laborum tolerantiâ, & memoriæ excellentiâ, eruditionem summam omninò consecutus erat. Si quis noua, aut vetera, quæreret, ita omnia enarrabat, quasi è libro recitaret: neque in colloquiis eius libris vllus opus erat, quippe qui ipse viua quædam Bibliotheca, & eorum, quæ scire velles, oraculum esset. Nicephorus Gregoras lib. VII. Τοῦτον τοίνυν οὕτω πολλῆς ἀπολαύοντα τῆς βασιλικῆς εὐμενείας, Θεοδώρῳ (Μετοχίτῃ) τῷ λογοθέτῃ γαμβρὸν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θυγατρὶ παρέχετο, ἀγαλλόμενος δι' ἃ ἐπλούτει καλὰ κἀγαθά. σώματος γὰρ μεγέθει, καὶ μελῶν καὶ μερῶν συμμετρίᾳ,

μετρίᾳ, καὶ ὀφθαλμῶν ἱλαρότητι, πάντας εἷλκε πρὸς ἑαυτὸν ὀφθαλμούς. φύσεως δ' εὐμοιρίᾳ πρὸς λόγους, καὶ καρτερίᾳ πρὸς πόνους, καὶ μνήμης ὑγιείᾳ, καὶ καθαρότητι, σοφίας ἁπάσης ἐς τὸ ἀκρότατον ἤλασεν. οὕτως εὔπορος ἦν ἅπαντα τοῖς ζητοῦσι παλαιά τε καὶ νέα προφέρειν, ὡς ἐκ βιβλίου τῆς γλώττης, ὥστε μικρὰ, ἢ οὐδὲν, ἔδει βιβλίων τοῖς ὁμιλοῦσι. βιβλιοθήκη μὲν γὰρ ἦν ἔμψυχος οὗτος, καὶ τῶν ζητουμένων πρόχειρος εὐπορία. οὕτω πάντας μακρῷ παρέδραμεν, ὅσοι ποτὲ λόγων ἥψαντο. Libros ſcripſit numero multos, & mirandum in viro eſt indefeſſum planè ingenium, quod neque rebus, neque ſtudiis, feſſum ſuccumberet. In vtriſque certè ſummâ dexteritate verſabatur: & à manè ad veſperam in palatio res Imperij ea cura, ac diligentia, adminiſtrabat, quaſi à literis prorſus alienus fuiſſet: veſperè autem, à palatij rebus vacuus, adeò totus in ſtudiis erat, quaſi nihil cum Imperio negotij eſſet. Gregoras loco citato. Ἔξεστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τεκμηριοῦσθαι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν, ἐξ ὧν συνετετάχει πολλῶν τε, καὶ πολλῆς καὶ ποικίλης γεμόντων τῆς ὠφελείας βιβλίων· ὃ δὲ πάντων μᾶλλον θαυμάζειν ἔχοι τις ἂν τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι τοσούτου πρὸς τῶν κοινῶν πραγμάτων θορύβου καὶ κλύδωνος ἐπικειμένου, καὶ φροντίδων ἄλλοτε ἄλλων ἐπικλυζόντων αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, οὐδὲν ἦν, ὃ τοῦ ἀναγινώσκειν καὶ γράφειν ἀπησχόλησε πώποτε, ἀλλ' οὕτως εἶχε πρὸς ἄμφω δεξιῶς, ὥστ' ἐκ πρωΐας μὲν ἐς ἑσπέραν ἐν βασιλείοις τὰ κοινὰ διοικῶν ἦν, οὕτως ὁλοσχερῶς καὶ ξύν γε πολλῇ καὶ ζεούσῃ τῇ προθυμίᾳ, ὥσπερ ἂν εἰ τῶν λόγων ἔξω παντάπασιν ἐτύγχανεν. ὀψὲ δ' αὖθις ἐκεῖθεν ἀπαλλαττόμενος, οὕτως ὅλος τῶν λόγων ἐγίγνετο ὥσπερ ἂν εἰ σχολαστικός τις ἦν, καὶ τῶν πραγμάτων παντάπασιν ἐκτός. In primis verò in Aſtronomicis excellebat. Gregoras de eodem, lib. VIII. Καὶ ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην μόνος κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους εἰδὼς ἐς τὸ ἀκρότατον. Ioannes Cantacuzenus lib. I. cap. XI. *Id ipſum & magnus Logotheta Metochites præſtitit, qui tum domum Imperatoriam, ſiue aulam, regebat; vir alioqui ſolers, & non Chriſtianis modò, ſed externis etiam literis politiſſimus. Etenim cùm Aſtronomiæ principia à quodam Bryennio minuta, & imperfecta, accepiſſet; ipſe in eo ſtudio accuratiſſimâ diligentiâ ſuâ tantos proceſſus fecit, vt deinde quoque permulti in eâdem ſcientiâ ipſo præceptore progreſſus eximios adepti ſint.* Neque verò vir ingenio, & doctrina, tam præclarus in Imperio inglorius vixit; quin tam magna apud Imperatorem gratia valuit, vt rerum in aula ferè omnium potens eſſet, credente ei arcana quæuis Imperatore Andronico Palæologo ſeniore. Gregoras lib. VII. Ἦν γε μὴν τηνικαῦτα τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύων, καὶ πᾶσαν κατάστασιν ὅλοις μεσιτεύων τοῖς πράγμασιν, ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος, λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τοῦ γενικοῦ. Τοσοῦτον δ' αὐτῷ προσετετήκει, καὶ οὕτως ὁ βασιλεὺς αὐτοῦ γε ἐξήρτητο, ὥστ' οὐδὲν ἦν αὐτῷ μικρὸν ἢ μέγα τῶν πάντων ἀπόρρητον πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ πάντ' ἐποίει βουλομένου καὶ τούτου. καὶ αὖθις οὐδὲν, ὃ μὴ τούτῳ πρὸς βουλήσεως ἦν. Immò tanti eum Imperator dictus fecit, vt filiæ eius maritum daret Ioannem, ex Porphyrogenneta fratre nepotem vnigenitum, Panhyperſebaſti dignitate ornatum, & inſignibus dignitatis multò quam pridem maioribus auctum, nempe veſtibus, calceiſque, & equi phaleris amplioribus, qualibus ipſe vteretur. Gregoras loco citato. Ἤδη δὲ καὶ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ τὸν ἀδελφιδοῦν τούτῳ παρέσχετο, Ἰωάννην φημὶ τὸν μονογενῆ τοῦ Πορφυρογεννήτου υἱόν. ὃν δὴ ζῶντος μὲν αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἀπεστρέφετο, δι' ἔχθος τὸ πρὸς ἐκεῖνον. ἐκείνου δ' ἀπαλλάξαντος, ἐδέξατό τε, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα ἔστεργεν, ἄρτι τὸν ἔφηβον παραλλάττοντα. ἐτετιμήκει δ' αὐτὸν εὐθὺς καὶ τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου ἀξιώματι, ὃ νῦν καὶ αὐτὸ, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν, ἐνδοξότερον ἢ πρότερον εἶχε, πολλῷ κατεστήσατο. ἐνδύμασι γὰρ, καὶ πεδίλοις αὐτοῦ, καὶ ὅσα τὸν ἵππον τούτου κοσμεῖ, κιῤῥοῖς τοῖς ἅπασι χρῆσθαι κεχάρισται, ἵν' ᾖ διασημότατος ἐν τοῖς περὶ τὸν βασιλέα εὐγενέσι. Attingit etiam Cantacuzenus lib. I. cap. XLIII. *Porphyrogenitus Ioannem habuit vnigenam, cui Metochites, magnus Logotheta, Irenen filiam matrimonio coniunxit. Eundem Imperator patruus Panhyperſebaſti dignitate cohoneſtauerat.* Certè charum Imperatori eum fuiſſe ob virtutes, quas iam dixi, etiam Cantacuzenus ait, libro citato, cap. XI. *Magnus Logotheta (Theodorus Metochites) cùm propter intelligentiam, atque doctrinam liberalem, & in negotiis obeundis dexteritatem, ab Imperatore familiariter admodum diligeretur, auſus eſt & ipſe de Nepote illum admonere.* Ac dignitatibus variis omnino functus eſt, & per

gradus quaſi quoſdam ad culmen aſcendit. Initio quidem Archidiaconum fuiſſe inuenio cleri Imperatoris, & cum Meliteniota, ac Ioanne Beco Patriarcha, Imperatoris actiones omnes rexiſſe. Obſeruo, ecce, apud Gregoram lib. V. Δι' ἃ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον, πάντα ἦν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ γλῶττα, καὶ χείρ, καὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος, τόν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην, ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου. Inde curſus publici Logotheta factus, ad Italiæ Regem, (ita Romanum Imperatorem per contemptum appellabant Byzantini.) legatus mittitur. Gregoras lib. VI. Επεὶ δὲ ἡ τοῦ τῆς Ιταλιας ῥηγὸς παρεθεωρεῖται πρεσβεία, διὰ τὰ ὑπὲρ τὸ προσῆκον ζητήματα, ἐκλέγονται λοιπὸν εἰς πρεσβείαν οἱ κρείττους τῶν τηνικαῦτα σοφῶν, ὅ, τε Μετοχίτης Θεόδωρος, καὶ ὁ Γλυκὺς Ιωάννης. ὁ μὲν λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τῶν οἰκιακῶν, ὁ δὲ λογοθέτης τοῦ δρόμου. Poſtea ærario generali Logotheta eſt præfectus. Gregoras lib. VII. Ην γε τηνικαῦτα τῷ μὲν βασιλεῖ παραδυναστεύων, καὶ πᾶσαν κατάστασιν ὅλοις μεσιτεύων τοῖς πράγμασιν, ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος, λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τοῦ γενικοῦ. Poſtremo magnus Logotheta eſt electus, quæ profectò maxima dignitas in Imperio Conſtantinopolitano erat. Codinus de Offic. Aulæ Conſtantinopol. Τὸν οὖν Θεόδωρον τὸν Μετοχίτην, λογοθέτην ὄντα τοῦ γενικοῦ, ὁ βασιλεὺς Ανδρόνικος τῶν Παλαιολόγων ὁ πρῶτος τιμήσας μέγαν λογοθέτην πεποίηκε. Gregoras de eo lib. VIII. Τῆς μὲν γὰρ τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὁμιλίας (τετίμητο γὰρ ἤδη καὶ τῷ τοιούτῳ πρὸς τοῦ βασιλέως ἀξιώματι.) ἐπείπερ ἀκροατὴς ἐγενόμην αὐτοῦ, &c. Iterum lib. IX. Ο μέντοι μέγας λογοθέτης Μετοχίτης, ὁρῶν στρεφομένην ἀνωμάλως τὴν τύχην κατὰ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, καὶ κατορχουμένην οὕτω τὰ πράγματα, ἐδεδίει ἐπὶ ἑαυτῷ μάλιστα πάντων αὐτός. Et pluries apud illum Auctorem eo titulo commemoratur. Præter doctrinam, ac dignitatem, etiam pietatem eius animaduertere iſtinc licet, quod monaſterium Choræ, vetuſtate iam collapſum, reſtaurauerit. Gregoras docet, lib. VIII. Αφ' οὗ γὰρ ἐπὶ πλείονος ποιησάμενον ἐμὲ κατὰ τὴν αὐτῷ νεουργηθεῖσαν μονὴν τῆς Χώρας φέρων κατῴκισε, πολλὴν ἔπειτα τὴν στοργὴν ἐδείκνυε πρὸς ἐμέ. Iterum lib. IX. Κατέλυσε δ' (ὁ Μετοχίτης) ἀπέναντι καὶ πλησίον παρὰ τῇ ἱερᾷ δηλαδὴ μονῇ τῆς Χώρας, ἣν πολλοῖς αὐτὸς ἀναλώμασιν ἀνεκαίνισε πρότερον, τοῖς ὀδοῦσι τοῦ χρόνου δεινῶς κα-πιομένην ἰδών. Et Phranzes lib. I. cap. XI. *Monaſterium Chriſti vitæ datoris, quod Chora nominatur, partim renouauit, partim exſtruxit.* Vt ſunt autem res humanæ valdè incertæ, ita neque Fortunæ ipſe ludibrium euadere potuit; & cum Beco, ac Meliteniote, in maritimum Bithyniæ oppidum ab Andronico iuniore, rerum potito, relegatus fuit. Gregoras lib. VI. Ο Βέκκος ἀπεῖπεν ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ γλώττῃ τὴν ἕνωσιν. ταῦτ' ἄρα καὶ ὑπερορίας αὖθις ἐς τὸ πολίχνιον τῶν περὶ Βιθυνίαν παραλίων πέμπεται ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Μελιτηνιώτης δ' ἦσαν οὗτοι, καὶ Μετοχίτης. Quin ædes quoque eius dirutæ, & opes direptæ; non eæ tantùm, quæ in ædibus repertæ; ſed quæ etiam apud amicos occultatæ. Itaque ſubito vnà cum liberis ad egeſtatem ſummam redactus eſt, qui paulò ante poſt Imperatorem feliciſſimus habebatur; &, plurimis annis fortuna vſus benigniſſima, vno die in ſummam calamitatem incidit. Gregoras lib. IX. Ην δὲ ἕωθεν ἐς ἑσπέραν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην κενωθέντα τὸν ὄλβον ἁπάντων τῶν οἴκων τῶν λαμπροτάτων, καὶ λείψανα τὴν ταχίστην καταστάντας αὐτοὺς ἐρειπίων, καὶ δημοτικὸν ἄθυρμα, καὶ μάλιστα πάντων τὴν τοῦ μεγάλου λογοθέτου (Θεοδώρου τοῦ Μετοχίτου) λαμπροτάτην οἰκίαν, καὶ ὅσα τῶν χρημάτων, ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐταμιεύοντο, καὶ ὅσα φθάσας τισὶ τῶν φίλων παρέθετο· γραμματίων γὰρ εὑρεθέντων, ἃ τοὺς εἰληφότας φίλους ἐδήλου, λαφύρων μὲν ἐγεγόνει πάντα, καὶ οὐδὲν τῶν ἁπάντων αὐτῷ περιελείφθη. ἀλλὰ τὰ μέν, εἰς τὸ βασιλικὸν εἰσηνέχθη πρυτανεῖον. τὰ δέ, δημοτῶν διενείμαντο χεῖρες. καὶ γέγονε πένης εὐθὺς ὁμοῦ τοῖς παισίν, ὁ πάντων μετὰ βασιλέα εὐδαιμονέστατος πᾶσι δοκῶν. ἀκράτου γὰρ τῆς εὐδαιμονίας ἐν πολλοῖς ἀπολελαυκὼς τοῖς ἡλίοις, ὅλον ἐκπέπωκεν ἄκρατον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὸν τῆς λύπης κρατῆρα. Phranzes lib. I. cap. XI. *Potitus vrbe, & Imperio, iunior Andronicus, eo modo, quo diximus, & conſummatam rerum poteſtatem adeptus, auo de victu, & vitâ commodè agendâ, quâ decebat curâ, proſpexit. Patruum verò Conſtantinum comprehenſum in carcerem tenebroſum detruſit, &*

Metochitæ, magni Logothetæ, facultates omnes, pecuniásque fisco addixit. Quin pauimentum etiam ædium, solo euulsum, Occidentalium Scytharum Principi, pauimentum suo splendidius requirenti, dono missum est. Gregoras hac de re, lib. IX. Πρὸς δ' αὖ τὴν ἐρήμωσιν τῆς οἰκίας κατήφειαν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐτρύγα μακράν, καὶ πληθοῦσαν αὖθις εἶχε τὴν ψυχὴν πυρὸς καὶ φλογός, ἣν ἐκπυρσεύουσι τοιαῦται βαρυθυμίαι καὶ συμφοραί. καὶ μέντοι καὶ ὃ τῆς τύχης πρὸς τιμωρίας ἀκόρεστον ἀναλογιζόμενος ἐξεπλήττετο, πῶς οὐδὲ τοὔδαφος τῆς λαμπρᾶς ἐκείνης οἰκίας ἐς τὸν ἐνόντα κόσμον ἀφείθη. ἀλλ' ὃ μήπω πρότερον ἐξ αἰῶνος ἐφ' ἑτέρου ἐπινενόηται, νῦν ἐπὶ τοῦδε καὶ πέπρακται. ἐκσπασθὲν γὰρ ἅπαν, ἐπέμφθη δῶρον τῷ τῶν δυτικῶν Σκυθῶν ἄρχοντι, λαμπρότητός τινος ἕνεκα τοῦ τῆς οἰκίας ἐδάφους ἐκείνου ζητήσαντι. Nescio verò Imperatore factam esse hanc ædium direptionem Cantacuzenus nobis auctor, lib. I. cap. LIX. *Domus nulla, præterquam magni Logothetæ, (Metochitæ) idque nescio Imperatore, direpta est.* Dixi ex Gregora, relegatum in maritimum Bithyniæ oppidum; illud vero Didymotichum. Disco ex Cantacuzeno, lib. II. cap. I. *Magnum Logothetam, (Metochiten,) Didymotichum abduci, & in aliquo monasterio vitam agitare, iussit.* Mox tamen ab eo exilio reuocatus, reliquum vitæ in Vrbe exegit. Cantacuzenus loco citato mox subiungit. *Et agitauit quidem ibi (Didymotichi) ad tempus, donec etiam ipse veniam consecutus, Byzantiúmque postliminio reuersus, illic reliquum ætatis exegit.* Nempe ita iubente Andronico iuniore Imp. graui morbo laborante, & mortem metuente. Gregoras lib. IX. Ἐπεὶ οὖν πάσης ἰατρικῆς ἐμπειρίας ἰσχυρότερον ἐγεγόνει τὸ πάθος, καὶ ἀπηγόρευτο τῷ βασιλεῖ ὁ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἥλιος, ἐξώρκισε μὲν τοὺς περὶ αὐτὸν ἀπολῦσαι πάντας, Κωνσταντῖνόν τε τὸν δεσπότην, καὶ τὸν μέγαν λογοθέτην τὸν Μετοχίτην, καὶ ὅσοι ἑξῆς τῆς ὁμοίας ἔτυχον καταδίκης. Atque ita posteà, ab exilio in Vrbem reuersus, non domum suam, quam direptam iam narraui, sed vicinum Choræ monasterium, à se restauratum, est ingressus. Gregoras libro citato. Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης ὁ Μετοχίτης, ἐλθὼν ἐκ τῆς ἐξορίας, οὐ παρὰ τῇ οἰκίᾳ κατέλυσε· πάλαι γάρ, ὡς εἰρήκαμεν, εἰσελθόντος τοῦ βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ, αὕτη διέφθαρται, καὶ τελέως ἠρήμωται πρὸς τῶν δημοτῶν. κατέλυσε δ' ἀπέναντι, καὶ πλησίον, παρὰ τῇ ἱερᾷ δηλαδὴ μονῇ τῆς Χώρας, ἣν πολλοῖς αὐτὸς ἀναλώμασιν ἀνεκαίνισε πρότερον, τοῖς ὀδοῦσι τοῦ χρόνου δεινῶς κατεσθιομένην. Dum vero in exilio agit, stranguriæ morbus eum inuasit, qui grauiùs ærumnis ceteris premeret. Gregoras alibi eodem libro. Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης ἐς τὴν ὑπερορίαν ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἀπαγόμενος, τῷ τῆς στραγγουρίας νοσήματι κάτοχος ἐγεγόνει. ὃ καὶ μᾶλλον ἐπίεζε τοῦτον, ἢ πάνθ' ὅσα ἐπεπόνθει, εἱρκτὴν λέγω, καὶ δόξης ἔκπτωσιν, καὶ χρημάτων ἀφαίρεσιν, καὶ φαύλων ἀνθρώπων ἐλέγχους καὶ λοιδορίας. Rebus florentibus, & ingenio adhuc læto, alacrique, scripsit plurima. Gregoras in verbis iam citatis. Ἔξεστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τεκμηριοῦσθαι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν, ἐξ ὧν συντετάχει πολλῶν τε, καὶ πολλῆς καὶ ποικίλης ὠφελείας, βιβλίων. Vsus oratione tam vorsa, quàm prosa, maximè autem in exilio ad Gregoram scribens. Ipse Gregoras narrat lib. VIII. Δείκνυσι δὲ τοῦτο σαφέστερον ἔν τε ταῖς πρὸς ἐμὲ τούτου ἐπιστολαῖς, ἔν τε τοῖς ἔπεσιν, ἃ πεποίηκεν ὕστερον ἐν τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ. Eius in vniuersam Aristotelis philosophiam naturalem Paraphrasin Latinè vertit, ediditque Gentianus Heruetus. Γνωμικαὶ σημειώσεις, ac Mathematica, & Commentarij in Ptolomæi magnam Syntaxin, asseruari in Hispania commemorantur. Paraphrasis in quatuor libros De partibus animalium in Italia. Capita Philosophica, & Historica CXX. in Germania, apud Augustam Vindelicorum. Historiam Romanam ego nunc edo, consecutus beneficio Andreæ Schotti, viri egregij, habeoque in Bibliotheca adhuc mea Historiæ Sacræ libros duos, Constantinopolitanæ vnum: quos omnes, otium maius nactus, aliquando publici quoque iuris faciam, volente Deo. Decessit, sumpto monastico habitu, tricesimo die post Andronicum seniorem, anno Christi CIↃ CCCXXXII. cùm annos vndecim, honoribus omnibus, opibúsque spoliatus, inter ærumnas vitam tristem exegisset; cùm solennis stranguriæ morbus, dolorque animi ex coniectis in carcerem filiis, & Andronici senioris item morte; vnde

illi de fortuna restauranda desperatio, mortem eius accelerarent. Notat Gregoras, qui alia omnia, lib. x. postquam de obitu Andronici senioris commemorauit. Ἐκεῖθεν ἡμέραι τριάκοντα μεταξὺ παρεῤῥύησαν, καὶ ὁ μέγας τετελεύτηκε λογοθέτης ὁ Μετοχίτης, πρὸς μεγίστοις ἄλλοις κυκλωθεὶς τό, τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. ἐπιέζετο μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ τῷ τῆς στραγγουρίας νοσήματι. κρατηθέντων δ' ἤδη καὶ τῶν υἱέων εἰς δεσμωτήριον, κραταιότερον εἰργάσατο· καὶ ἐντεῦθεν λύπη τὸ τοῦ πάθους δριμύ. ἐκ τοῦ σύνεγγυς δὲ καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἐπελθὼν θάνατος, καὶ βεβαίαν ἤδη κομίσας αὐτῷ τὴν τῶν ὅλων ἀπόγνωσιν, ἀνίσχυρον ἐς τέλος τὴν φύσιν πεποίηκε, χαλάσας τοὺς τόνους τῶν κυριωτέρων ὀργάνων, καὶ τὰς ζωτικὰς παραλύσας δυνάμεις. ὅθεν, τὸ μοναδικὸν ὑπελθὼν σχῆμα, μετήλλαξεν. Defunctum, vt fuerat viuo omnino addictissimus, Oratione etiam funebri decorauit Nicephorus Gregoras; quam subiicere, non abs re existimaui.

NICEPH. GREGORÆ Oratio funebris in mortem magni Logothetæ, THEODORI METOCHITÆ.

MIHI quidem, Auditores, idem vsu venit, quod naui, subitò aduersis ventis circumuentæ, cuius puppis cùm demergenda sit, priusquàm consistere possit, ab alio fluctu à latere obruatur. Priusquam enim priorem illam, & maximam, obitus Imperatoris calamitatem excussissem, altera hæc hodie me aggressa, veluti fluctus post fluctum, tempestas post tempestatem, grauiter demersit, & in abissos, & fundum, calamitatum heu deiecit. O anima, cur non statim euolasti? cur adhuc in misero isto corpore permanes? Heu cur non præ doloribus ruptum est corpus meum, sed adhuc tot fluctuum violentiæ resistere potest? O infelicem linguam meam, ad huiusmodi lamentationes reseruatam! Heu malorum cumulum! mutationem rerum! Quos enim firmos quasi obices contra malorum insultus habebamus, & illustria solatia; ij hodiè contra nos calamitatum cohortes educunt. Nos verò adhuc subsistimus, & lamentari non desistimus? Vbi est familiaritas sapientum? vbi doctorum certamina, & honestæ velitationes? vbi oratorum cœtus, applausus, theatra, multò Panathenæis illis splendidiora? Euanuerunt omnia, in puluerem abierunt omnia. O tempus inquissimum, itáne è medio terrarum orbe sapientiæ metropolin tollere crudeliter haud dubitasti? itáne per insidias eloquentiæ arcem euertisti? Cur tam continenter insultas nobis, sine vllâ misericordiâ, & satietate malorum? Heri maximum nobis Imperatorem abstulisti; hodie solertissimum illius ministrum, Nestorem consiliarium, eum qui solus tanto

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ Μονῳδία εἰς τὸν μέγαν λογοθέτην, Θεόδωρον τὸν Μετοχίτην.

A Ἐμοὶ δὲ, ὦ παρόντες, ταυτόν τι συνέβη παθεῖν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ναῦς ἐξαίφνης ἐναντίοις ἐντετυχηκυῖα τοῖς πνεύμασιν, ἐπὶ πρύμναν ἐκινδύνευσε καταδῦναι. ἔπειτα πρὶν ἢ δυνηθῆναι στῆναι καλῶς, ἕτερον ἐπιδραμὸν ἐκ πλευρᾶς κλυδώνιον, ὑποβρύχιον ἠνάγκασε ταύτην γενέσθαι. πρὶν γὰρ τῆς προτέρας καὶ μεγίστης ἐκείνης τοῦ βασιλέως ἀποτινάξασθαι συμφορᾶς, ἑτέρα μοι σήμερον αὕτη ἐπιδραμοῦσα καθάπερ ἐπὶ κλύδωνι κλύδων, κἀπὶ χειμῶνι χειμὼν, δεινῶς κατεβάπτισε, καὶ πρὸς ἀβύσσους πυθμένας, φεῦ! κατήνεγκε συμφορῶν. ὦ πῶς οὐκ εὐθὺς ἀπέπτης ψυχὴ, ἀλλ' ἔτι τῷ δυστήνῳ τούτῳ παρέμεινας σώ-
B ματι ὦ πῶς οὐχ ὑπὸ τῶν ἀλγεινῶν διεῤῥάγη; μοι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀντέχειν ἔτι δύναται πρὸς τοσαύτας κυμάτων ἐπαγωγάς; ὦ δυστυχής μοι γλῶττα, οἵας σοι τὰς μονῳδίας ὁ χρόνος ἐταμιεύσατο; φεῦ τῆς τῶν δεινῶν συνεχείας· βαβαὶ τῆς ἐναλλαγῆς τῶν πραγμάτων. οὓς γὰρ ἀεὶ κατὰ τῶν συμφορῶν προβόλους εἴχομεν ἀῤῥαγεῖς καὶ λαμπροὺς παρηγόρους, οὗτοι στρατεύματα συμφορῶν ἐφ' ἡμᾶς ὁπλίζουσι σήμερον. ἡμεῖς δὲ καρτεροῦμεν ἔτι, καὶ μονῳδεῖν ἀνεχόμεθα; ποῦ σοφῶν συναυλίαι, καὶ λογίων ἅμιλλαι, καὶ σεμνὰ τὰ παλαίσματα; ποῦ
C ῥητόρων πανηγύρεις, καὶ κρότοι, καὶ θέατρα, πολλῷ τῶν παναθηναίων ἐκείνων λαμπρότερα; φροῦδα τὰ πάντα, κόνις ἅπαντα. ὦ κάκιστε χρόνε, πῶς ἐκ μέσης ἕδρου τῆς οἰκουμένης τὴν τῆς σοφίας μητρόπολιν ἐξεῖλες ἀπηνῶς; πῶς τὴν τῶν λόγων καθεῖλες ἐπιβουλεύσας μητρόπολιν; πῶς οὕτω νεανιεύῃ καθ' ἡμῶν συνεχῶς, μήτε τινὰ οἶκτον λαμβάνων, μήτε κορεννύμενος ὑπὸ τῆς τρυφῆς τῶν δεινῶν; χθὲς ἀφεῖλες ἡμῶν τὸν μέγιστον βασιλέα, σήμερον τὸν δεξιὸν ὑπηρέτην, τὸν Νέστορα τὸν βουληφόρον, τὸν μόνον τοσούτῳ

βασιλεὺς δυνάμενον ἐξαρκεῖν. χθὲς τὸν τῶν Χαρίτων θάλαμον, σήμερον τὰ τῶν Χαρίτων προπύλαια. χθὲς τὸ ἔαρ τῶν ἀγαθῶν, σήμερον τὴν τούτου ἀγγέλλουσαν χελιδόνα. χθὲς τὸν μέγαν καὶ ἀπαράμιλλον νοῦν, σήμερον τοῦ τούτου τὸν ἐναρμόνιον κήρυκα. χθὲς τῆς χρυσῆς καὶ μεγάλης γλώττης τοὺς λόγους, σήμερον τὴν ἀκαδημίαν, καὶ τὸν περίπατον, καὶ στοὰν ἐκείνης τῆς γλώττης, κἀκείνων τῶν λόγων. χθὲς τὰς Μούσας, σήμερον τὸ ζῶν καὶ κινούμενον Μουσεῖον. χθὲς τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν δογμάτων τὸν κράτιστον πρόβολον, σήμερον τὴν δογματικὴν πανοπλίαν. χθὲς τὸν τῆς ἱερωσύνης κανόνα τε, καὶ τὴν σταθμήν, σήμερον τὴν ἱερὰν ὁπλοθήκην. ἀλλ' ὦ πόσοι κλαυθμοὶ καὶ στεναγμοὶ συνεληλυθότες εἰς ἓν ἐξισωθῆναι δυνηθεῖεν ἂν τοῖς νῦν κατασχοῦσιν ἡμᾶς πάθεσιν; οἶμαι γάρ, οἶμαι, ἂν θάλασσα μὲν ἅπασα μεταβάλῃ πρὸς φύσιν δακρύων, ποταμοὶ δ' αὖ ὁπόσοι τὴν γῆν περικλύζουσι πρὸς δακρύων τράπωσι φοράν, οὐδ' οὕτως ἂν ἱκανῶς δειχθείη τὸ μέγεθος ὅσον τῶν νῦν συμφορῶν. ἐκεῖνος ἦν ὁ τῆς ἡγεμονικῆς τῶν Ῥωμαίων ὁλκάδος ἄριστος κυβερνήτης· οὗτος ὁ τὴν ἑλίκην, καὶ τὸν πόλον, διασκοπούμενος ἄριστα. ἐκεῖνος ὁ τὰς αἰθρίας, καὶ τὰ νέφη τῶν πόλεων, καὶ τοὺς ἐκεῖθεν χειμῶνας, προβλέπων· οὗτος ὁ τὰ ἱστία, καὶ τοὺς κάλως, καὶ τὰ πρυμνήσια, διατιθέμενος εὖ. ἐκεῖνος τῆς φρονήσεως πρύτανις· οὗτος ὁ τῆς φρονήσεως ἐκείνου διανομεὺς δεξιός. ἀλλ' ἄμφω νῦν θάνατος ὀξέως ἐπιδραμών, ὁ δυσμενὴς ὁπλίτης, φεῦ τοῦ πάθους! εἰς γῆν καὶ κόνιν κατέχωσεν. ὢ πῶς, οὐ γῆν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς οὐρανούς, καὶ ἀστέρας, ὀξέως τὰ νῦν περιέδραμε πάθη, καὶ αὐτῆς τῆς ἀνωτέρας ἁψάμενα λήξεως. ἀλλὰ δεῦρο δή μοι πᾶς ὁ τῶν λειπομένων σοφῶν χορός, εἴπερ τινὲς λείπονται, θρηνήσατε τὴν πηγὴν τοῦ λόγου φραχθεῖσαν. θρηνήσατε σιγῶσαν τὴν πάνυ τοι ἐμμελῶς ἀττικίζουσαν πρότερον γλῶτταν, καὶ τὸ γλυκὺ νέκταρ ἐκείνης ἀθρόως εἰς γῆν καταρρέουσαν. θρηνήσατε στόμα ἐκεῖνο, ὃ χθὲς μὲν καὶ πρότερον οἱονεί τι σύμβολον κατεφαίνετο μέλιτος, νῦν θανάτου κηφῆνες διέφθειραν. θρηνήσατε τὸν τὸ Ῥωμαίων κλέος τῇ σοφίᾳ σεμνύνοντα πλέον, ἢ τὸ τῶν Ἀθηναίων πάλαι Σωκράτεις, καὶ Πλάτωνες. θρηνήσατε τοὺς τῆς σοφίας κρατῆρας ἁπάσης, ἐν βραχεῖ κενωθέντας εἰς γῆν. ἀλλ' ὦ τίς ἐκ μέσης τῆς οἰκουμένης τὸν τῶν Μουσῶν ἀφήρπασεν Ἑλικῶνα; τίς τὸν τῆς σοφίας κατέχωσεν Ὄλυμπον; τίς τὸν λύχνον ἔσβεσε τὸν φωτίζοντα τοὺς ἡμῶν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς; καὶ καλῶς ἡμῶν τὸ τοῦ νοῦ διανοίγοντα βλέφαρον; τίς τὴν τέχνην τῶν τεχνῶν, καὶ τὴν τῶν ἐπιστημῶν ἐπιστήμην, διέφθειρε; τίς τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον ἐς ᾅδου πυθμένας κατήνεγκε, πάλαι μέν γε ἡ Ἑλλὰς τὴν τῶν λόγων ἑστίαν ἐθρήνησε τὰς Ἀθήνας, ὁπότ' ἐπιβούλως δραμὼν καθεῖλεν αὐτὰς ὁ

A Imperatori satis fuit. Heri Gratiarum thalamum; hodiè Gratiarum vestibulum. Heri ver bonorum; hodie nunciam eius hirundinem. Heri magnam & incommunicabilem mentem; hodie mentis illius argutum præconem. Heri aureæ, & magnæ, illius linguæ sermones; hodie Academiam, Peripatum, & Stoam illius linguæ. Heri sermonum illorum Musas; hodie viuum, & motu præditum, Museum. Heri pietatis, & dogmatum, firmissimum munimentum; hodie dogmaticam panopliam. Heri sacerdotij regulam, & amussim; hodie sacrum armamentarium. Sed quæ tandem lamenta, quæ suspiria, in vnum coniuncta, malis nostris

B æquari queant? Arbitror enim, arbitror, si mare totum in lacrymarum naturam conuersum; & omnes fluuij, qui terram irrigant, in lacrymarum decursum mutentur; ne sic quidem magnitudinem calamitatum, quibus nunc oppressi sumus, satis ostendi posse. Ille principalis Romanorum nauigij optimus fuit gubernator; hic helices, & poli, diligentissimus inspector. Ille serenitates, & nubila, vrbium, & imminentes inde tempestates, prospexit; hic vela, funes, rudentes, probè direxit. Ille prudentiæ penu; hic dexter illius promus condus fuit. Sed vtrumque nunc mors celeriter abreptum, infestus

C ille miles, pròh dolor, in terram, & puluerem depressit. O quomodo non terram tantùm, sed iam ipsos etiam cœlos, & stellas, celeriter hæc mala percurrerunt, & superiorem prouinciam etiam inuaserunt! Age verò, prodi mihi huc omnis reliquus doctorum cœtus, si qui supersunt. Deplorate fontem eloquentiæ obturatum. Lugete Atticam illam linguam, non ita pridem suauissimè locutam, & dulce illud nectar prorsus humi effusum. Lugete os illud, quod paulò antè mellis vobis imago fuit, nunc verò à mortis fucis est perditum. Lugete eum, qui Romanorum gloriam suâ sapientiâ magis auxit, quàm olim

D Atheniensium Socrates, & Platones. Lugete vniuersæ crateres sapientiæ, paulo momento in terram effusos. At ô quis è medio terrarum orbe Musarum abripuit Heliconem? quis sapientiæ destruxit Olympum? quis lucernam exstinxit, mentis nostræ oculos illustrantem, & cilia nostri animi pulcrè aperientem? quis artem artium, scientiam scientiarum, perdidit? Quis cælestem hominem in fundum inferorum deiecit? Olim quidem Græcia eloquentiæ domicilium deplorauit Athenas, cùm eas per insidias celeres destruxisset

Lysander Lacedæmonius. Nos verò hodie non satis deplorare possumus totam Græciam cum ipsis Athenis demersam. Vnus enim hic vir fuit omnia. O Musæ, ô facundia, ô virtutes, ô omnes disciplinæ, quo modo agrestia lilia adeò celeriter estis imitatæ, citò quidem in altum decus arrectæ, sed citiùs arefactæ, & deiectæ? diuina enim vestra cella, magnum illud & celebre vestrum diuersorium, nunc terrâ & interitu oppressum, vnà vestram quoque gloriam depressit. Hic fuit, qui omnes ingenio Philosophos superaret, & oratores, quos omnia secula celebrant. Sed, heu! iacet iam in puluere, & tumulo, mutus. Hic fuit, qui mente & linguâ cœlos ac terras dimetiretur, quouis perpendiculo, quauis amussi, rectiùs: nunc verò lapis exiguus eum dimetitur. Hic fuit magnorum cœli & terræ horizontum & parallelorum optima dioptra: hic optimus, & sponte natus, horoscopus: sed nunc eum ante tempus, ô miseriam! breuis terræ horizon complectitur. Hic fuit, qui magnum impendit studium, ne Græci, in posterum eruditi, in iudicio veterum sapientium hallucinarentur. Hic fuit, qui contemplatricis siderum sapientiæ scientiam facilem reddidit. Hic fuit, qui Aristotelicæ linguæ labyrinthos extricauit: at nunc obscuri sepulcri labyrinthi acerbè circa eum intricantur. Hic optima verecundiæ & modestiæ regula: sed nunc eum mors impudenter amputauit. Heu quo pacto tempus hoc paullo momento vetustatem omnem lamentationibus vicit: quæ post multa solis curricula tantum detrimenti vniuersæ naturæ humanæ in hunc vsque diem inferre non potuit, nostrâ verò ætate facillimè potuit. Heri enim maxima & pulcherrima bona abripuit; ea verò, quæ restabant, hodie reuersum etiam ademit. Heri terræ solem terræ visceribus occultauit, heri Musicam harmoniam abstulit, hodie magadem, & neruos. O quomodo is qui effecit, vt cœli, qui longo iam tempore tacuerant, Dei gloriam enarrarent, nunc ipse in sepulcro tacet? Heu, quomodo ipse mortuus, atque immotus, viuentem & mobilem mihi dolorem facit, qui toto die cor meum quouis ense acutius penetrat, ac potius totas noctes, si, quod maius est, dici debet? Interdiu enim & familiarium congressus crebri, & cæli, ac terræ, eorumque quæ his continentur pulcritudo, forsitan à dolore nonnihil auertunt, atque paulisper abstrahunt animum nostrum: noctu verò cùm datur otium, nec est quod prohibeat, omnes

A Λακεδαιμόνιος Λύσανδρος. ἡμεῖς δ' οὐδ' ἀξίως θρηνεῖν ἔχομεν σήμερον ὅλας Ἑλλάδας αὐταῖς Ἀθήναις συγκαταδύσας. πάντα γὰρ εἷς ἀνὴρ οὗτος ἦν. ὦ Μοῦσαι, καὶ πᾶσα παιδεία, πῶς τὰ κρίνα ταχέως οὑτωσί πως ἐμιμήσασθε τοῦ ἀγροῦ, ὀξέως μὲν πρὸς τὸ ὕψος καὶ κάλλος ἀρθέντα, ὀξύτερον δ' αὖ καταδύντα πρὸς μαρασμὸν καὶ φθοράν; τὸ γὰρ θεῖον ὑμῶν ἀνάκτορον, τὸ μέγα καὶ περιβόητον ὑμῶν ἐνδιαίτημα, ὑπὸ γῆν καὶ φθορὰν νῦν κατελθὸν, καὶ τὸ ὑμέτερον συγκατέχωσε κάλλος. οὗτος ἦν ὁ πάντας ὑπερφωνήσας φιλοσόφους, καὶ ῥήτορας, ὁπόσους ὁ μακρὸς ὕμνησε χρόνος. ἀλλ', οἴμοι, κεῖται νῦν ἐν κόνει, καὶ χώμασιν, ἄφωνος. οὗτος ἦν ὁ τῷ νῷ, καὶ τῇ γλώττῃ, διαμετρῶν οὐ-
B ρανὸν καὶ ἀστέρας, βέλτιον ἢ κατὰ πάντα κανόνα καὶ σταθμὴν ἀνθρώπων. ἀλλὰ νῦν βραχὺς αὐτὸν διεμέτρησε λίθος. οὗτος ἦν ἡ τῶν μεγάλων οὐρανοῦ καὶ γῆς ὁριζόντων καὶ παραλλήλων ἀρίστη διόπτρα. οὗτος ὁ κράτιστος καὶ αὐτοφυὴς ὡροσκόπος. ἀλλὰ νῦν αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς ὥρας, φεῦ τοῦ δεινοῦ! βραχὺς ὁρίζων τῆς γῆς περιείληφεν. οὗτος ἦν ὁ πολλὴν ἐνδειξάμενος πρόνοιαν τῶν ἑξῆς ἐλλογίμων Ἑλλήνων, ὡς μὴ διακινδυνεύοιεν περὶ τὰς κρίσεις τῶν πάλαι σοφῶν, οὗτος ὁ ῥᾳδίαν τὴν ἀστροθεάμονος ἐπιστήμης σοφίαν πεποιηκώς. οὗτος ὁ τῆς Ἀριστοτελικῆς γλώττης τοὺς λαβυρίνθους ἀπλώσας. ἀλλὰ νῦν οἱ ζοφώδεις τοῦ τάφου λαβύρινθοι πικρῶς περὶ αὐτὸν, φεῦ! ἐξελίσσονται. οὗτος ὁ τῆς ἀρίστης αἰδοῦς καὶ τῆς
C σωφροσύνης κανών. ἀλλὰ νῦν αὐτὸν ὁ θάνατος ἀναιδῶς ἐξέτεμε δραμών. ὦ πῶς ὁ παρὼν οὗτος χρόνος τοὺς θρήνοις νενίκηκε. πολλοὺς γὰρ ἀμείψας ἡλίους, τοσαύτην ζημίαν καθ' ὅλης τῆς ἀνθρωπίνης ἐπενεγκεῖν φύσεως μέχρι νῦν οὐ δεδύνηται. χθὲς μὲν γὰρ τὰ πρῶτα καὶ μέγιστα τῶν καλῶν ἐλθὼν ἀφείλετο, τὰ δὲ λειπόμενα σήμερον ἐπανελθὼν προσαφείλετο. χθὲς τὸν τῆς γῆς ἥλιον γῆς πυθμέσιν ἀπέκρυψε. χθὲς τὴν Μουσικὴν ἀνεῖλεν ἁρμονίαν, σήμερον τὴν μαγάδα, καὶ τὰς νευράς. ὦ πῶς ὁ σιγῶντας τοὺς οὐρανοὺς εἰρηκὼς ἐκ πολλοῦ, ἔπειτα τὴν τοῦ Θεοῦ διηγεῖσθαι δόξαν αὐτὸς παρεσκε-
D υακὼς, νῦν ἐν τάφῳ σιγᾷ. ὦ πῶς νεκρὸς ὢν αὐτὸς (φεῦ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς) κινούμενόν τε καὶ ζῶν ἐμοὶ διαπέμπει τὸ πάθος, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν κατατέμνον καρδίαν, ξίφους παντὸς χαλεπώτερον· μᾶλλον δὲ καὶ νύκτας ὅλας, εἰ χρὴ τὸ μεῖζον εἰπεῖν, ἡμέρας μὲν γὰρ τῶν ἐντυγχανόντων ὁμιλίαι συχναὶ, καὶ κάλλος οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις κτισμάτων, ἴσως ἀφέλκουσί τε τοῦ πάθους, καὶ ἀποσπῶσιν ἐπὶ βραχὺ τὸν ἡμέτερον νοῦν. νυκτὸς δὲ σχολῆς γινομένης ἤδη κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν, αἱ πᾶσαι

A τῶν συμφορῶν ἀλγηδόνες ἀθρόαι δραμοῦσαι, καὶ τὴν ἐμὴν μετὰ τῆς μνήμης καρδίαν συνειληφυῖαι, καθάπερ τινες κύνες ἄγριοι σῶμα πεπτωκὸς, ἔνθεν κἀκεῖθεν πικρῶς περιέλκουσι, φεῦ, καὶ συμπνίγουσιν. ὢ πῶς πολλάκις ἐς αὐτὸν ἔγωγε ἀπιδὼν, σοφίας ἁπάσης ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπους αὐτὸν εἶναι ἐνόμισα, ψυχὴν καὶ σῶμα περιειληφυίας καὶ συνδιαιτωμένης ἀνθρώποις, ἵνα σοφοὺς ἀκροατὰς συνετίσῃ, καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης καταστορέσῃ ναυάγια. ὢ πῶς μετεμψύχωσίν τινα δοξάζειν καὶ αὐτὸς κεκινδύνευκα ἐφ' ἐκείνῳ γενέσθαι, καὶ πάντων ὁμοῦ τὰς ψυχὰς Ὁμήρου, καὶ Πλάτωνος, καὶ Πτολεμαίου, καὶ ὅσοι ῥητορευόντων πεπλουτήκασι γλῶτταν, ἐν ἑνὶ τῷ τούτου σώματι συνδραμεῖν, καὶ B διατρίβειν αὖθις ἐν βίῳ, καθάπερ ὁλκάδι μυριοφόρῳ χρωμένους αὐτῷ. ἀλλὰ νῦν τοσοῦτος, φεῦ τῆς συμφορᾶς, ᾤχετο ἀπιὼν πρὸς τάφον καὶ κόνιν, πολλὴν τὸν τῆς λύπης ἀνάψας πυρσὸν κατὰ τῆς ἐμῆς καρδίας· οὐ γὰρ ἠδύνατο ζῆν ἄνευ ψυχῆς καὶ πνοῆς. ψυχὴ δὲ πάντως αὐτοῦ καὶ πνοὴ, καὶ πᾶν εἴ τι ζωογονεῖν ἐπεφύκει, οὐχ ἕτερον ἦν τῶν ἁπάντων αὐτῷ, ἢ βασιλεὺς ὁ θεῖος ἐκεῖνος, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἄνθρωπος· ὃς καὶ ζῶν ἔτι ἐξαίρειν ἠπείγετο πολλῷ τῶν ἄλλων αὐτὸν, δεικνὺς ἐναργῶς, ὡς τοσούτῳ βασιλεῖ, τοσοῦτον εἶναι καὶ τὸν ὑπηρέτην χρεών· τῷ φρονιμωτάτῳ δηλαδὴ τῶν ὅσοι τὴν γῆν διενείμαντο ἄνθρωποι, τὸν πάσῃ σοφίᾳ πάντων ἐπέκεινα γενόμενον. καὶ νῦν δ' αὖ τῶν ἐντεῦθεν ἀπαλλα- C γεὶς, οὐκ ἔκρινε δεῖν ἀπηρτῆσθαι τοῦτον ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ. καὶ μέντοι ταχέως προσκαλεσάμενος, ταχέως καὶ προσείληφε. εἰ μὲν δὴ οὖν ἀπελθόντος ἐκείνου ζῆν ἔτι οὐκ ἠδύνατο, καθάπερ σῶμα ψυχῆς ἀπερρωγὸς, βαβαὶ τῆς συμπνοίας τε καὶ τῆς μίξεως, ἣν εἰς ἄρρηκτόν τινα τὸν δεσμὸν ἡ μακρὰ συνήρμοσε χρῆσις. Εἰ δὲ καλέσαντος ἐκείνου ἔδραμε, παραχρῆμα ῥίψας τὸ σῶμα, βαβαὶ τῆς ἀγάπης καὶ τῆς στοργῆς, ἣν προσηκόντως εἶχε πρὸς τὸν δεσπότην. Ἡρακλῆς μέντοι ἐκεῖνος, εἰ δὲ τὰ ὄντα εἰρήκασιν οἱ τῶν μύθων ἐνταῦθα πατέρες, πᾶσαν διέδραμε τὴν ὑφ' ἥλιον, ὡς ἂν μάρτυρα τῶν οἰκείων ἁπασῶν κτήσηται ἄθλων. οὗτοι δ' ἐντὸς ὅρων D μένοντες μόνῃ τῇ βελτίστῃ φήμῃ καὶ τὰς Ἡρακλείους διέβησαν στήλας, καὶ ῥᾷστα πᾶσαν ἀνηρτήσαντο τὴν ὑφ' ἥλιον. ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθον ἀθανατίσαντες πρότερον ἑαυτοὺς, καὶ μνήμην καταλιπόντες ζῶσαν διηνεκῶς ἐν ταῖς τῶν ἐπιγινομένων ἀνθρώπων ψυχαῖς. ἡμῖν δὲ τοιούτων καὶ τοσούτων προβόλων καὶ στηριγμάτων οὑτωσὶ στερηθεῖσι, τίς ἐλπὶς λείπεται τἀγαθοῦ; ταὐτὸν γάρ τι καὶ ἡμῖν νῦν ἕπεται δεδιέναι, ὅπερ ἄμπελοι καὶ φυτὰ νεογνὰ, ἐπειδάν τις ἐπιβούλως τοὺς κύκλῳ περιβόλους τε καὶ φραγμοὺς καθελὼν, μηλόβοτον καταστήσῃ τὸν χῶρον.

calamitatum dolores simul irruunt: & pectore ac memoriâ meâ occupatâ, vt feri canes cadauer, huc atque illuc distrahunt, & discerpunt. Quoties ego illum intuitus, vniuersam sapientiam inuisisse mortales cogitaui, & anima corporeque assumptis hominum consuetudine esse vsam, vt sapientes auditores sapientiâ augeret, & scientiæ naufragia sedaret. Parum certè abfuit, quin & ipse animas in alia migrare corpora statuerem: & omnium simul animas Homeri, Platonis, & Ptolemæi, ac præstantium Oratorum, in vnius huius concurrisse corpore, atque in vitâ versatos esse, eoque tanquam maximo nauigio ingeniorum suorum vsos. Ac nunc tantus, & tam præstans ille vir, heu calamitatem! sepulcrum & puluerem subiit, magnâ doloris pyrâ incensâ in meo pectore. Viuere enim sine animâ, & spiritu, vtique non potuit. Animus verò eius, & spiritus, & si quid est quod vitam conferre queat, nihil omnium fuit aliud, quàm Imperator diuinus ille, & homine superior homo, qui & viuens illum longè super alios omnes euehere conatus, euidenter ostendit, tanto Imperatori tanto etiam ministro esse vtendum: prudentissimo nimirum terram incolentium omnium hominum, eo qui omni sapientia omnes superaret. Nunc verò ille, rebus humanis relictis, non diu à se remotum esse hunc oportere censuit: sed celeriter accersitum secum coniunxit. Quod si ergo, illo digresso, viuere hic non potuit, veluti corpus ab anima diuulsum: papæ, qualis fuit illa conspiratio, atque coniunctio, quam indissolubili vinculo diuturnus vsus conglutinauit? Quod si ab illo accersitus statim abiecto corpore accurrit; ô amorem, & charitatem singularem, quâ, vt decuit, dominum est prosecutus. Hercules ille quidem, si quidem hoc verè dixerunt fabularum patres, terrarum orbem peragrauit, vt is suorum certaminum testis esset. Hi verò cùm intrà limites manerent, sola optima fama etiam Herculanas columnas superarunt: &, quicquid sol intuetur, in se conuerterunt. Nunc verò è rebus humanis discesserunt, cùm se prius immortalitati consecrassent, suique memoriam perpetuò in posterorum animis victuram reliquissent. Nobis verò talibus & tantis præsidiis ac munitionibus destitutis, quæ vllius boni spes relinquitur? Idem enim & nobis vereri nunc subit, quod vitibus, & plantis nouellis; si quis antibus, & sepibus, fraude remotis, eas pecudibus patere permittat.

FINIS.



IOANNIS

IOANNIS LEWNCLAVII AMELBVRNI, INTERPRETIS, PROOEMIVM,

ATQVE INDEX RERVM VERBORVMQVE PRÆCIPVE' MEMORABILIVM,

Ad hanc editionem Græco - Latinam accuratè accommodatus;

Atque alia ab eo hinc inde Lectoribus subministrata præsidia.

GLYCAS SAMBVCO.

Non proditurum me Sambuce ſperabas
Solum, toga recens amictum Romana,
Qui palliatus more antehac eram Graio.
Comitarier me nimirum imperatorum
Themis meorum, & dulcis ille debebat,
Mecum Manaſſes qui delituit inuitus.
Sed ſurripuit illam vngulæ leoninæ,
Nequitérque clámque clepſit, & fugiens ſecum
Quidam abſtulit, Phrygia de gente cui nomen:
Numquam hoc aperto pol Gradiuo facturus
Imbellis ille comes Berecynthiæ matris.
Et ſunt, vereri qui ſolent, ne tam longo
Dum tempore exſpectamus hunc Phrygem, demum
Cum riſu anus Phrygia proſultet in ſcenam.
Hunc alterum ante me gnarum Auſonum linguæ
Premens acerba ſors, & inuidum fatum,
Exire non ſinunt foras: ſequuturum
Tamen breui, ſub ipſam ſcilicet brumam.
Sic dum latet Themis, nos ambo prodimus:
Vſuuenit, iactari quod ſolet vulgo:
Primi vltimi fiunt, & vltimi primi.



IO. LEWENKLAII

AD GENEROSVM ET ILLVST. VIRVM, IOANNEM BARONEM KITLICIANVM, CRAINI AC DRENCAVIÆ DOMINVM, IN ANNALES GLYCÆ LATINOS PROOEMIVM.


EST in familia Cæſaris noſtri, Domine, vir præſtans ingenio, cognitionis varietate, rerum vſu, & virtute propemodum ſingulari, Sambucus ille meus: cuius ego frequenter apud amicos, & iucunde quidem, recordari ſoleo. Nam iis dotibus, ſupra complures huius ætatis ex doctrina claros homines, diuinitus eſt exornatus, vt inter nos iam ab annis aliquot amicitiam non vulgarem ciuiſſe, non ex animo gaudeam ſolum: verum etiam in aliqua felicitatis parte ponam. Cur enim illum hominem non maximi faciam, qui publicatis egregiis ingenij monumentis, emblematis ſolerter excogitatis, & per arguta quædam idyllia declaratis, Dioſcoride purgato & illuſtrato, varietatum libris non illis quidem adhuc editis, ſed ſuo tamen tempore proferendis, omnes in admirationem ſui rapit? Ne dicam, quantum in eo laudis mereatur perueſtigandæ antiquitatis indefeſſum ſane ſtudium, quo non ſine magnis impenſis tot rariſſima priſcorum numiſmata conquiſiuit, tot eximios in omni diſciplinarum genere libros ab interitu vindicauit: quos ipſos aliorum quorundam inuidorum more non intra carceres & ſepta priuata coercet, ſed animo lubente (quæ viri perhumana benignitas, & memoranda liberalitas eſt) cum vniuerſis communicat. Immo non ipſe tantum iis expoliendis, & ad editionis maturitatem perducendis incumbit, vt publicam ad vtilitatem in medium prodeant: ſed etiam aliis pleraque velut extrudenda mittit, ne quod noſtrum ſcilicet commodum remoretur, dum ipſe grauioribus curis & occupationibus impeditus, bonorum deſiderio, theſauris longe pulcerrimis ex caligine quarumdam quaſi latebrarum eruendis, ſatisfacere nequit. Atque huius ſane tam ſancti, tam laudabilis inſtituti fructus ampliſſimos percipit, dum & à litteratis vbique gentium ſe coli atque obſeruari videt, & in magnorum illuſtriúmque virorum gratia ſuauiter adquieſcit. Cæſar quidem, ceu Philadelphus alter, alterum quemdam Demetrium Phalereum bibliothecæ præfecit, ac hiſtorici munus ei mandauit: quas ad res quem alium magis idoneum reperiret, equidem non video. Nec eſt, cur eius viri conſilia, qui vniuerſitatis hiſtoriam, cum variarum diſciplinarum ſcien-

tia, tam feliciter complexus ſit animo, maximis in momentis rerum ab auguſto ſapientiſſimóque principe & requiri lubenter, & magnopere probari dubitem. Vt autem id exponam, quod hic locus, & inſtituta oratio poſtulat: miſit ad me quoque Sambucus ſuperioribus his annis proximis duos annalium ſcriptores Græcos, MICHAELVM GLYCAM, cognomento SICVLVM, & CONSTANTINVM MANASSEM: quorum vtrumque Latinum in ſermonem conuerterem, ac publici iuris facerem. Solet enim putare, noſtras (vt cum poëta loquar) eſſe aliquid nugas: hoc eſt, eam nos linguæ Græcæ cognitionem conſequutos eſſe, quæ tranſſcribendis in Latinam veterum ſcriptis vtcumque par ſit: in quo vt amici plenum inſignis erga me beneuolentiæ iudicium ſatis agnoſco, ita meas vires ac in vtraque lingua facultatem nemo me rectius metiri vel poteſt, vel debet. Quoniam vero non prorſus reiecturos homines eruditos ſperabam, quod auctore tali viro præſtandum reciperem, præſertim oſtendente per literas, ſe auctoritatem conſilij ſui numquam defugiturum: feci ſane, quod ille iubebat, & vtrumque Romana ciuitate donaui, non vt imperator quiſpiam, ſed velut vnus ex multis, qui eius rei curandæ mandatum ab imperatore haberet. Quumque prior hoc tempore Glycas in publicum exeat, Conſtantino mox ſubſequuturo: libet hoc loco ſpectatoribus hominis Græci, & omnino hactenus incogniti, quid ius ciuitatis adeptus, viciſſim reipublicæ fructus ex ſe promittat, quàm breuiſſime poterit, indicare. Nimirum agnoſcit, in ciuitatem admitti ſe non debere nudum ac inopem: ne luſtro appetente, cenſoribus peruulgatum illud, EX ANIMI SENTENTIA, præfantibus, egeſtatem mox ipſe ſuam fateri cogatur, & loco motus vel ærariorum in numerum ordinémque redigi, vel capite cenſeri, vel prorſus iure ciuitatis excidere, quod quidem amittere turpius, quàm ab initio non impetraſſe. Quamobrem diuiſo in triunces facultatum huius aſſe, déque iis æſtimatione facta videamus, an in cenſum redigi poſſit. Vniuerſa Glycæ commentatio quatuor in partes eſt diſtributa. Earum prima rerum primis ſex diebus ab ortu mundi conditarum enumerationem præclaram continet, immiſtis paſſim arcanis naturæ, cum admirabili expoſitionis varietate, quæ religioſum & amantem opificij prouidentiæque diuinæ lectorem non poteſt non ſingulari voluptate quadam adficere. Secunda temporum ſeriem ab initio mundi vſque ad Chriſtum ex Eccleſiæ doctrina præcipue tradit, & eius cauſſa, cui librum elaborauit, (appellat autem hunc filium) plurima de ſacris intertexit. Quippe primorum imperiorum tam initia, quàm progreſſus ex iis tamquam certis teſtibus, petere maluit: quum de Nabuchodonoſore, de liberis eius, totóque Aſſyriorum imperio (vt omittam antiquiora) perpauca, vel nulla potius memoratu digna in extrariorum, quos gentiles dicimus, ſcriptorum monumentis reperiantur. Sic autem hæc tractat, vt obiter de quæſtionibus minimè vulgaribus diſſerat, citatis auctorum grauiſſimorum teſtimoniis: quorum quum non pauci nobis plane ſint incogniti, pretium nos operæ facturos exiſtimabamus, ſi antiquitatis ſtudioſorum in gratiam, illorum nomina

ſtatim huic Prooemio ſubiiceremus. Et iudicat profecto Glycas noſter de maximis rebus haud abſurde, quibus in rebus recte conformata eſſe, ac præſertim illorum iudicia, quorum animi per ætatem adhuc nonnihil cæcutiunt, nec verum peruidere poſſunt, plurimum intereſt: verbi gratia, de prædictionibus aſtrologicis: de vi ſiderum, an ea mentes hominum regant: de monſtroſis fetibus: de diuinationibus: de fato: de bonis & malis geniis: de animo: de præuiſione diuina, num illa peccati cauſſa ſit: de obdurationibus impiorum: de magicorum & verorum prodigiorum diſcrimine, quo loco de Antichriſti etiam miraculis ac præſtigiis agit: de variis tam philoſophorum, quàm hæreticorum opinionibus. Quod ſi quis arbitratur, hiſce de rebus minime diſſerendum vel in hiſtoria, vel in annotatione temporum: is ſciat, primum hæc iunioribus eſſe perſcripta, quorum animos rectis ſententiis (vt paullo ante ſignificabamus) imbui, permagni refert. Deinde velim Glycæ noſtro vel illam ob cauſſam ſit æquior, quod pleraque non ita prolixe, nec confuſe tradiderit, vt Cedrenum & alios factitaſſe videmus: qui compendia quædam promittentes, volumina prorſus ingentia, quæque ſine tædio pellegi nequeunt, poſteris reliquere. Poſt Chriſtum natum, parte ſcilicet operis tertia, cum imperio Romano hiſtoriam Eccleſiæ coniungit. Eſt autem heic accuratus admodum in breuiſſimis annorum notationibus, quibus imperatores ſinguli rerum potiti fuerunt. Non omnia quidem illorum vel dicta, vel facta recenſet: (nec enim hoc vel inſtituerat, vel etiam facere debebat, annales mundi breues ſcripturus) memoria tamen, indicationéque digna minime præterit. Et quia tamdem imperium Romanum Byzantium ſiue Conſtantinopolim Græcos ad homines tranſlatum fuit, eius ipſius regni ſeriem, ac res ab regibus geſtas, diligenter extrema in parte proſequitur: quod exiſtimaret, ibi principis atque maximi per orbem terrarum imperij ſedem eſſe, cum quo res occidentis, hoc eſt noſtras, minime conſerendas ſtatueret. Hanc ipſam ob cauſſam noſtra ſilentio præterit, quorum ex aliis notitia peti non difficulter poteſt. Viciſſim noſtri fere nihil de orientalibus iſtis principibus, poſt factam Caroli magni temporibus imperij diuiſionem, memoriæ prodiderunt: conantibus vtriſque ſuæ nationis hominibus opera ſua ſeruire. Poſſum autem vere polliceri lectoribus, in hac extrema parte multa notatu apprime digna reperiri, quorum ne verbo quidem prolixarum hiſtoriarum ſcriptores meminerunt. Atque harum in rerum expoſitione peruenit ad ea tempora, quæ noſtram hanc ætatem annis paullo amplius CCCC præceſſerunt: hoc eſt, ad Ioannem Alexij Comnenum, cui Pulcri cognomen datum fuit. Arbitror ex his abunde iam liquere, Glycam noſtrum quoſuis apud cenſores facile dignum ſe probaturum, qui Romanam in ciuitatem admittatur. Ceterum vt partim non eſſent, qui forte res ab ſequentibus Ioannem principibus geſtas deſiderarent, partim vt ipſe Glycas eò confidentius in hominum oculis hac etiam commendatione fretus appareret: adiicere quoddam velut ἐπίμετρον de noſtro voluimus, quo cenſus eius nonnihil augeretur. De certiſſimis enim ſcri-

ptoribus, in quibus locum facile principem obtinent, Choniatas Acuminatus, Nicephorus Gregoras, Laonicus Atheniensis, Byzantinam historiam, filum ipsius Glycæ sequuti, ad eius regni per Turcos euersi finem contexuimus: vt quod sparsim hactenus, & ex variis petendum erat, vno iam libro commode lectores comprehensum inuenirent. Apud te vero, Domine, nouum hunc ciuem Romanum ab initio sistere volui, quod futurum plane mihi persuaderem, vt si tibi, censori polito & incorrupto, probaretur: eo facilius aliorum sibi gratiam atque beneuolentiam conciliaret. Præterea iure quodam tuo tibi se offert, quod hominis opera, degentis in tua familia, vestem Romanam induerit. Denique Sambucum, qui princeps in eum beneficium hoc lucis liberioris contulit, in os laudare præ verecundia non ausus: apud te virum præclarè de litteris meritum, & adhuc cottidie merentem prædicare voluit, quem sciret eruditorum studiis, ad reipublicæ commoda spectantibus, quam honestissime cupere.

DIXI.



LOCORVM S. SCRIPTVRÆ
in Annalibus GLYCÆ explicatorum
INDEX.

Ex versione quam secutus est Leunclauius, neglecta, vt Hæretici solent, versione vulgata.

GEN. I. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.*
Facto vespere ac mane, dies vnus extitit.
Coëant aquæ vnam in collectionem.
Edat terra gramineas herbas, & arbores fructiferas.
Creauit Deus cetos ingentes.
Creauit Deus luminaria magna.
Constituit ea in signa, tempora, dies, annos.
Dixit Deus: Edat terra animam viuam.
Faciamus hominem ad imaginem similitudinémque nostram, qui marinis piscibus, volucribus aëreis, bestiis terræ dominetur.
Fecit hominem Deus: & quidem marem ac fœminam fecit eos.
Augescite, multiplicamini, replete terram.
En ego concessi vobis omnes frugiferas arbores, quibus ad alimoniam & vos vtamini, & omnes bestiæ terrestres.
2. *Sumpto de terra puluere Deus hominem formauit, & in eius faciem vitalem inspirauit*, &c.
Conseuit Deus paradisum in Edem, versus orientem.
Faciamus Adamo adiutricem secundum ipsum.
Somnum Adamo grauissimum Deus immittit: vnáque ex costis detractâ, mulierem ex ea construxit. Qua Adamus conspecta, dixit: Hoc nunc demum os, &c.
Omnibus paradisi arboribus vescêris, præter arborem scientiæ boni & mali. Nam ea quacunque die vescemini, morte multabimini.
Quacunque die vescemini hac arbore, morte multabimini.
3. *Vt vidit mulier arborem esse ad vescendum accommodam & oculorum aspectui gratam*, &c. *sumsit de fructu eius, & comedit.*
In pectus ac ventrem ambulabis.
Obseruabit ille caput tuum.
Ex ecratione quadam infelix erit humus propter ea quæ designasti.
Tunicis pelliceis induit eos.
En factus est Adamus quasi vnus de nobis.
4. *Quisquis me repererit, occidet*, &c. *Ne tibi formidaueris. Nam qui te necauerit, septupli vindictam sustinebit.*
Quicumque Cainum necabit, septupli vindictam sustinebit.
In Caino septupli pœna fuit: in Lamecho septuagecupli septupli erit.
6. *Non permanebit spiritus meus in hisce mortalibus, quum caro sint.*
Filij Dei, animaduerso filias hominum forma venustas esse, matrimonio sibi eas iunxerunt, natíque sunt ex eis Gigantes, &c.
8. *Neque reuersus est coruus, donec exsiccata est terra.*
Vnde cognoscam futurum, vt terram hanc possideam.
25. *Duæ gentes ex vtero tuo diuidentur, quarum altera*, &c.
28. *Somnium Iacobi de angelis per scalam ascendentibus & descendentibus explicatur.*
32. *Præsens præsentem Deum conspexi; & incolumitatem anima mea consequuta est.*
47. *Anni vitæ meæ, quos peregrinatus sum, omnino sunt centum & triginta: quos ipsos sanè paucos & malos expertus sum.*
49. *Corruens sopitus est vt leo, quasíque catulus leoninus: quis excitabit eum?*
Exod. 9. *Excitaui te illam ipsam ob causam, vt potestatem in te meam declarem per vniuersum orbem terrarum.*
1. Reg. 15. *Quoniam tu commisisti, vt præcepto meo non obtemperares, & manda-*

ta mea tibi præscripta non seruares : eripiam ego tibi de manu tua regnum tuum, &c.
3. Reg. 17. *Hydria, qua farina continetur, ne deficiat: & cadus olei nunquam minus habeat.*
21. *Nabuthæus Deo & regi bene precatus est.*
Psal. 10. *Tanquam leo abditis in locis insidiatur.*
31. *Dixi apud me, Improbitatem meam aduersus meipsum Domino fatebor: & tu mei cordis impietatem mihi condonasti.*
101. *Factus sum pelecano solitario similis.*
109. *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dextram meam, donec tuos hostes scabellum pedum tuorum effecero.*
131. *Surge Domine in requiem tuam, tu inquam ipse, & arca sanctitatis tuæ.*
135. *Qui terram in aquis fundauit.*
Ecclef. 1. *Exoritur sol supra terram, & occidit, rursúmque suum ad locum redit. Quid est, quod fuit? idem illud, quod erit. Quid factum? idem illud, quod fiet.*
Cantic. 2. *Ficus grossos suos extrusit.*
Esa. 14. *Qui delapsus est Lucifer ille, qui pridem oriebatur, terræque allisus est?*
37. *Propugnabo hanc vrbem tam mea, quàm Dauidis famuli mei causa.*
Habac. 3. *Sol eleuatus est, & luna stetit in ordine locóque suo.*
Sophon. 1. *Dies angustiæ, & explorationis, & iracundiæ, hodiernus dies est. Nam partus quasi quidam instat,* &c.
Zach. 14. *Illo die lux nulla existet, sed toto die frigus ac gelu durabit,* &c.
Matth. 1. *Ioseph non cognouit eam, donec ea peperit filium suum primogenitum.*
10. *Sitis astuti, vt serpentes: & sinceri, vt columbæ.*
26. *Præstabat illi homini, non esse natum. Prius quàm gallus cantet, me ter negabis.*
27. *Multa corpora sanctorum, qui obdormiuerant, suscitata sunt: & ipsi, vrbem sanctam ingressi, post resurrectionem eius à multis sunt conspecti.*
Vlt. *Adfuturus sum vobis perpetuò, donec finis seculi appetat.*
Marc. 14. *Prius quàm bis gallus cantet, ter me negabis.*
Luc. 1. *Te Spiritus sanctus inuadet, ac supremi potentia inumbrabit.*
Ioan. 5. *Pater meus operatur hactenus, & ipse operor.*
18. *Ipsi in prætorium non intrarunt, ne polluerentur, sed pascha vescerentur.*
Rom. 6. *Peccati stipendium mors.*
2. Pet. 2. *Impiorum generi diluuium inuexit.*

Locorum S. Scripturæ finis.



AVCTORES



AVCTORES ET LIBRI NON EDITI,

de quibus Glycas sua collegit. Nam editos omittere libuit, quorum tamen fragmenta quædam habet, in editis non exstantia.

A.

ALexander Monachus.
Amphilochius.
Anabatianus, liber Caianitarum.
Anastasius Sinaites.
Anaxagoras.
Anaximander.
Andreas Cretensis.
Apolinarius Laodicensis.

B.

Barlaamus.

C.

Cæsarius.
Caius historicus.

D.

Diodorus, ecclesiasticus scriptor.
Dionysius Corinthius.

E.

Ephræmus.
Epiphanius presbyter, non episcopus.
Eustathius Antiochenus.

G.

Gennadius.
Georgius Syncellus historicus.
Germanus patriarcha Byzantius.

H.

Hermes termaximus.
Hippolytus Thebanus.

I.

Iamblichus.
Isidorus Pelusiensis.
Ioannes auctor Scalæ.
Iulianus imp.
Iuuenalis Hierosolymor. antistes.

L.

Liber de Basilij miraculis, qui Amphilochio scriptus putatur.

M.

Maximus.

N.

Nemesius Emesenus.
Nicephorus patriarcha Byzantinus.

P.

Parua Genesis.
Patricius Prusensis.
Paulus Sinopensis.
Petrus ad Faustum.
Philolaus.
Pionius.
Porphyrius.
Προσευχὴ τοῦ Ιωσὴφ, liber apocryphus.
Psellus.
Pyron Chronographus.
Philonis philosophi ecclesiastica historia.

R.

Rufus scriptor Medicus.

S.

Seuerianus.
Seuerus.
Symeon Metaphrastes.

T.

Theophanes confessor, chronographus.

X.

Xenophanes.



RERVM ET VERBORVM IN HISCE MICHAELIS GLYCÆ ANNALIBVS PRÆCIPVE MEMORABILIVM

INDEX.

A

AARO in Oro monte mortuus, 159. d
Abaris mons, qui & Nabo, 157. d. 159. in eo mortuus Moses, 160. b
Abacuc, seu Abacumus pascit Danielum in leonum fouea, 202. a
Abelus & Cainus quorum figura, 119. b
Abelus, vox quid significet, 235. d
Abeli sacrificia cur Deus respexerit, 117. d
Abelo Cainus cur inuiderit, 117. a
Abesalomi, seu Absalomi interitus, 178. b
Abesalomo ad parricidium moliendum quid causæ fuerit, *ibid.*
ab Abisęo, seu Abisago Dauid seruatus, 279. d
Abrahamus astronomus, 131. d. quomodo fidelis, quum dixerit: *Vnde cognoscam futurum, vt terram hanc possideam?* 134. c. quomodo Melchisedeco minor, 136. b
Abrahami constantia, 133. b. historia, 131. *& seq.* hospitalitas, 132. mansuetudo, 131. d. obedientia, *ibid.* c
Abrahami nomen vnde, 134. c
Accipiter quomodo sibiipsi medeatur, 50. a
Accone, quæ prius Ioppe dicta, 340. c
Accaabi interitus, 189. d
Achar Charmæ F. quare cum omni domo lapidibus obrutus, 162. a
Achazus Ioathami F. impiissimus, 192
Achior Ammanites, 169. b
Achis rex, 176. a
Achitopheli consilium, 178. b. eiusdem interitus, *ibid.*
Acontias serpens, 58. d
Ada & Sela vxores Lamechi, 122 b
Adamus an mortalis simul & immortalis conditus, 87. cuiusmodi à Deo fuerit conditus, 85. c. cum antea fuerit immortalis, quomodo deinceps factus sit interitui obnoxius, 90. d. *& seq.* cur mortalis post lapsum factus, 92. ex alia terra conditus, in paradisum collocatus, 67. c
Adamus ne de ligno scientiæ comederet, cur non impediuerit Deus, 101. post lapsum cognouit Euam, Cainumque procreat, 110. a. quando e paradiso eiectus, 120. d. quatenus mortalis a Deo conditus, 93. 94. vbi exul vixerit, & mortuus sit, 120. d
Adami appellatio vnde, 75. a
de Adami conditione, Concilij Carthaginiensis verba, 95. c
Adami corpus incorruptibile à Deo conditum, 90
de Adami exilio oratio Chrysostomi, 91. d
Adami liberi, 117. a
Adamum ante lapsum fuisse affectionum expertem, 93. 94.
ad Adamum cur animalia cuncta a Deo deducta, 81
Adonibezeci ducis Chananęorum pœna, 162. d
Adrianopolis Turcici regni sedes in Europa, 346. d
Adrianus Imp. 240. a. eiusdem interitus, *ibid.* b
sub Adriano clades Iudęorum, *ibid.* b
Ægyptus, Alexandro defuncto, cui obuenerit, 202. c. hiemem cur nullam habeat, 153. a
Ægypti plagæ, 151. *& seq.*
in Ægypto annonæ caritatis causa quæ, 145
Ægyptij Geometriæ inuentores, 128. pediculorum multitudine percussi, 151
Ægyptiorum summa superstitio, 130. c
Ælia dicta Hierosolyma, 240. b. qua ratione, *ibid.*
Æmilianus Imp. 244
Ærarij inopia sub Basilio Macedone, 294. d
Æsculapius quando vixerit, 165. d. eiusdem in arte medica peritia, *ibid.*
Æstate cur Nilus exundet, 10. a. 16. d
Æthiopum regina Sybilla, 183. d. quomodo Solomonem tentârit, *ibid.* quid Solomoni donârit, 184. a
Aerem facile adfici, 36. d. in litteris sacris etiam cœlum appellari, 8. d
Affectionum naturalium origo, 93. 94
propter Agagum conseruatum irascitur Deus Sauli, 175. c
Agilęi fœminis subiecti, 143. a
Agnus Paschalis quando mactari solitus, 228
Agrippina mater Neronis a filio tyranno interfecta, 237. a
Alagabalus, *V.* Heliogabalus.
Alemana Manuelo Comneno nupta, 336. d. eiusdem virtus excedens, *ibid.*
Alexander Magnus a Candace circumuentus, 141. c
Alexander cur a Danielo Pardalidi comparatus, *ibid.* Iudęorum Pontificem veneratur, 142. a
Alexander quo ætatis anno mortuus, 141. d. regni Persici euersor, 202. b
Alexander antistes Alexandriæ, 244. b
Alexander Mameæ F. Imp. 243. b. Monachus de Constantini baptismo, 251. b. eiusdem refutatio, *ibid.*
Alexandri animus magnus, 142. a. castitas, *ibid.* eruditio, *ibid.* b
Alexandri columna in insula Brachmanum, *ibid.* monarchiæ diuisio, 202. c

Alexandri oculus alter cæruleus, alter niger, 141
Alexandri regnum, 141
Alexandri regnum, post eius obitum diuisum, 142
Alexandrum rem sacram Hierosolymis Deo fecisse, 141
Alexandria a quo condita, *ibid.*
Alexandriæ diuulsio a Constantinopoli, 263
Alexius Branas, 340.b.2
Alexius Comnenus Imp.332.d. *& seq.* contra Bryennium mittitur, 331. b. hostiles Turcarum copias dissipat, 335. c. cauterio vtitur, *ibid.* d. moritur, *ibid.* Manicheos in viam reuocat, 335.b
Alexius Ducas Murzuflus Imp. 342. d. 1. eiusdem pœnæ, *ibid.* b.2
Alexius Isaaci Imp. F. 342. a. 1. ab Alexio Ducas captus, *ibid.* d. 1. eiusdem interitus, *ibid.* b.2
Alexius patriarcha donis corruptus, 314. d
de Alexij Comneni matre & coniuge, 334. b, c
Alexij Comneni morbus & curatio, 335. a
ab Alexio Comneno quomodo deceptus Rupertus Francus, 333. a
Allelengyum ab Argyropulo sublatum, 312 b
Allelengyum exactio qualis, 310. a. vnde dicta, *ibid.*
Amalthea capra, 147. a
Amaltheæ cornu quid, *ib d.* b
Amaltheæ cornu, filia Iobi, *ibid.* vnde sic dicta, *ibidem.*
Amasias rex, 192. eiusdem interitus, *ibid.* b
Amazones ἄγαμοι, 143. b
de Ambitu lex Marciani, 263. a
Ambrosius discipulus Origenis, 242. a
Ambrosij libertas, 257. a, b
Ammerigus Alemanorum rex, 341. eiusdem perfidia, 337. c
Amici fidelitas, 278. b
Amnonis cum sorore incestus, 178 b
Amor mutuus coniugum, 82. d
Amosus rex, 197. b
Amphilochij de Angelorum creatione opinio, 80.c
Amurates Machometi F. 346. a. 1. eiusdem interitus, 345. c. 1. 348. b. 1.
Anabatianus, liber Caianitarum, 120. b
Anacharsis castitatis & virtutis exercitiorum amore flagrans, 234. d
Anastasius Dicorus Imp. 264. d. eiusdem exitus, 265. a
Anastasij facinus preclarum, 265. d. Sinaitæ allegoria, 10.b.33. c. de angelorum creatione opinio, 80. c. locus, 15. d. 24 c 38. d. 49. a. 74. a. 86. b. 89. d. 93. b. 94. a. 99. a. 102. d. 105. c. 166. a. 182. a. 197. a. somnium, 265. b
in Anastasium seditio, *ibid.*
Anatolij consilium, 263. d
ab Anatomia illustre simile, 154 c
Anaxagoras quando vixerit, 202. b. eiusdem de sideribus deliria, 20. c. de sole opinio, 21. a
Anaximandri de natura siderum deliria, 20. d. de sole opinio, 21. a
Anaximenis de sole opinio, *ibid.*
Andreæ Cretensis locus, 86. d
Andromachus theriacæ inuentor, 59. d
Andronicus Comnenus e carcere primùm elabitur, 338. d. 2. quomodo Galizam peruenerit, *ibid.*
Andronicus Ioannis F. Palęologus Imp. 345. d. 1
Andronicus minor, auo detruso, imp. 344. d. 1
Andronicus Palęologus Imp. 343. d. 2
Andronici Comneni tyranni imperium & flagitia, 338. b. 2. incestus cum Theodora, 339. a. 2. supplicia, 340. c. 1
Angelus pręses vitæ cuiusque hominis, 337. d
Angeli iusiurandum, 268 b
Angeli, nominis in Comnenum mutatio, 341. b. 2
Glycæ Annal.
ab Angelo centum & octogintaquinque millia vna nocte interempta, 193. d
Angeli, 76. c. 78. c. administri spiritus, 137 b ascendentes & descendentes in scala Iacobi quid significent, *ibid.* a. num ante cœli & terræ creationem, an vero post sint conditi, 110. quomodo in literis sacris comedisse dicantur, 132. c
Angelorum appellatio vnde, 76. 77 castra conspecta Iacobo, 138 c creationis cur non expressa fiat mentio, 75. 76
de Angelorum creatione opiniones diuersæ, 79. 80
Angelorum pręedictiones de futuris vnde, 107. d. vox quid significet, 78. b
per Angelos lex ipsa nobis data, 77. a
in Angelis alæ quid significent, 77. d
de Angelis Nicephori patriarchæ locus, 137. d
ab Angelis sepultus Moses, 158. a
de Angelis singulorum, Basilij locus, 79. item Theodoriti, 80 a
Angeli & Franci in Palęstinam expeditio, 341 c. 1
Anguillarum ortus, 44. b
Anima an diuinæ particeps essentiæ, 68. d. in homine vna, diuersis facultatibus pręedita, 69. d. quo siccior, eo sapientior, 74. b. 116. a. quomodo in corpore existat, 71. d
Animæ essentia incomprehensibilis, 72. d
Animæ & corporis subitus in aluo materna concursus, subitaque ab inuicem tempore mortis diremptio, 73. c
Animæ expers, omnino mortuum, 72. c
Animæ facultates, 70. incrementum quomodo consequamur, 83. a. partes tres, 111. *& seq.*
de Animæ sede, Aristotelis, aliorumque opiniones, 71. 72.
de Anima brutorum, Manicheorum error, 104. c
Animalcula ephemera, 38 a. vnde sic dicta, *ibid.*
Animalia cor amplum habentia, cur timida: & contra, 54. Libyca cur per æstatem bibant, 66. b
Anima meticulosa, 37. d. quędam cur adhuc hodie immunda, 168. c, d. quomodo quędam immunda, cum initio rerum communem cum cæteris benedictionem acceperint, 168 c
Animalium terrestrium sensus acres, 49. a
Animalibus a pedibus destitutis testes nulli, 38. b. brutis naturalis appetitus ab opifice inditus, 65 b, c. singulis prudentia quædam naturalis a Deo indita, 65. a
Animalia bruta non laborare inuidia, 44
Animalia munda ab immundis vnde Noa discernere potuerit, 126. a
in Animalibus vis sensuum, 50. c
in Animantibus brutis cur fœtus magis quam in hominibus parentum similitudinem referant, 56. c
Annæ mulieris liberalitas, 267. d
Annales Ioannis Scylitzæ, 286. d
Annonæ caritas sub Constant. Copronymo, 284. c
Annus quid, 25. b
Annorum in numeris diuersitas apud Hebræos & Græcos, 121. a
Annorum prædicationis Pauli supputatio, 227. d
de Annorum septimanis apud Danielum, 205. d
Anomæos hæresis suæ occasionem ab Origene sumpsisse, 242. b
Anseres peruigiles, 44. a
ab Anseribus Roma seruata, *ibid.*
Anthropophori apud Indos, 143. a
Antichristi prodigia, 156. a
Antigonus, Alexandro defuncto, Asia potitus, 202. d
Antiochea a quo condita, *ibid.*
Antiochiæ clades, 269. d
ab Antiochia cur abstinuerit Phocas, 307. a

ab Antiochenis Imperatricis ſtatua deiecta, 257. b
Antiochus Epiphanes, 202. d. Eupator, 203. d. Oſtiarius quo pacto circumuentus, 267. d
Antiochi Epiphanis interitus, 202. 203
Αντιπελαργωσις, 41. a
Antoninus Caracallus Imp. 243. a. Philoſophus Imp. 241. b. mundum imperatorium vendit, *ibid* d. Pius Imp. 241. a
Antonini Philoſophi Imp. doctrina, *ibid.* b
Antonius ab Auguſto nauali pugna victus, 205. b
Appellianorum error, 230. d
Apis Ægyptiis cultus, 130. c
Apes cur oleo extinguantur, 47. quomodo puniant fucos, 45. d
Apum reſpub. 40. c. 45. d
Aprorum ſpumæ cauſa, 63. a
Apochaudas a Nicephoro deuictus, 304. d
Apolinarius in Concilio II. damnatus, 271. b. quando vixerit, 244. c. eiuſdem dogma hæreticum, *ibid.*
Apolinarij dogma, 70. a
Apollonij præſtigiæ, 239. a
Apoſtoli cur patriarchis maiores, 230. a. dona linguarum quot acceperint, 226. a. primi cur tantum duodecim, 229
Apoſtolorum nullus ſupra Paulum collocandus, 214. a
Apoſtolis cæteris cur pares Paulus & Iacobus, 229. b
in Apoſtolis cur linguæ conſpectæ, 225. c. cur diſpertitæ, *ibid.* & 226. a
Aſpidochelone, ceti ſpecies, 36. a. imago diaboli, *ibid.*
Aqua aduerſationis, fons vnde dictus, 102
Aqua cur a Deo ſupra firmamentum collocata, 8. a. cur item infra, *ibid.*
Aqua & ignis in Lyciis montibus coniunctim cuius nos admoneant, 17. b
Aqua fluuiatilis cur non ſalſa, 16. a. pluuia cur cito putreſcat, 30. c
Aqua quomodo fuerit collecta, 15. a. quomodo mel alicubi in Scripturis dicatur, 191. d. quomodo nunc in vnam collectionem, nunc collectiones coacta eſſe dicatur, 14. d
Aquam diluuij ad xv. cubitos ſupra ipſos montes excreuiſſe, 126. 127. marinam craſſiorem eſſe fluuiatilibus aquis vnde conſtet, 16. a
de Aqua marina, quod potabile ſit, quomodo eliciatur, 9. 10
Aquæ puteales cur per hyemem calidæ, 60. a
Aquarum aeriarum fons & principium, mare, 9. b. calidarum feruor vnde, 6. b. fluxus & refluxus in Euripis vnde fiat, 22. d. illuuies & hiatus, 255. b
Aquarum in ſanguinem commutatio, plaga Ægypti prima, 151. a. & quare, *ibid.*
Aquas omnes e mari oriri, 16
Aquila factus Chriſtianus, 141. d. aſtrologiam non deſerit, *ibid.* circumciditur, & ſcripta ſacra vitiat, *ibid.*
Aquila Marciano præbet vmbram, 262. d
Aquilæ augurium, 294. b
Aquilæ & Manis blaſphemia, 82. c
Aquilæ in ſobolem iniquitas, 41. d
Aquilarum augurium, 300. c. eiuſdem interpretatio, *ibid.* d. pennæ, 43. c
Arabiæ fertilitas, 77. d
Arbaces Medus Sardanapali interfector, 139. d
Arbor cognitionis cur in paradiſo condita, 100. a
Arboris & fontis miracula, 277. d. 278. a
de Arboris ſcientiæ natura & fruitione, magna inter omnes diſſenſio, 85. c
de Arbore cognitionis variæ ſententiæ, 98. 99
Arbores ἀείφυλλοι, & tamen φυλλοβόλοι, 14. a
Arbores aureæ cum auiculis, 289. c
Arborum folia cur diuerſa, 12. 13
in Arboribus ſexus diſcrimen, 12. d
Arbylus Aſſyriorum rex, 130. a
Arca Domini cur capta, 172. b
Arcæ Noæ menſura, 126 d. 127. a
in Arcam an coruus a Noa dimiſſus redierit, *ibid.* cur tam ſeptena quam bina animalia recepta, 126. d. 127. a
propter Arcam Palæſtini male mulctati, 172. c
Arcadius Imp. 258. a
Arcadius & Honorius filij Theodoſij ex Placilla, 256. a
Arcadius per litteras Innocentij Papæ excommunicatus, 259. ad eaſdem reſponſum Arcadij, *ibid.* d. & 260. a. abſolutio, *ibid.* b
Archangeli, 76. 77.
Archangelorum vox quid ſignificet, 78. d
Ardeola, ſiue erodius, auis cuiuſmodi, 44. c
Argyropuli vxoris virtus, 312. a
Aſteriſci quid deſignent, 1. a
Arius in primo Concilio damnatus, 270. d. 271. a. eiuſdem mors, 252. c
Arianos hæreſis ſuæ occaſionem ab Origene ſumſiſſe, 244. c
Ariſtoteles quando vixerit, 202. b
Ariſtotelis de cœli eſſentia opinio, 5. c. locus, 29. d. 51. b. 53. a. 62. 116.
Arithmeticæ inuentores, 227. d
Armatius, *V.* Harmatius.
Armemunnes, 291. a
Arſenius Arcadij caſtigati metu profugit, 256. c. reuocatur cum veniæ petitione, *ibid.* d. Theodoſio miſſus, 256. a
Artabanes rex, 202. b
Artabaſdus Imperatorem ſe facit, 283. d. eiuſdem exitus, 280. d. Leonis gener, 202. b
Artaxerxes rex, Darij ſucceſſor, 140. d
Artemius Imp. 280. b
Artoclines ab vxore necatur, 318. c
Aſa rex in quibus peccarit, 187. a. eiuſdem pietas, *ibid.* b
Aſcetica Baſilij, 94. d. 168. c
Aſinus cur timidus, 54. a
Aſini auditus acer, 49. a
Aſtarte, idolum Sidoniorum, 189. c. eadem cum Venere, 184. d
Aſmodęus genius nequam, 170. d. amator Sarræ, *ibid.*
Aſpidum ſpecies tres, 58. d
Aſſyrij vnde Perſæ dicti, 140. a
Aſtrologi cuiuſdam prędictio, 264. d 299. d
Aſtrologi 279. b. ex Italia proſcripti, 238. c. refutati, 26. 27. & *ſeq.*
Aſtronomiæ inuentores, 127. d
Aſua Adami F. Setho nupta, 117. a
Athanaſius ab Arianis ſolio deturbatus, 250. d. eiuſdem exilia, *ibid.* locus, 89. a. 91. b. 97. a. 119. c. 122. a. 207. c. 208. a. *ibid.* d. 209. d
de Athanaſio pręſagium, 244. a
Athenais, poſt Eudocia dicta, abit Conſtantinopolim, 261. a. nubit Theodoſio Calligrapho Imp. *ibid.*
Athenis & Thebis potiti Catelani, 344. c. 1
Athenienſium ducis clades, *ibid.* b
Athenodorus libidinum Auguſti coercitor, 206. b. eiuſdem pręceptum vltimum Auguſto datum, *ibid.* c
Atlas mons, 14. b
Atlanticum mare vnde dictum, *ibid.*
Atramentum qui piſces habent, 37. c

Augustus Cæs. victor Cleopatræ, 58.d
Augusti anno quadragesimo secundo Christus natus, 207.a Imperij duratio, 205. iracundia castigata, 206. libidines coercitæ, ibid. a, d. morituri verba, ibid. nomen vnde, 205.a
in Augustum amor subditorum, 206.d
ab Augusto extructa Nicopolis, 205.b
sub Augusto pax, 205.c
Augustus mensis vnde dictus, ibid. a
Aues aureæ canentes, 192.c
Aues cur renibus & vesica careant, 48 a
Auium ortus, 44.b
in Auibus quid admirandum, 196
Aurelianus Imp. 244.c. sub eo pluit argento, 245.a
Aurium meatus cur instar cochleæ tortuosus conditus, 31.c
Auses prius dictus Iosua, 159.d
Azura Adami F. Caino nupta, 117.a

B

Baal, idolum Assyriorum, 189 c
Baalim, sacellum Baal, ibid.
Babylonij primi astronomiæ per Zoroastrum inuentores, 129.d
Baiazetus Turcarum Imp. 345.d.1.a 2
Baimundi, qui & Raimundus, versutia, 334.d
Balbinus & Maximus Imp. 243.c
Balęnæ, ceti species, 36.b. quomodo in Scriptura magnæ dicantur, 22.a
Balduinus Flander Imp. 342.d.1. ab Vlachis captus, ibid. b.2. eiusdem interitus, ibid.
Baltasarus rex, 200 c
Banas & Richabus, Memphiboseti interfectores, morte à Dauide plectuntur, 177.b
Barachus, iudex Israëlicus, 163.a
in Barbaris etiam ipsis virtus, 234.c
Barbarossa. Vide Frideric. Barbarossa.
Bardanes Imperij adfectator, 286.b
Bardas a sobrino casu interfectus, 205.d. frater Xiphelini patriarchæ, 326.c
Bardæ cędes, 293.c. facinora, 292.d. somnium, 293.b
Bardæ & Photij exitus, 293.b, c
Barlaami locus, 88.a
Basilacis seditio, 331.d
Basileæ Concilium a Germanis contra Eugenium Pontificem celebratum, 346.d.2
Basilius a Michaelo Temulento adoptatus, 293.d
Basilius Cęsareæ Pontifex, 303.b. de echino aquatili, 303 b.34 d
Basilij de angelorum creatione opinio, 80.a
Basilij locus, 18 c, 19.a. 21.a, c. 25.c. 34.d 39.c. 42.b. 51.d. 58.a. 70.b. 71.b. 74.b. 79.c 80.a. 81.a. 83.a. 84 a 88.a. 93.a. 94.d. 101.d. 105 a. 108.a. 112.a. 114.c 120.d. 154.a. 155.a. 157.d. 168.c. 195.d. 207.d 222.a. 251.b
Basilius & Constantinus, Romani FF. Impp. 305.a
Basilius Macedo Imp. 294. in venatione prope perit, 297.c
Basilij cum Bulgaris bella, 310.a
Basilij Macedonis ingratitudo, 294.d. iustitia, 297.d. liberalitas, 298.a. mors, 306.d. tenuitas, 294. triumphus, 311.a
Basilius Romani F. Imp. 109.c
Basilio Macedoni quomodo significatum regnum, 294.
a Basilio Macedone cisternæ repurgatæ, 296.b
a Basilio Macedone templa condita, 296.a
Basilis Amasiæ antistes a Licinio interfectus, 250.a
Basiliscus Imp. 264.c. eiusdem mors, ibid.
Basiliscus cuiusmodi sit animal, 57 d.58.b
Basiliscum sibilo etiam aures lędere audientium, 58.b. solo intuitu necare, 57.d
a Basilisco nihil differre inuidum oculum, ibid.
Bataritis radix, 278.a. eius vsus, ibid.
Batatatzæ oculi eruti. 320.d
Becus quomodo patriarcha factus, 343.b
Belisarius aduersus Vandalos proficiscitur, 266.d. cunctis amabilis, ibid. carceribus includitur, 267.a
Belisarij res gestæ, 266
Bellum cum Genuensibus, 346.d.2
Belli diaboli cum hominibus causa, 106.d
Belum quando aboleuerit Danielus, 202.a
Bene precari quid, 188
Beneficentiæ commendatio, 171.a
Benignitatis in egentes pręmium, 137.a
ex Bersabea Dauidis filius primus cur mortuus, 179.b
Bessarion & Isidorus, Cardinales Gręci, 347.b.1
Bessarionis encomium, ibid.
Bestiæ cicures ἥμερα ζῶα, 19.20
Bodena castellum, 309.d
Bogomilorum hęresis, 334.a
Boilus Romanus ad dignitatis gradum sublimem euectus, 320.d
Bonitas Domini vnde manifesta, 96.b
Botaniates, Vide Niceph. Botaniates.
Bouini capitis effossio infausta, 304.d
Boum pestis craba, 304.c
Brachmanes virtutis cultores, 234.d
Brachmanum abstinentia, 142.d. insula, ibid. in eadem Alexandria columna, ibid.
apud Brachmanas dracones, scorpii, formicęque maximæ, 143.a
Branchiis qui pisces careant, 38.b
Bregma quid, 115.d
Britannorum confusa libido, 143.b
Bruchus quid, 153.b
Bruta quędam variis modis sibi consulere, 54
Brutorum solertiæ & humanæ prudentiæ discrimen, 65.a
Bryennius excęcatur, 331.c
Bryennii motus, 330.d
in Bryennium ęquitas Botaniatæ, ibid.
Bulgarorum defectio, 309.d. quindecim millia excęcata, 310.d
Bulgarorum ręgni exitus, 311.a
Byzantium siue Constantinopolis quando & a quo condita, 198.a
Byzantii obsessio, 342.c.1. obsidio triennalis, 249.a. decennalis, 345.a.2. quomodo tandem relicta, 235.c.2. Renoualia quo anno celebrata, 249.b
Byzantio pręlata Heraclea, 249.a

C

Caballa regio, 284.d
Cadus olei in Heliæ historia quid, 191.c
Cędes ciuium Thessalonicæ, 257.a
Cędes quędam iustæ, 178.b
Cęsarius Gr. Nazianzeni frater, 80.b
Cęsarii de angelorum creatione opinio, ibid.
Cęsarii locus, 143.b
Caganus. V. Chaganus.
Caianitarum secta quæ, 120.b
Cainæ ętas, 121.c
Cainanem primum astronomiam libris complexum, 129.a
Cainus Abelo cur inuiderit. 117.a. cur non mox punitus, 122.d. cur non statim mortuus, 118.c
Cainus & Abelus quorum figura, 119.b
Cainus vnde intellexerit, Deum munera sua non respicere, 118.a. vnde modum occidendi fratris acceperit, 119 c
Cainus, vox quid significet, 235.c
Caini confessio qualis fuerit, 123.b. cum Lamecho comparatio, 122.c
Caini posteritas, ibid. b. posterorum anni cur non recenseantur, 119.a

Caino nupta Azura, 117. a. quæ nota addita, 119. a
Cainum grauius quam Adamum deliquisse, 119. a
Cainum quid induxerit, vt sacrificium Deo offerret, 118.a
Caius Caligula Cęsar, 234. a. eiusdem Imperii duratio, *ibid.* tyranni interitus, *ibid.* prodigalitas & rapacitas, *ibid.*
Caius scriptor Ecclesiasticus, 235. a
Caligo quid, 106.c
Καλλιγραφία Theodosij, 262 a
Callinicus patriarcha proscriptus, 279.c
Caloris inopia causa metus, 62.d
Caluariæ locus quis, 121.a.1
Cambyses cognomento Nabuchodonosoris, Cyri F.202.a. eiusdem regnum, *ibid.*
Camelus qui seipsam curet, 49.d
Cameli vindictæ cupiditas, 49.b
Camelo cur collum longum, 52 a
Canaan. *Vide* Chanaan.
Camelopardalis, 61.d
de Cancro & ostreo, 35.c
Cancri, antidotum ceruis contra venenum, 55.d
Candace Alexandro nupta, 141.d
a Candace circumuentus Alexander, *ibid.*
Caniculæ proprietas, 56.c
Canis animal gratum & fidum, 50. d. quomodo bilem nigram expurget, 50
Canis Simonis magi, 235.b
Canis fidelitas, 285. marini natura, 35.c
ex Canis rabiosi morsu hydrophobium, 63.a
de Cane exemplum memorabile, 51.a
Canes soli ęstiuo tempore rabiosi, 63.a
Canes medicamenti causa sępe gramine vesci, 84.c
Capitis suturas cur plures vir habeat, 115.d
Capitolium vnde dictum, 141.a
Capræ siluestris natura, 64.d
Captiuitatis Ægyptiacæ causa quæ, 145.c
Carceres mutati, 252
Cardinales Gręci, 347.b.1
Caro quid scripturæ, 124 d
Carnium esus post diluuium concessus, 85. vsus ante diluuium si nullus: ad quid igitur fuit Abel opilio? *ibid.*a
Carnes ad ficum ligatas mollescere, 15 d
